UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Ioannis Cochlæi De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis

Cochlaeus, Johannes

Parisiis, 1565

urn:nbn:de:hbz:466:1-29789

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 1164.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

f. VI
3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex donatione R. D. Sebastiani Sigoltzer

HISTORIA IOANNIS COCHLÆI DE ACTIS ET SCRIPTIS MARTINI LVTHEri Saxonis, Chronographicè, Ex ordine ab Anno Domini M. D. XVII. vsq; ad Annum M. D. XLVI. Inclusiuè, fideliter conscripta, & ad posteros denarrata.

Cum indice, & Edicto Vuormaciensi.

CVI nunc recèns adiecimus Antidotum contrà veneficium Sectarum huius temporis.

BONIFACIO BRITANNO Germano autore.

MVLTIPLEX Præparata est hîc lectori vtilitas, per rerum gestarum ex fide & veritate narrationem: vt cognoscat quanta Luthero fuerit vis ingenii, quantáque laborum tolerantia, quátus animi in affectibus impetus, quanta styli sauitia: Et qualia fuerint de eius doctrina, Papæ, Imperatoris, Regum Conciliorum, Episcoporum, Vniuersitatum, Erasmi, & id genus Doctissimorum quorum libet iudicia.

Collegij Societatis Jesu Paderborne 1598

PARISIIS.

Apud NICOLAVM CHESNEAV, via Iacobæa, sub scuto Frobeniano & Quercu viridi.

1565.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

GENEROSISSIMO AC ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

Domino Herculi Estensi, Duci Ferrariæ &c. Domino suo Clementissimo, Ioannes Cochlæus Germanus, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Vratislauiensis.

S. P. D.

GENEROSISSIME Ac illustrissime Princeps, Domine Clementissime, Quum ego ante annos XXXII. Ferrariæ, in ampla & pulcherrima vrbe tua, eaque natura & arte situque munitissima, & fertilitate soli, ædificiorumque amplitudine & ornatu, atque platearum latitudine & mundicia, hortorumque amœnitate ac præterfluentis Padi, Clarissimi Italiæ fluminis, commoditatibus fœlicissima: in studio sacrarum literarum, a Magistris Almæ facultatis Theologicę, sub consueto examinis rigore, Doctoratus insignia consecutus fuerim, Dum Martini Lutheri nomen, non solum Italiæ, sed Germaniæ

quoque prorſus adhuc incognitum eſſet: Paulo poſt vero, repente nouæ doctrinæ fama & contradicendi audacia diuulgari cœpit, & ſub prætextu corrigendorum abuſuum, præſertim Romanæ Curiæ, Indulgentiarum, & variarum conquirendæ pecuniæ adinuentionum, ſibi fauorē Laicorum & deſertorum hominū: Odium verò Cleri & Monachorum, conciliauit. Cum igitur ſtudii mei inſignia debeam, & accepta referam Clariſſimæ Vniuerſitatis Ferrarienſis Almæ facultati Theologicæ, non puto me honeſtius aut iuſtius hunc laborem meum, vlli nuncupare Principi aut Patrono poſſe, quam Clariſſimo Nomini tuæ Illuſtriſſimæ Celſitudinis. Quod vt clementer in bonam partem accipias, humiliter oro ac ſupplico. Scripſi & pia intentione & bona fide hanc hiſtoriam, in qua referūtur verba propria multorum ac magnorum virorum. Ex quibus varia de Lutheri doctrina, eiuſque audacibus cœptis, ſcriptiſque & Actis, referuntur iudicia. De quibus lectori ſententiam & cenſuram relinquo. Mihi curę fuit ſub veritatis compedio iſta referre, vt & præſens ſæculū intelligat, quālōge à ſcopo Euangelicæ doctrinæ & ab obedientiæ debito, atque ab vnitate Eccleſiæ, contra legem Charitatis, & contra certiſſima Chriſti & Paulieſus Apoſtoli monita, egerint, ſcripſerint que & prædicauerint Lutherus & complices eius, qui ne fatiis conatib⁹ & machinationib⁹ ſuis, ſine omni emendationis fructu, totum cōturbauerunt mundum diffidiis, & dubitationibus

ſcanda-

ſcandaloſiſſimis in fide & religione Chriſtiana. Chriſtus abiturus ex hoc mundo ad Patrem, dicebat diſcipulis ſuis. Pacem relinquo vobis : pacem meam do vobis. Lutherus contra minaciſſime dixit Summo Pontifici & vniuerſo Clero. Nec viuus, neque mortuus, pacem vobis relinquam. Quod, proh dolor, nimis vere factis ipſis comprobauit hactenus per xxx. annos & vltra: Quandoquidem non ſolum Clero, ſed Laicis quoque & toti Ro. Imperio, pacem abſtulit, & periculoſiſſimas Religionis & Reipub. diſcordias poſt ſe reliquit. Faxit Deus Opt. Max. vt pacē ſuam nobis reddat tandem, vt iterum vere dici & ſcribi poſſit : Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Boni conſulat, precor, Clementia tua, Illuſtriſſime Princeps, quod auſim ſub Illuſt. Celſitudinis tuæ nominis ſplendore ac patrocinio, hoc qualecunque veritatis teſtimoniū in lucem proferre: vt & ii, qui ſuperſunt, ex his ſcriptis aut gratulentur, & Deo gratias agant, quod alieni ab hiſce nouitatibus & diſſidiis, per gratiam Dei à Catholica & Apoſtolica, fide non defecerunt: Aut intelligant, atque humiliter recognoſcant alii, qui temere, relicta Eccleſiæ pace & vnitate, atque ſanctorum Patrum et maiorum noſtrorū fide, nouis ſectis hactenus adhæſerunt : quanta in pericula præcipitauerint animas ſuas, dum legerint ex hoc libro, quam incerta ſint ſectarum fundamenta ſuper quibus non ſolum ab Eccleſia, ſed etiam à ſeipſis diſſident, & ſe inuicem condemnant:

Et pia posteritas discat hīc, huiusmodi nouis dissidiis in tempore ac statim resistere, & vulpeculas capere, dum paruæ sunt, antequam inualescant, & seditionibus auctæ, sine magna clade aut calamitate capi non possit: Iuxta illud Ouidii.

Principiis obsta, serò medicina paratur.

Bene valeat Amplissima & Illustrissima Celsitudo tua, Domine Clementissime, Duxque Clarissime, in Domino Iesu Saluatore nostro.

FRAGMENTVM EX LIteris Theologorum Vniuersitatis Ferrariensis, super promotione D. Ioannis Cochlæi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VIRI diuinarum lectionum studiis dediti, & in lege Domini eruditi, sub religionis habitu præsertim contemplantes, summo fauore, ac dignitate ali, celebrarive debent, eoque benigniusdecet honestis suis desiderijs, ac probatissimis animi votis obsequi, quo eorum fructibus manus commodum Ecclesia diuina consequi potest. Cum igitur Dominus Ioannes Cochlæus, Nurenbergensis, Germanus, Magister in Theologia, sic in eadem facultate hactenus studens, diuina prouidentia profecerit, quod per ipsũ laudabilibus Bibliæ & Sententiarum completis lecturis, cæterisque actibus, ad ordinem Magisterij requisitis, se idoneum præbuit, ad recipiendum in eadem facultate Magisterij gradum, honorem, ac insignia Doctoralia. Quapropter Venerabilis ac eximius Decretorum Doctor, ac Ciuis Ferrariensis Dominus Georgius Priscianus, in spiritualibus & tempora-

libus Vicarius Substitutus, Reuerendissimi in Christo Patris & Domini, Domini Hippoliti Estensis, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Cardinalis Sanctæ Luciæ in Silice, Episcopi Ferrariensis, nec non Florentissimi Studij Almæ vrbis Ferrariensis optime meriti Cãcellarij dignissimi, ad quem hæc & similia expediri pertinet: Attendens facundiam & huiusmodi facultatis scientiæ profunditatem, morum grauitatem, aliaque multiplicia dona virtutum, quibus eiusdem Domini Ioannis dignitatem Altissimus illustrauit, ipso ornatissimo Domino, Domino Ioanne, in priuato examine iuxta morem, supradicta facultate hodie personaliter constituto, & per Reuerendissimos Dominos Doctores, & Magistros excellentissimos Almæ Vniuersitatis sacræ Theologiæ, Ciuitatis Ferrariensis, ardue & rigorose examinato, & ab ipsis õnibus Doctoribus vnanimiter & concor

diter approbato: Autoritate præfati Domini, Domini Cardinalis, Episcopi Ferrariensis Cancellarij prænominati, sibi in hac parte cõcessa, eundem Dominum Ioannem (vt dictum est) ardue examinatum, & laudabiliter approbatum, fecit, pronunciauit, & declarauit, verum & legitimum sacræ Teologiæ Doctorem, Magistrum, ac sufficientem, habilem, et idoneum ad habendum, tractandum & exercendum, officium & honorem Doctoratus in eadem facultate. Mandãs præfatus Dominus Vicarius, & dictus nouiter Magistratus rogãs, de prædictis omnibus & singulis me Notarium iterum publicum conficere Instrumentũ, Pontificalis Sigilli, Domini Card. Ferrariensis, appẽsione munitum. Actum Ferrariæ in Episcopali palatio, Anno natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, 1517. Indictione Quinta, die 18. Martij, præsentibus testibus vocatis & rogatis &c.

REVERENDI IN Christo Patris F. Ambrosii Catharini Politi, Episcopi Minorensis, ad Lectorem hortatio.

IUlam Apostolicæ tubæ pronũciationẽ: Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant, cum præteritorum temporum historia, tũ ea, quæ hac nostra tempestate sub oculis nostris vidimus, & veridicam & piis animis periucundam esse, testantur. Nam ab ea die, qua cœperunt prauahæreticorum dogmata in Ecclesiis pullulare, insurrexerũt viri, qui sese opponentes, veluti murum inexpugnabilem, insultantibus portis Inferi, & certamen huiusmodi fortiter obeũtes, præclaram victoriam, & amplissima de hostibus spolia, magna cum laude retulerunt. Quia enim ante oculos Dei probati erant, oportuit etiam per illorum præclara opera manifestari, & laborum præmiis affici, & exemplum aliis præberent, & per ora multorum ingentes & immor-

Ioan. 5.

tales

tales gratiæ omnipotenti & clementissimo Patri agerentur: qui multa nostra & magna mala, sua pietate maioribus bonis, quæ inde nouit sapientissime elicere compensat. Inter eos vero qui non vulgarem in Ecclesia Dei consequuti sunt laudem, Dominum Io. Coc. non postremum sibi vendicasse locũ, vt parcissime de ipso loquar, amice Lector, non meum solummodo, sed omnium piorum, & qui maxime veritati congaudent, iudicium est. Quis enim illum (modo spiritalem oculum habeat) in suis libris contemplans, non agnoscat in primis virium candidi pectoris spectatæ fidei, sanæ atque peregregiæ doctrinæ: Vidi enim ego illum non de facie, vt cupiebam, & eius voces interioris hominis audiui, dum nónulla legerem ab eo exarata volumina, quæ prorsus in offẽso licet percurrere, Ita certè mihi visum est: ita etiam testari possum, & libenter testarer, nisi suamet ipsa opera sibi multo lucidius attestarentur: Delector tum & ipse præbere meum qualecunque testimoniũ quanquam non me latet, eundem D. Cochlæum posse dicere: Ego maius habeo testimonium Catharino. Opera quæ ip-

1. Cor. 12.

Ioan.5. se feci, illa testimoniũ perhibẽt de me. Et ideo ad hęc ipsa remitto lectorẽ, vt aliquã do dicat mihi, illã nõ propter tuã loquelã credo, sed vidi, & scio. Multa profecto sũt quæ scripsit piè, succulenter, & hac quidẽ tẽpestate maxime opportune ac necessario, quæ prẹter singularẽ doctrinã, habẽt quoque historiã nostrorũ temporũ, vnde & prudentiã liceat adipisci. Verũ, quæ ad nomẽ Christianũ (vt audiui) pertulit, multo etiã laudabiliora sunt, vt ex parte possit cũ Apostolo gloriari & dicere. In vigiliis multis, in itineribus sæpe in periculis latronum, periculis ex genere, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus, in labore & erumna ãnos fermẽ 30. cũ inimicis crucis Christi decertãs animo & corpore, pro electis Dei, vt et ipsi salutẽ cõsequantur. Hæc lubens scripsi non quidem rogatus. Non enim ex eorum numero ille est, qui egeat commendatitiis literis, ac testimoniis emendicatis sed ego ipse rogãdo potius obtinui, vt in fronte suorum operum posse præfari aliquid ad lectorem. Videor enim mihi, dum adeo de re Christiana bene meritum collaudo, nonnullam mihi

2.Cor.12.

de ſubſtantiam glorię huius partem capere abſque illius detrimento, quanqué nec veré eius gloria eſt, cum nec qui plantat ſit aliquid, neque qui rigat, ſed qui dedit incrementum, Deus optimus & clementiſſimus Pater. Ipſi ergo laus, honor, & gloria ſempiterna. Vale pie lector, et de multis alienis laboribus mete paratum tibi fructum ad vitam.

1. Cor. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AD LECTOREM.

NON Pigeat te, amice Lector, hunc percurrere Indicem, qui breui compendio multarum tibi rerum memorabilium narrationem ad memoriam reuocabit, de magna diuersorum ingeniorũ varietate & iudicio, super Actis & scriptis Martini Lutheri, aliorúmque Authorũ qui nostris scripsere temporibus, vbi A primam, B: secundam paginã indicabit.

A

ABbas fuldensis. 34.b.
Absurda opinio Luth. contra Deum de lib. arb. 67.a.
Acer in disputando Luth. 2.b.
Acta Vuormaciẽsia ab ipsomet Lut. ædita. 29.b.
Accusatio Luth. calumniosa, contra Capitulum Moguntinum 13.b.
Actio criminalis Lantgrauio Hassiæ, contra D. Ottonem Pak, confecti fœderis authorem, Accusatoribus concessa 174.a.
Accusatio Sanctorum contra Episcopum Coloniensem 276.b.
Adulatio Luth. ad plebem, cui tribuit iudicare

Concilia 77.a.
Adulatores Regis Angliæ, nocentissime Regē seduxerunt 269.b.
Albertus Archiepiscopus & Card. Moguntinus, indulgentiarum Commissarius, Tetzelium prætulit Luthero 3.a
Aleander, Nuncius Apostolicus, accusator Lutheri Vuormaciæ 27.b.
Alia noua hæresis, in plærisque oppidis Sueuiæ exorta 291.b.
Ambrosius Catharinus contra Lutheri calumnias. 21.a.
Anabaptistarum error inualescens 163.a.
Anabaptistarum historia de Monasterio vrbe Vuestualiæ 251. Andreas Corlastadius 2.a.
Animositas Tetzellij 5.a.
Anno 1529. grauis fuit fames, & vini vilitas, in Germania 190.a.
Antilogiarum & septicipitis Lutheri occasio. 169.b.
Apparatus Vuittenbergensium ad disputationem Lypsicam 13.a.
Apologia Philippi Melan. cōtra parisiēses 43.b.
Apologia Cochlæi pro Scotiæ Episcopis, cōtra Alesium Scotum 242.a.
Apologia D. Eckij, contra Bucerum 282.b.
Apologia Alberti Pighij, contra eundem Bucerum 284.a.
Argyrophilacis confecti libellus de pecuniis conquirendis 139.a.
Arrogantia Laicorum & mulierum per nouum Test.

Test. Lutheri 50.b.
Arnoldi Besaliēsis pia carmina pro Missa 125.a.
Articuli ex Capt. Babylo. excerpti 27.b.
Articuli seditiosorum Frācofordiæ, quales fuerunt 107.b.
Articuli Octo absurdissimi contra ipsum Christum 162.a.
Articuli nouæ Visitationis Fribergensis 271.a.
Articuli absurdissimi, quos Concilio proponi petiit Luth. 274.b.
Articuli conciliati in libro 282.a.
Articuli XXXII. Theologorum Louaniensium. 290.a.
Assertio 41 articulorum per Luth. Latine & Germanice 25 b.
Astutia Lutheranorum subrependi in alienas Cathedras 53.b.
Asylum generale Apostatarum Vuittenbergæ apud Luth. 19.b.
Augustiniani indulgentiarū prædicatores. 3.a.

B

BEllum contra Tres Episcopos, per confictum fœdus exuscitatum 173.b.
Baptismus facit sacerdotes & Reges mystice & spiritualiter, non realiter & externo effectu aut officio 20.a.
Bellum in Heluetiis Quinque Cantonum, cōtra Tigurinos 213.a.
Bibliopolarum & Typhographorū studia circa libros Luth. 54 a.
Blanditiæ dolosæ Lutheri ad Card. S. Sixti. Legatum

gatum 8.b.
Blasphemiæ Luth. in sanctos Dei 28.b.
Blasphemiæ Luth. in sacrum Canonem Missæ 113.a.
Bohemorũ schisma grauiter à Luthero Lypsiæ damnatum 14.b.
Bohemorum schisma damnatum à Luth. super epistolam ad Galatas 75.b.
Bohemorum miseria, circa ordinationes sacerdotum 76.b.
Bohemis ingrata fuerunt Lutheri scripta 77.a.
Bugenhagius Pomeranus seductor Ciuitatum stagnalium 222.a.
Bulla & Reformatio Luth. ad exterminandum omnes Episcopatus 49.a.
Buntfeheh. 33.b.

C

CAcata prophetia Lutheri contra Papam 296.b.
Cęsaris profectio ex Italia, splendidissimis honoribus ibique per Comitatum Tytolis, per Bauariam excepta 189.b.
Cæsaris aduentus & ingressus Augustæ honoratissimus 192.a.
Cæsaris prouidentia Augustæ contra tumultus 193.b.
Cæsaris expeditio contra Algerum 283.a.
Cæsar Ducem Cleuensem subiugauit 285.b.
Cæsar Regi Franciæ bellum intulit 288.b.
Calumniæ Luth. in Cochlæũ Vuormaciæ confictæ 36.b.

Calumniæ Lut. in Cæsarem, de violata sibi fide publica 47.b.
Calumnia Lut. in Ioannem Fabrum Episcopũ Vienensem, de Matrimonio 67.b.
Calumniæ Lutheri, contra Virginitatem & votum cælibatus 69.a.
Calumnia Lutheri in Catholicos, de Adoratione Eucharistiæ 74.b.
Calumniæ Lutheri in Adrianum VI. & in S. Thomam 81.a.
Calumnia pessima Lutheri cõtra Erasmum, qui eam diluit 134.a.
Calumniæ Lut. in Capitulum Mogũt. de interfecto prædicatore 153.a.
Calumniæ Luth. in Ducem Sax. Georgium, de conficto fœdere 181.b.
Calumnia in Cæsarem grauissima, de persecutione Euangelij 190.a.
Calumniæ Lutheri per tres causas contra Cesarem 209.a.
Calumnia Luth. in omnes Papistas Dietæ Augustensis 210.b.
Calumnia Lutheri contra S. Hieronymum de Homousio 221.a.
Calumnia Luth. in Ducem Georgium, de cõficto quodam iuramento 231.b.
Calumniæ & conuitia Luth. in omnes Monachos 237.b.
Calumnia scelerata Cordati, contra Episcopũ Roffensem 260.b.
Canonizatio S. Bénonis à Lut. impugnata 80.a.

Capi-

Capitulum concordiæ inter Electorẽ Saxoniæ & Ducem Georgium de Luth. 229.b.
Carolus à Miltitz, Nuncius Apostolicus ad Fridericum Electorem Sax. 11.b.
Carolus V. Imperator Francofordiæ electus 18.a.
Caroli Quinti Imperatoris sententia in Lutherum Vuormaciæ propria manu scripta 32.a.
Caroli V. Imp. gloriosus aduentus ex Hispaniis in Italiam 189.b.
Cardinalis Campegius Legatus Clemẽtis VII. ad Germa. 182.a.
Cardinalis Augustensis, Cardinalitia dignitate sublimatus, Conuentum Vuormaciensem insigniorem reddidit 289.a.
Carolstadij acta & scripta contra Lutherum Orlamundæ 98.a.
Carolstadius ad instantiam Lutheri proscriptus à Ducibus Sax. ibidem.
Carolstadij & vxoris eius miseria in agricultura 98.b.
Carmina Polonorum in Lutherum 1011.a.
Carmina Sapidi Pedotribæ impia & insipida in Missam 114.b.
Carnalis vita Lutheranorum 152.a.
Catechismus Lutheri generalis, & Catechismus pro pueris 190.b.
Causæ combustions contra Ius Canonicum à Luth. scriptæ 20.b.
Clades Vngariæ ex victoria Turcarum Rege

perempto 141.b.
Clichtouei contra Luth. libri 71.b.
Christophorus, Episcopus Augusten. Nurembergæ obdormiuit 273.a.
Chronica Sebastiani Franci, pessimus liber 243.a,
Colloquium Duorum Iurisconsultorum cum Luth. Vuormaciæ 37.a.
Colloquium Augustæ inter septem & septem habitum 197.b.
Colloquiũ illud concordiã non peperit 196.a.
Colloquim Vuormaciense diu protractum, & subito finitum 278.a.
Colloquium nouum Ratisponense super libro quodam 281.a.
Colloquium secundum Ratisponense, per literas prorogatum 292.a.
Commerciũ occultũ Lut. cum dæmonio. 1.b.
Comitia Nurenbergæ habita, Cæsare absente 78.b.
Concilium ad Ciuitatem Tridentinã indictũ, est ad tempus suspensum 285.a.
Concionatus est Luth. contra Cæsaris pacta. 29.a.
Conciones Luth. 158.a.
Concordiæ formula inter Heluetios post prælia 216.b.
Concordia inter Duces Sax. 238.a.
Confessio Lutheranorum, Augustæ Cæsari & Statibus exhibita 193.b.
Confessio illa in quibusdã aperte mẽdax 194.a.

Con-

Confessionis illius Confutatio per Theologos Ibidem 194.b.
Confessio Zuingliana Quatuor Ciuitatum 201.b.
Confusi Lutherani de Satisfactione per verba Lutheri 20.b.
Coniuratio Nobilium quorundam, & bellum contra Treuerenses 84.a.
Coniuratio Lutherana 64.b.
Consilium de Reformatione, Paulo III. in secreto datum 274.b.
Consilium illud calumniosè interpretatum à Luth. Ibidem. 275 a.
Contemptus sanctorum Patrum & Conciliorum 26.b.
Contemptus Theologorum per nouum Test. Luth. 51.b.
Contra inquisitores 10.a.
Contributiones à Statibus Imperij, contra Anabaptistas Monasterij 255.b.
Conuētus Imperialis, religionis causa Ratispone habitus 281.a.
Conuentus Imperialis de ratione belli, aduersus Turcas gerendi, Nurenbergæ celebratus 285.a.
Conuentus Imp. in quo de bello defensiuo cōtra Turcas tractatum fuit. 287.b.
Conuentus Imp. Vuormaciæ indictus 288.b.
Conuitia Luth. in Regem, Generosis placere non possunt 64. a.
Conuitia Luth. Duci Georgio cum Cæsare &

Rege communia 66.a.
Conuitia in Cæsarē & Principes Imperij 87.b.
Criminationes Lut. contra Legatum Cardinal. Caietanum 9.a.
Criminationes Lut. & Philippi Melan. in Paristenses 42.b.
Crudelitas Lut. in seductos & occisos rusticos 105.a.
Cruenta & victoriosa prælia Quinque contra Zuinglianos 214.b.

D

DAmnatio 41. articulorum Lutheri per Leonem X. 23.b.
Defensio iudicij Cleri Coloniensis 291.b.
De verbo dei iactantia 46.b.
Decretum Dietæ Imperialis Nurenbergæ, sine effectu 84,a.
De sua doctrina Luth. iudicium. 48.b.
De vniformi ritu celebrandi missam 72.a.
Decretum Lutheranarum Ciuitatum Spiræ, de scriptis Luth. 78.a.
Decretum Ratisponense Catholicum, contra Lutherum 91.a.
Decretum Heluetiorum post disputationē Badensem 143.a.
Dehortationes multorum ad Bernenses, ne permitterent disputationem 176.b.
Delectus Principum, ad agēdum cum Luthero Vuormaciæ 34.a.
Delectus Principum, ad agendum cum Lutheranis Augustæ 195.b.

Dele-

Delectus huius prolixæ disceptationes, inter Cath. & Luth. 196.b.
Diaboli argumentis nihil credendũ esse 246.b.
Diaboli argumentum primum contra Missam vanissimum 248.a.
Dieta particularis Ratispone à Catholicis habita 90.b.
Dieta Imperialis Spiræ habita, Anno 1529, fol. 14.b.
Dieta spirensis. 137.b.
Dieta Imperialis Augustæ celebrata, Anno 1530 fol. 191.a.
Dieta Imperialis Ratisponæ celebrata, Anno 1532 fol. 217.a.
Dieta Imperialis per Regem FERD. Hagenois habita 277.a.
Disceptatio in Conuentu Principum, de saluo conductu Luth. 28.b.
Discidium inter Lutherũ & Carolstadiũ 96.b.
Discipuli Lutheri inhonesti, & publicæ trãquillitati contrarij 150.a.
Discordia Coloniæ inter Clerũ & Epis. 285.b.
Discordia inter fratres August. 2.a.
Dissidium inter Luth. & Antinomos Vuittenbergæ 273.a.
Disputatio Lypsica inter Eckium & Lut. 12. & 13.b. & 14.a.
Disputatio Eckij cũ Carolstadio de li. arb. 13.b.
Disputatio Badensis contra Zuinglium in Heluetia 141.b.
Disputationes tã scandalosæ de rebus fidei pro

hiberi debent ibidem. a.
Disputatio & excusatio Luth. 12.b.
Disputatio Bernensis à Zuinglianis instituta 175.b.
Disputatio Bernensis à D.Eckio docte reprobata 178.a.
Disputatio Marpurgensis inter Lutherum & Zuinglium 186.a.
Disputatio Lutheri cum Diabolo contra Missas 245.b.
Disputatæ Vuittenbergæ 30. propositiones contra Concilia 270.a.
Dissentio inter legatum & Lutherum 8.a.
Diuortium Regis Angliæ impium & iniquum 265.b.
Duces Saxoniæ Catholici, Ernestus & Albertus, fratres 237.a.
Ducis Saxoniæ Georgij, & filij eius Friderici, obitus 276.b.
Ducis Saxoniæ Georgij egregium dictum 284.a.
Duo libelli impij & seditiosi, Spiræ in Dieta dispersi 138.b.
Duo libelli Luthe. seditiosi, contra Recessum Dietæ Augustensis 203.a.
Duo teterrimi hostes Ecclesiæ, Zuinglius & Oecolampadius 216.b.
Duæ Conciones Lutheri de obitu Electoris Sax. 223.b.
Duo Conuentus Imperiales: Vnus Spiræ: Alter Nurenbergæ, celebratus 283.a.

Duplicia

Duplicia verba Luth. in actis suis Augustensibus 105.b.

E

ECkius insignis & imperterritus disputator 12. a.
D. Eckius febre correptus 281.b.
D. Eckij reprehensio Responsi Principum Lutheranorum 283.b.
Edictum Regis Poloniæ cõtra Polonos, Vuittenbergæ studentes 264.a.
Elector Saxoniæ quomodo mortuus fuerit Augustæ 224.b.
Emseri Epistola de disputatione Lypsica, à Luthero improbata 16.b.
Emserus conuicit Lutherum de scelerato quodam dicto 17.b.
Emseri noui Testamenti translatio contra Lutherum 50.b.
Emseri Epithalamium in nuptias Lutheri 109.b.
Emseri liber contra Luth. pro defensione Canonis sacri 114.a.
Encomium Luth. de se ipso, per verba Ioannis Hus 206.a.
Episcopus Roffensis 35.b.
Epistola Lutheri ad Carolum V. Imp. recens electum 18.b.
Epistola Luth. ad Principes ex itinere Vuormaciam Missa 38.b.
Epistola Regis Angliæ ad Duces Saxoniæ 63.a.

Epiſtola Ducis Saxoniæ ad Regem Angliæ de Luthero 65.b.
Epiſtola iniurioſa Lutheri ad Ducem Saxoniæ Georgium 67.a.
Epiſtola Imperatoris ex Hiſpania ad Principes contra ipſorum decretum 88.b.
Epiſtolæ Lutheri ad Liuoniam, ad Brabãtiam, Hollandiam, Sabaudienſemque Ducem, nequiter Miſſæ 116.a.
Epiſtola ex liuore ſcripta 4.b.
Epiſtola Luth. ad Cardinalem Moguntinum de vxore ducenda 121.a.
Epiſtola Lutheri ad Regem Angliæ deprecatoria 126.a.
Epiſtola Ducis Saxo. Georgij ad Haſſiæ Lantgrauium Philippum, de confictо Principum fœdere 171.b.
Epiſtola Luth. ad Vuincilaum Lincum, de cõficto fœdere 175.a.
Epiſtolæ illius copia, è Nurenberga Dreſdam Miſſa 181.a.
Epiſtolæ Duæ Philip. Melanchtonis Spiræ in Dieta ſcriptæ 185.a.
Epiſtola Lutheri ad Lypſenſes, contra Ducem Georgium 228.b.
Epiſtola Senatus Lypſenſis, ad Ducem Geor. de Luth. 2.7.b.
Epiſtola Electoris Sax. ad Lutherum de Duce Geor. 228.b.
Epiſtolæ Duæ calumnioſiſſimæ in Eraſmum Roterodamum 20.a.

Epiſtola

Epiſtola Luth. contra Miſſam, pro Sacramento & cœna Domini 256a.
Epiſtola Ioan. Cochlæi ad Vuicelium ſcripta, à Lutheranis ædita 258.a.
Epiſtola cuiuſdam Poloni in Cochlæum propter Phil. Melan. 265.a.
Epiſtola antiqua Nicolai I. ad Michaelẽ Imp. 269.a.
Epiſtola Card. Sadoleti, ad Ioãnem Sturmium de conuitiis 276.a.
Epithalamiũ Lutheri à Conrado Kollim prolixè confutatum 69. a.
Eraſmi Diatriba de libero arb. contra Lutherum ædita 138.a.
Eraſmus vicit Lutherum innumeris veterum præiudiciis 132. a.
Eraſmi purgatio à calumniis Lutheri de fide ſua 137.b.
Eraſmi iudicium, quales ſint libri Lutheri 138.a.
Erfordia 29.a.
Error Lutheri de Baptiſmo paruulorũ 160.b.
Error Campani de Trinitate ex dictis Lutheri 220.a.
Error Serueti de Trinitate, & de carne Chriſti 221.b.
Error phantaſticus Lutheranorum de nouiſſimo Die 261.c.
Error Lutheri de Homouſio. 260.a.
Euangelium pacis, à Lut. factum eſt Buccina bellorum 49.b.

Euangelium Luthe. peſſimos quoſque recipit ac tolerat 149.a.
Excuſatio Luth. de ſcandalo 35.a.
Executio Edicti Caſ. in Auſtria 92.a.
Expulſio Catholicorum paſtorum per Lutheranos 52.b.
Exprobrat Luthero nuptias cum Moniali Rex Angliæ 128.b.

F

FActio Lutherana omnium peſtilentiſſima 64.b.
Factionis Turcicæ & Bohemicæ exempla 65.a.
Fallaces Luth. blandiciæ in epiſtola Teuth. ad Ducem Sax. Georg. 117.a.
Falſæ gloriationes Lutheri, quod à ſeditioſis protexerit Papiſtas 207.b.
Fauor callide quæſitus 6.b.
Fauor Poetarum & Rhetorum erga Lutherum contra Theologos 6.b.
Fautores Luthe. in Aulis Principum 19.a.
Ferdinandi Archiducis, & locum tenentis Cęſ. Mai. conſtitutio 117.a.
Ferocia Lutheri de ſola fide, contra totum mũdum 205.b.
Ficta Lutheri humilitas, & querela ad Carolum Imp. 18.b.
Ficta Lutheri captiuitas poſt eius dimiſſionem è Vuormacia 38.b.
Finalis confeſſio fidei Lutheri 179.b.
Finita diſputatio dies Iulij 15.a.
Fœdus nouum ab Ottone Pak confictum fal-

ſo

so & seditiose 17.a.
Franciscus à Sicking bellicosus, à Lutheranis seductus 36.a.
Fridericus, Dux Saxoniæ Elector, scholę Vuitenbergensis Erector 3.b.
Frobenus ab Hutten, vir nobilis & diues 36.a.
Fructus pessimi Euangelij Lutherici, quos refert Dux Georgius in epistola ad ipsum Luthe. 120.a. & in præfatione no. Test. 151.b.
Fuga Duorum Decanorum Francfordiæ in plebis seditione 106.b.
Fuga Tyranni Turcarum, propter aduentum Cæsaris 221.b.
Fugitiua Lutheranorum abitio 293.a.

G

GEorgij Ducis Saxoniæ pro seruando Edicto Cæsaris mandatum 91.b.
Georgij huius apparatus belli contra seditiosos rusticos 101.b.
Georgius Vuicelius ex Lutherismo ad Ecclesiam reuersus 218.b.
Georgij Vuicelij scripta in Lutherum, & falso dictum Iustum Ionam 238.a.
Germaniæ grande piaculum propter Missæ cõtemptum 115.b.
Germanorum leuitatem circa nouas sectas increpat Luth. 157.a.
Gloriatio Lutheri de sua maledicentia 213.a.
Grauamina Centum à Lutheranis odiose proposita 79.a.
Grauissima prohibitio 89.b.

Gynſa oppidum Vngariæ, à Turcis fruſtra oppugnatum 221.b.

H

HAllenſis Concionator, in ſylua incerto authore interfectus 152.b.
Hartmannus à Croneberg, Arce & oppido ſpoliatus 84.b.
Henrici VIII. Regis Angliæ liber in Lutherum 43.b.
Henrici huius Epiſtola ad Duces Saxoniæ cõtra Luth. 50.a.
Henrici Sudphani Apoſtatæ Martyrium apud Tiethmarſos 96.a.
Hermannus Rincus Coloniensis Patritius 125.b.
Hiſtoria Ioannis Hus, Conſtantiæ combuſti, Teuthonice ædita 186 a.
Hiſtoria Ionæ de exitu & funere Lutheri 294.b.
Homines 70. è Lypſia emigrare iuſſi propter Lutheriſmum 233.b.
Hominum illorum ſeditioſa conſolatio per ſcripta Lutheri 234.b.
Horrendi errores nouæ ſectæ 290.a.
Hyperaſpiſtes liber Eraſmi, pro lib.arb.contra Lutherum 135.a.

I

IActantia Luth. de pace, quàm petierit ab eo Miltitius 17.b.
Iactantiæ Luthe. contra Eckium, & Alueldium 22.b.

Iactantia Luthe. contra legatum 9.b.
Iactantiæ Lutheri contra Regem Angliæ 46.b.
Iactantia Luthe. de se ipso tanquam de Propheta 26.a.
Iactantia Luthe. de suo Euangelio, Germanis à se tradito. 56.b.
Iactantia Luthe. à Rosseo Anglo ingeniose confutata 61.b.
Iactantia Luthe. de sua doctrina 47.a.
Iactantia Luthe. de se ipso, de verbo Dei, & de scientia linguarum 94.b. & 95.a.
Iactantia Luthe. qua gloriatur se de cœlo habere dogmata sua 61.a.
Iactantia Luthe. de datis damnis Papæ, & toti Clero 103.b.
Iactantia Luthe. de suis quasi optimis scriptis, de potestate seculari 232.b.
Ignominiosa comparatio Principum ad porcos 205.a.
Inconstantia Luthe. circa Inuocationem sanctorum 225.b.
Inchoatio Conuentus Imper. Ratisponensis 298.b.
Indignus est Luthe. cui respondeatur 62.b.
Infœlices & perniciosi labores Lutheri 297.b.
Inhibitio Dieræ Spirensis per Cæs. seuerissima 89.a.
Iniuriosa verba Luthe. contra Ecclesiam omnium sanctorum Vuittenbergæ 72.b.

Insana quorundam hominum naturalis pudoris abiectio 162,b.
Insolentia Lut.post obitum Maximiliani Cæs. 11.a.
Insolentia Lutheranorum in Dieta Spirensi 137.b.
Intentio & spes dira Luth.contra omnem Clerum 103.b.
Interpretatio improba iusti Ionæ,contra epistolam Cochlæi ad Vuicelium 259.a.
Interitus Lutheri 294.a.
Inuectiua Lutheri in Principes sæculares 53.a.
Inuidia Lutheri in Carolstadium 97.b.
Ioannes Hus multo minus impius fuit, quam Lutherus 272.a.
Ioan. Tetzel. 3.b.
Ioannes Staupitius Nobilis Monachus astutus 3.b.
Ioan. ab Eck officialis treuerensis. 30.a.
Ioannes Cochlæus Vuormaciæ cum Luth. colloquutus 36.a.
Ioannis Cochlæi exilium Coloniæ,& libri ibi æditi 109.a.
Io.Coc.Coloniæ contra Pomerani epistolã ad Anglos respondit 130.b.
Io.Coc.de Christo Lutheri, vbinam inueniri queat 147.a.
Ioannis Coc.libellus de Christo Pro & contra ex scripturis ad Principes,vt eo exemplo prohibeãt sectis,passim abuti scripturis in reprobo sensu 163.b.

Ioan.

Io.Coc.ad Bernenses contra Disputationem, ne fieret 176.b.
Ioannis Cochlæi reprobatio Reformationis Bernensis 178.a.
Ioan.Cochlæi liber, dictus Lutherus Septiceps 183 a.
Io.Coc.Dialogus de bello contra Turcas, vbi Biceps est Lut. 188.a.
Io.Coc.probat ex propriis verbis Luth. quod sint seditiosi 206.b.
Io.Coc.prouocatio contra quoslibet Lutheranos ad agendum iure 207.a.
Io.Coc.Apologia pro Duce Geor. ad Electorē Sax.missa 231.a.
Io.Coc.responsio, cōtra mendacia Lutheri pro Duce Georgio 235 a.
Io.Coc.librum suum cum propriæ manus epistola misit ad Ele.Sax. 236.a.
Io.Coc.liber de Missa & transsubstātiatione cōtra Chronica Franci 243.b.
Io. Coc. liber de Missa & consecratione sacerdotum contra Luth. 246.a.
Io.Coc.libellus de XXI.articulis Anabaptistarum 255.b.
Io.Coc.libellus ad iustum Ionam, cōtra Epistolam Luth.de Missa 256.b.
Io.Coc.liber ad Regem Scotiæ, cōtra Alesium & Melanch. 264.a.
Io.Coc.libelli contra Phil.Melan.propter Polonos æditi 265.a.
Ioan.Coc.libellus de Authoritate Conciliorū

270.a.
Ioan.Coc.libellus contra Catechiſmum Moibani 272.a.
Io.Coc.Scopa contra Araneas Moryſini Angli 273.b.
Io.Coc.libellus contra Io.Sturmium de conſilio Card. 275.b.
Io.Coc.relatio compendioſa ad Regem Hagenoiæ ſcripta 277.b.
Io.Coc.libelli Mogũtiæ,finito Vuormaciæ colloquio,æditi 278.a.
Io.Coc.præfatio ad Archiepiſcopum Coloniẽſem 286.a.
Io. Coc. liber de Authoritate Eccleſiæ contra Bullingerum 286.b.
Io.Coc.liber de Purgatorio igne,contra Oſiandrum ibidem 287.a.
Ioannis Cochlæi opuſcula 288.a.& 289.b.
Io. Coc. Epiſtola ad Principes & Status partis Catholicæ 289.b.
Io.Cochlæi libelli 291.b.
Io.Cochlæi varij libelli 297.a.
Ioannes Staupitius 3.b.
Ioachim,Marchio Brandeburg.exercitus Chriſtiani Capitaneus conſtitutus fuit 273.b.
Ironia Lutheri ſcurrilis,contra Catholicos de Miſſa 204.b.
Iter Luth.ad Vuormaciam per ſaluum conductum Cæſ. 29.a.
Italorum prouerbium 309.a.
Iudicium Eraſmi Roterodami de ſcriptis Lutheri

theri 147.b.
Iuris Canonici publica per Lutherum combustio 20.b.
Iulius Papa 2.b.

K

KAutij Zuingliani barbarici articuli Vuormaciæ 159.a.
Kautij Duo præcipue impij articuli 159.b.
Kautij error contra Baptismum paruulorum 161.b.
Kautij nomen abominabile 162.a.

L

LAicorum studia circa nouum Test. Luth. 51.a.
Latibulum Luth. in ficta eius captiuitate 239.b.
Legati Card Campegij constitutio contra abusus Cleri 82.a.
Leges Lutheri de cõmuni fisco seu cista 78.a.
Leo papa X.3.a.
Leuitas Lutheri in offerenda doctrinæ suæ Palonodia 130.a.
Liber primus Lutheri, Resolutio 95. propositionum 6.a.
Liber Lutheri ad Nobilitatem Germaniæ contra Papam 19.b.
Liber Luth. de Captiuitate Babylonica 23.b.
Libri Luth. iussu Cæsaris combusti 25.a.
Libri Lutheri plærique in speciem pietatis ædi ti 27.a.

Liber Luthe. ad Franciſcum à Sicking de confeſſione 39.b.
Libri à Luthe. agniti pro ſuis 30.b.
Liber eiuſdem contra Iacobum Latomum, in quo calumniatur S. Tho. 40.a.
Liber eiuſdem De abroganda Miſſa priuata ibidem.b.
Liber Luthe. de votis Monaſticis 41.a.
Liber Regis Angliæ contra Luthe. 43.b.
Liber Lutheri Teuthonicus cõtra Bullam cœnæ Domini 45.b.
Liber Luthe. contra Regem Angliæ. 46.b.
Liber Luth. Teuth. contra falſo dictum ſtatum Eccleſiaſticum 40.a.
Libelli Duo Teuth. valde ſcandaloſi à Luthero æditi 56.b.
Libri Ioannis Fiſcheri, Epiſcopi Roffenſis in Anglia 59.b.
Libri Duo Luthe. ad Bohemos, Pighardos, & Huſſitas 73.b.
Libri contrarij eiuſdem contra eoſdem 74.b.
Liber Luthe. ad Iudæos de Ieſu 78.b.
Libellus Teut. cuiuſdam Laici contra ſeditioſa ſcripta Lutheri 211.b.
Liber Luthe. Teuth. conuitioſiſſimus contra eum Laicum 212.a.
Libri Iudaizantis condemnatio Ratiſponæ facta 318.b.
Libri ſeptem Serueti contra Trinitatem 218.b.
Liber Teuth. Pomerani, dictus aduerſus fures Calicis 222.a.

Liber

Liber iste egregie confutatus à Theologo Michaele Veho. 222.b.
Liber Luthe.in Ducem Georgium malignissimus contra omnes Monachos 236.b.
Libellus Conradi Cordati in Cochlæum, & eius confutatio 259. b.
Liber Pauli Abbatis Veteris Cellæ in Misnia, de visionibus Lutheri 262.b.
Librorum Luthericorum prohibitio in regno Angliæ 263.a.
Librorum Luthericorum & Zuinglianorum prohibitio in Brabantia 280.b.
Louanialiter 22.b.
Luder idem, qui postea Luther, & Lutherus 1. a.
Lutheri studia in diuersis scholis ibidem
Luth. propter litem inter Monachos suos Romam profectus 2.a.
Lutheri Doctoratus per alienam pecuniã fraude præreptam ibidem
Lutheri doctrina contraria de securitate salutis 4.b.
Lutheri ficta humilitas erga Papam Leonem X. 6.a.
Lutherus in appellatione sua 7.a.
Lutherus Romam citatus, venit Augustam ad Card. S. Sixti 7.a.
Luth. in actis Augusten. 7.b.&10.a.
Lutheri Appellatio Augustæ à Legato ad Papam ibidem
Luth. ad dialogum Sylueſtri 10.a.

Lutherus ad Legatum repræhēdit ſeipſum, ſed ficte & in dolo 11.a.
Luth. in defenſione Sermonis de indulgentiis ibidem.
Luth. inuitus & iratus acceptauit Iudices diſputaturus 14.a.
Lutheri clamor ad vim & arma contra Romanam Curiam 21.b.
Lutheri conuitia & calumniæ in Louanienſes & Colonienſes Theologos 23.a.
Luth. è Vuormacia in ſaluo conductu dimiſſus 38.a.
Luth. laudis propriæ auidus 31.a.
Lutherus in actis auguſten. 7.b. & 10.a.
Lut. domum reuerſus, repræhendit facta ſuorū ex inuidia 45.a.
Lutheri cenſura in libros noui Teſt. 55.a.
Lutherus qualis beſtia ſit, ab Epiſcopo Roffenſi deſcribitur 60.a.
Lutherus ſimilis cæco, dimicanti cum vidente 60.b.
Lut. calūniis cōcitat in Principes populū 64.b.
Luth. ad dialo. ſylueſtri 10.a.
Luth. contra Mercatores, & contra Principes, vt ſocios furum 92.b.
Lutheri ſcripta contra Carolſtadium 99.b.
Lutherus non minus mendax de ſeditionibus fuit, quam Muncerus 104.a.
Luthetus de ſeruo arbitrio contra Eraſmū Roterod. 133.a.
Lutheri aſtutæ laudes, cauilli & calumniæ in Era-

Eraſmum 133.b.
Lutheri prouocatio & iactantia, de ſua doctrina contra omnes 145.a.
Lutherus abſurde in plæriſque locis torquet & peruertit ſcripturas 164.a.
Lutherus radix amaritudinis multarum ſectarũ 164.b.
Lutheri liber in Anabaptiſtas, contrarius prioribus eius ſcriptis 166.b.
Lutherus de fide paruulorum varie ſentit & errat 167.b.
Lutheri liber ſecundus contra Zuinglium & Oecolampadium 179.b.
Lutheri liber conuitioſus in Ducem Georgium de priuatis epiſtolis 182.b.
Lutheri liber Teuth. de bello contra Turcas cauilloſus 186.b.
Lutheranorum contumacia Auguſtæ, ne irent in proceſſione 192.b.
Lutheri libri cauilloſi & calumnioſi Auguſtam miſſi 198.b.
Lutheri acerbitas cõtra Eccleſiaſticos de ſatiſfactione 199.a.
Lutheri ſuperbia de ſua translatione contra Catholicos 201.a.
Lutheri Cantilena contra Papiſtas, qui bellum timent 212.b.
Lutheranorum ſtatuum conuentus Suinfordiæ ſeorſum habitus 217.b.
Lutheri contra Vuicelium perſecutio 219.a.
Luth. proditor & Animicida ſui Patroni Ele-

ctoris Sax. 225.a.
Lutherani per Amalech præfigurati ſunt, tanquam gens Bruta 236. a.
Lutheri liber Teuth. contra Miſſam & ſacerdotum conſecrationem 244.b.
Lutherani, negantes Tranſſubſtantiationem, Zuingliani ſunt 261.a.
Lutheri criminationes contra Principes, tanquam rebelles Imp. 263.b.
Lutheranorum & Zuinglianorum concordia Vuittenbergæ attentata 268. b.
Lutheranorum variæ intricationes & ambages 281. b.

M

MAgnes ferrum, non ſtannum attrahit 309.b.
Mendacium Luth. inſigne, & à Murnero coronatum 59.a.
Merdæ & ſtercora in ore & calamo Lutheri 62.b.
Michael Vehus inſignis Theologus, contra Pomeranum 222.b.
Milites Lutherani Romæ in omnia ſacra graſſati 156.a.
Minæ in Germaniam 140.a.
Minæ Lutheri contra ſęculares Principes 58.b.
Minæ Luthe. contra Principes à ſignis & prodigiis 104.b.
Minæ Lutheri in Tertio ſuo de ruſticis libello 105.b.
Minæ Luth. contra Eccleſiaſticos 211.a.

Minotaurus

Minotaurus Ioannis Cochlæi in Lutherum 70.b.
Missandi formula imperiose à Luthe. præscripta 71.a.
Missa Vuittenbergæ conficta de nuptiis Carolstadij 96.b.
Monachat° Luth. Erfordię & Vuittębergę 1.a.
Monachus cepticeps mirabile monstrũ 184.a.
Moniales Nouem vna nocte raptæ, & perductæ Vuittenbergam 72.b.
Monialis Nona, Katherina de Bore, facta vxor Luthe. 73.b.
Monialis florẽtina profuga, à Lut. excusata 91.a
Monasterium Ciuitas Episcopalis, vrbs munitissima Vuestualiæ 255.a.
Morsus Lut. clamosi sunt, sed non validi 62.a.
Morysinus Anglus calumniator cõtra Roffensem & Tho. Morum 273.b.
Multiplicatio librorum Pro & Contra per sectas 165.b.
Munceri tonitrua & sesquipedalia verba ad seditiosos 101.a.
Munceri falsa iactantia de multitudine rusticorum ibidem.b.
Murmura Lutheranorum Vuormaciæ contra Cæs. 33.a.
Murneri Corollaria contra sacrilegia Zuinglianorum 144.a.
Mutatus à Luthe. textus Noui Test. in multis locis 55.b.
Mutationes temerariæ totius Religionis per

Luthe. 149.a.
Mysteria de Sacramentis, non sunt omnia in scripturis expressa 261.b.

N

NEquitiosa translatio noui Testamenti per Luthe. 66.b.
Nicolai I. Papæ Decreta ex Gratiani decretis excerpta 269.b.
Nomen Lutheri execrabile futurum omnibus 150.a.
Nomina Principum posita in conficto fœdere 174.a.
Nomen Lutheri execrabilius nomine Diaboli & Iudæ 247.a.
Nomina Collocutorũ, qui super libro, à nõnullis cõscripto, Ratispone disceptarunt 281.a.
Nomina quorundam Episcoporum Coloniẽsium 285.b.
Nomina trium filiorum Martini Lutheri 310.a.
Nouum Testamentum Lutheri in linguam Anglicam translatum 123.b.
Nouus Bohemiæ & Vngariæ Rex FERDINANDVS 141.b.
Nouum Testamentum Emseri, cum præfatione Ducis Sax. Georgij 150.b.
Nouorum Theologorum morbus & inconstantia 220.b.
Nouum morem celebrandi Concilium, petunt Lutherani 240 b.
Nugæ Lutheri de Confessione Electoris Sax. Augustæ 225.a.

Nugæ

Nugę Luthe. de Rutea corona in ſtemmate Ducum Sax. 236.b.
Numerus Principum & Statuum, qui Auguſtæ ſubſcripſerunt 203.b.
Nuptiæ Lutheri Anno 1535. in communi luctu Germaniæ 109.a.
Nuptias variis rationibus prolixè ſuaſit Luthe. fruſtra Card. Mog. 121.b.

O

OBſidio ciuitatis Vienenſis in Auſtria terribiliſſima per Turcas 188.a.
Obſidio Treueris 84.a.
Obitus Eckij & Pighij 185.b.
Obſcœniſſimus liber Lutheri contra Papam & Card. 288.a.
Oecolampadij errores & mendacia 143.b.
Opera pœnitentiæ Niniuitarum 284.b.
Opuſcula Ruperti Tuitienſis, Lutheranis interuerſa & erepta 124.a.
Opuſcula illa Coloniæ retenta & excuſa ibi. b.
Opuſcula complura Geor. Vuicelij contra Luthe. 218.b.
Orationes Tres ad Principes Imperij Nurenbergæ habitæ 82.b.
Oratio Andrææ Critij Poloni, ad Regem ſuum contra Luthe. 111.a.
Oratores Duo à Papa & Imp. miſſi ad Principes Catholicos & Lutheranos, pro celebrando Concilio 239.b.
De Otto Pack 117.b.
Otto Pak Caſſiæ turpiter confuſus, conuictus

& proſcriptus eſt 175.a.

P

PApæ admonitio ad Cæſarem ſcripta 287.b.
Papa manet, hæretici vt aqua dilabũtur 297.a.
Pariſienſium Theologorum de doctrina Lut. iudicium 42.a.
Paſſio Epiſcopi Roffenſis, & Tho. Mori in Anglia 266.a.
Pathmos Lutheri ſuperbe conficta, in qua latuit 41.b.
Phil. Melan. egregie confutatus à Tho. Radino 113.a.
Phil. huius iniuriæ contra Scotos 263.a.
Pœna in hæreticos Hallenſes modica fuit 263.a.
Præda maxima Romæ Germanis militibus parum profuit 156.a.
Præfatio Ioannis Cochlæi in Sex libros innocẽtij III. de Miſſa 246.a.
Primus recubitus in cœnis Lutheri 295.b.
Prætextus verbi dei falſus 35.b.
Principes ſeculares dicuntur à Luth. Carnifices Dei 57.b.358.b.
Proceſſio in feſto Corporis Chriſti ſplendide peracta 192.a.
Prohibitio librorum Luth. fecit libros precioſius vendi 55.a.
Prognoſticon Iuliani Epiſcopi Toletani, de futuro ſæculo. 269.a.

Pro-

Propositiones contrariæ, de indulgentiis inter Lut. & Tetzelium. 5.a.&.b.
Propositiones LXXV. Luth. contra Louanienses 290.b.
Protestatio Lutheri coram Card. S. Sixti Augustæ 6.&.7.b.&.8.a.
Protestatio Theologica in disputatione Lypsica 13.b.
Propugnatio & propagatio strenua Lutherani Euangelij 53.a.
Prouocatio Luth. ad disputandum Vuittenbergæ 10.a.
Pugnare contra Turcas, prohibuit Lutherus Ibi. b.
Purgatorium à Luthero Lypsiæ confessum 14.a.

Q

QValis mors Lutheri 294.b.
Qualis latina est assertio Lut. 26.b.
Quales Lutheri ad Deum preces 295.a.
Qualia Apophthegmata Lutheri 295.b.
Quale Christi in animam Lutheri iudicium 296.a.
Qualis scriptor Luth. 62.a.
Quæstiones Ioan. Cochlæi ad Iustum Ionam de Missa 257.b.
Quęstio ex facto, An liceat vni duas habere vxores simul 278.a.
Quatuor Euangelia noua sectarum 165.b.
Querhameri, ciuis Hallensis, tabulæ contradi-

ctionum Luthe. 265.b.
Querela Lutheri contra Indulgẽtias ad Card. Mog. 4.a.
Querela Luthe. ad Spalatinum de disputatione Lypsica 15.b.
Querela & accusatio Luthe. contra Eckium ad Leonem X. 16.b.
Querela Luthe. contra Suermeros, aureos amiculos suos 146.a.
Querela eiusdem cõtra Aulas Principũ 146.b.
Querela Luthe. de Diaboli astutiis in nouis sectis 157.b.
Querela Ducis Georgij ad Electorem Saxo. de Luthe. 229.a.
Querela iniqua Lutheranorum contra Octo articulos de Concilio 240.a.
Querela Erasmi Roter. super morte Roffensis, & Tho. Mori 265.b.
Querela Concionatorum Luthe. contra Legatum 282.b.
Quinque Cantonum Catholicorum in Heluetiis, Quinque prælia prospera & victoriosa de Zuinglianis 215.b.
Quinque Cantonum Catholicorum laudis præconia 216.b.

R

Recessus Dietæ Augustensis à Lutheranis recusatus 202 a.
Reformatio noua Bernensium 177.b.
Reformatio Luthe. Teuthonice ad Nobilitatem Germaniæ 20.b.

Regis

Regis Angliæ admonitio, contra nouã translationem Luthe. 50.a.
Religiosa gens Quinque Cantonum in Heluetiis 215.b.
Religionis mutatio in Anglia propter Regis diuortium 264.a.
Religionis Catholicæ in Anglia restitutio 278.b.
Responsiones Luthe. Vuormaciæ coram Cæsare in publico datæ 31.b.
Responsum eiusdem ad delectum Principum ibidem de verbo Dei 35.a.
Responsum graue & repræhensorium Ducis Georgij, ad literas Luthe. 119.a.
Responsum graue, pium, & eruditum Regis Angliæ, ad literas Luthe. 127.a.
Responsum proteruum Luthe. ad Consulem Lypsensem 230.a.
Responsum Protestantium de libro 282.a.
Retorquet Erasmus calumniam in Luthe. 137.a.
Reuocatio Tauberi, ciuis Vienensis, & relapsi supplicium 92.b.
Rex Angliæ oblatam à Luthe. Palinodiam recusat 126.b.
Rex ille à Luthe. laudari non vult, nec eum pro inimico habere 139.b.
Rex Vngariæ Ludouicus bello à Turcis victus interiit 141.a.
Rex Anabaptistarum Monasterij, Ioannes à Leydis 252.b.

Ridiculus libellus nomine Parisiensium confictus 43.a.
Ridicula comparatio Lutheri qua Principes lendibus confert 146.a.
Ridicula figmenta Lutheri contra Concilia 270.b.
Roma à militibus Cæsaris capta ac direpta 155.a.
Rusticorum cædes in Franckenhusen, oppido Turingiæ 102.a.

S

SCriptura sacra, sola, in Conciliis non potest esse iudex 241 a.
Sceleratum dictum Lut. 17.b.
Scurrilitas Luth. in libro contra Ducem Sax. Geor. 230.b.
Secretum Anglicorum Apostatarum vino reuelatum 125.a.
Secretum illud per Hermanum Rincum, & Io. Cochlæum præpeditum ibid.
Secta Lutheri fœdissima 53.a.
Sectarum confusio, & querela Luth. contra Zuinglianos 156.b.
Seditiosa verba Luth. ad Imp. & Reges contra Papam 25.a.
Seditiosus liber Luth. contra Duo Mandata Imperialia 86.b.
Seditiosæ plebis Frãcfordiæ articuli 47.106.b.
Seditiones populares Moguntiæ & Coloniæ 108.a &.b,
Seditiones à Luth. affectatæ 144.b.

Sedi-

Seditiosæ criminationes Luth. contra Principes sæculares 233.b.
Sermo Lut. de Destructione Hierusalem 139.b.
Sententia Cæsareæ in Luth. lata. 32.a.
Seuera contra nouam sectam, in inferiore Germania exortam, executio 290.a.
Stulta Ionæ Historia 297.b.
Staupitius ex inuidia indulgentiis detraxit 4.a.

T

TEmplum S. Petri Romæ indulgentiis Leonis X. complendum 3.a.
Thomas Muncerus turbulentissimus rusticorum concitator 100.a.
Thomas Cranmerus Orator Anglicus Ratisponæ 28.a.
Tigurinorum contra Lutherum Responsio 291.a.
Tragica historia de viro & vxore sua Basileæ 169.b.
Translatio noui Testamenti per Luth. in Germanicum 50.a.
Tres libri Buceri ad Conuentum Ratisponensem 289.b.
Trias Ro. 19.b.
Tumultus bellicus inter Heluetios propter discordiam in fide 185.b.
Turbatio Germaniæ maxima, vbique seditionibus concussa 106.a.

V

VAnitas minarum Lutheri 243.b.
Vbi latitauit Luth. 39.b.

Varij de Lutheri obitu libelli 294.a.
Venatio Luth.contra Capricornum Emſeri 17.a.
Verba Vuicelij in Iudocum Koch, qui ſe dicit Iuſtum Ionam 219.b.
Verba Card.Contareni ad Io. Cochlæum, de concordia 276.b.
Verba Cæſaris in Mandato ad Principes & Status 293 a.
Veus cancellarius Badenſis 34.b.
Vexatio Concionatorum Catholicorum per no.Teſt.Luth. 52.a.
Victus ab emeſero Luth. 17.b.
Virginitas à Paulo præfertur Matrimonio, quod negat Luth. 68.b.
Viſitatio Saxonica à Luth.& à Philipp.eius deſcripta 168.a.
Vlricus Huttenus proſa & carmine ingenioſus ac vehemens 19.b.
Vltima Lutheri oratio 296.a.
Vota libere dimitti poſſe docet Luth. 94.a.
Vuicelius cur Lutheranos vocat Thraces & Scordiſcos 239.a.
Vuicelij 44. Capitula de Euangelio Lutheri 248.b.
Vuicelij multa opuſcula contra Luth. 248.b.
Vuicelius de raritate & contéptu orandi apud Luth. ibid.c.
Vuicelij reprehenſioness contra Luth.de Ieiunio & Eleemoſyna 249.b.

Vui-

Vuicelius repræhendit Laicos Monasteria occupatium ibid.

Z

Zvinglius tergiuersator & contumax cõtra dispu. Badensem 142.b.
Zuinglij Antilogiæ per Io. Fabrum collectæ 143.a.
Zuinglij accusatio per 40. conclusiones Tho. Murneri ibidem.b.
Zuinglianorum Confutatio per Roffensem & Chlichtoueum 159.a.
Zuinglij tristis exitus in primo Tigurinorum prælio. 214.b.

AD VNIVERSOS PIOS & Catholicos, Sacrarum Historiarum studiosos, Conradus Brunus Iureconsultus.

Quanta ex Historiis vtilitas.

INTER ea, quibus ad comparandam nobis Historiarum cognitionem inuitamur, præcipuum est, quòd ex Historia, tanquam vitæ magistra, certas actionum humanarum formas & exempla, tum varia consilia, depromimus: Quibus instructi, & quæ honesta & vtilia sunt sequi, & quæ turpia & noxia, deuitare possumus. Nam si scitum est, quod in Comœdia Senex ad Adolescentem ait, Periculum ex aliis facere tibi, quod ex vsu siet: Et si istuc est sapere (vt in Adelphis inquit Seruus) non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere: hanc certe sapientiam omnium maxime ex Historiis nobis comparabimus. Historia siquidem exempla nobis exhibet & velut ob oculos ponit, honestorum & prauorum cõsiliorum, tum quæ ex prauis mala, & quæ ex honestis consiliis bona fuerint consequuta, demonstrat: In quæ nos tanquam in speculum inspicientes, ex aliis nobis exemplum sumimus, & longe ante prospicimus, quæ consilia nobis amplectenda sint, quæ fugienda: & quomodo quæ honesta sunt & vtilia, consequi: contrà, quæ turpia & noxia, aliorum moniti exemplis, vitare possimus.

Speculum rerum agendarum.

mus. Immo ſunt, qui in Hiſtoriis ea tãtum ponẽda eſſe putẽt, quę aut fugiẽda ſint aut ſequẽda. Sed & eã cõmoditatẽ affert Hiſtoria, quod de variis retroactorũ temporũ caſibus, Hiſtoriarũ ſciẽtia pręditi, certius de pręſentibus iudicare: immo, quæ euentura ſunt, coniicere & prędicere poſſunt. Qua re tum id quoque aſſequuntur, vt nõ ſolũ imminẽtium periculorum tẽpeſtates ipſi declinare, & aliis etiã, quo ab his ipſis ſibi caueant, prędmonere poſſint: ſed etiam quaſi Mantici quidã omnib⁹ admirationi ſint, & pro Vatibus habeantur. Et ne id mirũ quidẽ, ſiquidẽ qui bene coniectat, eum optimũ Vatẽ prouerbio quoq; veteres appellarunt, vt Plutarchus & Cicero ſcribũt: nimirũ admonẽtes, futurorũ prędictionẽ, non è ſortib⁹ auguriis & cõſtellationib⁹ petendam eſſe, ſed à prudentia.

Iulius Capitolinus in tribus Gordianis.

De futuris coniicere.

Cicero lib. 2. de diuinatione. Plutarchus in libello de reſponſis Pythiæ.

Siquidem qui prudẽs eſt, is ex præteritorum pręſentiumq; cõiecturis facile, quid euenturũ ſit, proſpicere poteſt. Propter quod & Ariſtoteles recte prudẽtiam atq; ſapientiam hominũ, celerẽ diuinationẽ appellauit. At Prudentiam omniũ maxime nobis ex Hiſtoriarũ cognitione cõparabimus. Etenim Hiſtoria nos docet, pręterita pręſentibus cõnectere, & ex his coniecturas ſumere, & quid futurũ ſit proſpicere. Ipſa enim, velut ab alta ſpecula, omnes hominũ actiones, rationes, cõſilia, & euẽtus lõge retro actorũ tẽporum contẽplanda nobis demõſtrat, & ex his quę geſta ſunt, quid ex quolibet rerũ gerendarũ cõſilio euenire poſſit, coniice-

Ariſt. lib. Moralium Eudemiorum lib. 7.

Hiſtoria parit prudentiam.

re docet. Ex qua re & illud cõsequitur, vt qui ætate sunt non admodũ prouecta, seniores etiã quãtumlibet rerum vsu expertos, tamẽ Historiarũ veterũ ignaros (quorũ ideo maior authoritas est, quia plura nosse & vidisse credũtur, vt Fabius ex Homero refert) prudentia, quam ex Historiarum lectione adepti sunt, vel ęquent, vel sæpe etiam superent: & quam illi prudentiam vix longa ætate, eam hij breui temporis spacio, sed assiduo Historiarũ studio cõsequãtur. Et (vt idem Fabius ait) quantũ ad rerũ cognitionẽ pertinet, vt etiam pręteritis sęculis vixisse videantur. Etsi autem ad omnes cõmuniter ordines, ętates, ad omnis cõditionis & fortunæ homines, summos & infimos, priuatos & Magistratus publicos gerẽtes, quas modo enumeraui, pertineãt Historiarũ vtilitates: tamẽ maximus est, idemque optimus, fructus, quem rerum publicarum Principes, & qui publicis in Repub. muneribus funguntur, ex Historiarum cognitione capiunt: ad omnes siquidem pertinet, quicquid ab his vel bene agitur vel male. Bene quidẽ & prudenter, si consiliis vsi fuerint bonis: male & perperã, si malis. Ipsi siquidem vel summo omniũ bono prudẽtes sunt, vel summo omniũ malo stulti & insipiẽtes. At vero ex Historiis, tãquam officiorum omnium & prudẽtiæ instructissimo mundo, delectũ faciẽt, eorum quę dixi cõsiliorum tã bonorũ quã malorum: vt illa amplectãtur, hæc vero repudiẽt atq; auersentur. Historia siquidẽ multiuaga variaq;, ac

lib. 12. ca. 4. orat. insti.

Præcipuus fructus Historiarum in Magistratibus.

Mũdo, id est, ornatuũ arca aut repositorio.

acvberrima omnis generis exẽplorum copia, innumeras ac diuersarum causarũ & euẽtuum, cõsiliorumq; formas, in quibuscũq; negociis, tam sacris quàm prophanis: tã publicis quàm priuatis: tã pacis quàm belli, suppeditat. Veluti, si de sedãda plebis aduersus Magistratꝰ seditione deliberãdum sit, prudẽs Irenarcha, id est, qui ad tollẽdas discordias, & pacãdos in Republica discordantium animos, pręficitur, multis ex Historiis sibi propositis cõsiliis id sibi deliget, quod bonum & fœlicẽ: contra vero repudiabit, quod malum & infaustum, euentum habuisse animaduerterit. In qua re & illud diligẽter cauebit, vt quę prudentiores probauerint, ipse quoq; probet: quę negligẽda declinandaq; esse putauerint, ipse quoque negligat & declinet. Quale fere de Romanis exẽplis iudicium fert Cicero. Ex exẽplis (inquiẽs) Romanorum ea esse sequẽda, quę populꝰ Romanꝰ probat, nõ quę cõdẽnat. Sic cõsiliũ Senatꝰ Romani, quo ad sedãdã plebis seditionẽ, in mõte sacro desidẽtis, plebi Magistratũ suũ pmisit, omnibꝰ modis repudiabit prudens Irenarcha: Quia scilicet ex Historiis didicit, infœlicissimũ huiusmodi cõsilij fuisse euẽtum. Quippe Tribunitia potestas, subsequẽtibꝰ tẽporibꝰ omniũ seditionũ causam excitauit: quę spẽ quidẽ plebis tuẽdę, cuius in auxilium cõparata fuerat, re autẽ dominationẽ sibi acquirens studium populi, tum aduersus Senatum, tum aduersus Tribunos ipsos variis modis agitauit. Nam præterquam, quod

Exemplorum copia ex Historiis.

Id est pacificator seu princeps pacis.

Malum consilium de admittẽdis Tribunis plebis.

L. Florus lib. 3. ca. 1.

Tribuni ipsi per se rerũ nouãdarũ studiosi fuerũt, & miri seditionũ cõcitandarũ artifices: ipse etiã populus ea intumescens potestate, Tribunos, quoties libuit, in Senatũ insurgere cõpulit, vt iam à multitudine regi magis, quam regere ipsi viderentur, vt inquit Liuius. Quæ res innumerarum prope seditionum causa fuit, ac proinde orta plebis aduersus Senatũ seditione, neglecto eo, quod tã infœliciter Romanis successit, consilio, quiduis potius sustinebit Magistratus, quam vt neglecta authoritatis suæ maiestate de Imperio suo quicquã remittat, aut in plebẽ trãsferri patiatur: quin potius tale adhibebit remediũ, quo nõ in præsentia tantũ seditio cõprimatur, sed ne mox Respub. in grauiorẽ morbũ recidat, omnis simul causa grauioris mali præcidatur. Sic ad extirpandas alicubi subortas hęreses, recõciliandamq; in religione discordãtium pacẽ: Magistratus, tã Ecclesiastici quam sęculares, ea sibi ex Historiis cõsilia decerpẽt, quib⁹ extinctę olim hęreses, non quibus auctę atq; corroboratę fuerũt. Ac proinde neq; liberum permittẽt vnicuiq;, quod libeat credere. Quo cõsilio Iouianus Imperator, etiamsi Catholicus Princeps, & Valens hæreticus, vsi sunt. Ille quidẽ, vt hoc modo blandimentis & suasione verborũ, discordãtium contentiones abscinderet: Hic vero, vt pace vtcũq; inter colẽtes facta, Arrianorũ ipse interim hęresim cõfirmaret. Sic nec hęreticis Ecclesias dabunt, nec sacra peragere permittent: Quod Gratianũ & Valen-

Tit. Liuius lib. 3. ab vrb. cond.

Malum consilium de hæresi extirpanda.

Trip. lib. 3. cap. 4.

Trip lib. 9. cap 2.

& Valentinianum lege quoq; ſanxiſſe, tradunt Hiſtoriæ. Sed nec colloquia inter Catholicos & hęreticos inſtituēt, quod Principes quoſdā Catholicos Auguſtini temporibus feciſſe, ipſe in Breuiculo ſuo, & ſępe aliàs in Epiſtolis, teſtatur. Hęc (inquam) veterū cōſilia noſtri Magiſtratⁿ, ſiue Eccleſiaſtici ſiue ſęculares, in extirpādis hęreſibus, & cōponenda inter diſcordātes pace, minime amplectētur. Nā etſi pia & Catholica Veterū Principū fuerit intentio, nēpe, vt his cōſiliis perturbatū hęreſibus & ſchiſmatibus Eccleſiæ ſtatū, ad concordiam & tranquillitatē reducerēt: tamē, quia huiuſmodi cōſiliorū infœlicē fuiſſe euentū Hiſtoriarū exemplis docētur, minime imitāda erūt, ſed omnibⁿ modis, quę iam male ſucceſſerunt repudianda.

Conſilia de Colloquiis cū hæreticis fugienda.

Contrà vero diligēda erūt, quę fœliciorē ſucceſſum & euētum habuerunt. Cuiuſmodi ſunt, Vt Catholici Magiſtratus ſuboriētibus hęreſibus in tēpore occurrāt: Vt Eccleſiarū Prælati à Ro Pontifice, de admonēdis conuertendiſque hæreticis, & qui ab his ipſis decepti fuerint: tū interponēdis fundēdiſque pro ipſis ad Deum precibus: tum dānandis & Anathemate feriendis his, qui pertinaciter in errore perſeuerauerint, admoneātur: Vt Eccleſiarum Epiſcopi & Prelati, quę ad hunc modū à Ro. Pontifice mā data fuerint, quęque iuxta paternas regulas ad eorū officiū pertinēt, in cōuertendis hęreticis, dānandiſque & anathematizandis hæreſibus, earumque authoribus, fautoribus, & defenſo-

Conſilium efficax contra exortas hæreſes.

Executio contra hæreticos.

ribus, fideliter exequantur. Vt Imperator cęteriq; Catholici Principes, à Romano Pōtifice, cęterisq; Episcopis & Prelatis, admoneātur, vt ipsi quoq; sanctā Dei Ecclesiā, aduersus hęreticorum insultum defendāt, & quę aduersus ipsos & eorū errores, Ecclesiastico iudicio decreta fuerint, exequutioni mādent, ac iniuriam Deo & Ecclesiæ eius per ipsos illatā, ipso etiā gladio vindice persequātur. Deniq;, vt Imperator, & Catholici Principes, ad hunc modum à Prælatis Ecclesiasticis admoniti, tum laicis à se quoq; legibus, tum publicis edictis propositis, hæc omnia re ipsa exequātur. Hæc (inquam) & similia cōsilia, quib⁹ ad vindicādas extirpandasq; hæreses, veteres Ecclesię Principes & Magistratus, tam Ecclesiastici quàm sęculares, vsi sunt: nostri quoque Principes & Magistratus, quoties vsu venit, quisque pro iniuncto sibi officio amplecti debent. Quia hęc ipsa fœlicem olim habuisse euentum, ex Historiis, tam sacris quam prophanis, edocentur. Sed nec illa contēnenda Historiarum vtilitas est, quod & boni per eas ipsas virtutum suarum laudē adipiscuntur, & mali vitiorum reprehensionē patiuntur: & hoc quoque modo bonis, quę sequentur bonorum, & quæ fugiāt malorum, exēpla proponūtur. Quippe Augustum, Flauium Vespasianum, Titum, Cocceium Neruam, Diuum Traianum, D. Adrianum, Pium & Marcum Antoninos, Seuerum Afrum, Alexādrum Seuerum, Claudium, Aurelianum, Valerianum: tametsi

Exēpla Principum bonorum.

Idolatras,

Idolatras, tamen omnes ſalutares Reipub. Principes. Conſtãtinum item Magnum, Marcianum, Theodoſios, Valentinianos, Arcadium Honorium, Iuſtinianum, & reliquos eorum ſucceſſores, pios & Catholicos Principes. Et contrà, Claudium, Neronem, Caligulam, Domitianum, Maximinos, Antoninum Caracallum, Heliogabalum, Maximinos, Gallienos, Diocletianum, Idolatras, Cõſtantium item, Valentem, Iulianum, Anaſtaſium, & ſi qui ſunt his ſimiles alios, titulo quidem Chriſtiani nominis inſignitos: re autem ipſa Eccleſiæ Catholicæ crudeliſſimos perſequutores. Quis (inquam) omnes hos tam bonos quam malos Principes, immo inter hos etiam monſtra quædam & portenta noſſet: niſi eorum ipſorum dicta & facta, Suetonius, Cornelius Tacitus, Dion Caſſius, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Trebatius Pollio, Flauius, Vopiſcus, Oroſius, Eutropius, aliique Hiſtorici, in literas retuliſſent? ac omnibus, quotquot poſt fuerunt, & deinceps futuri ſunt, Principibus imitandi fugiendique exempla reliquiſſent? Poſſem iam innumera prope conſiliorum, tã bonorum quã malorum, exẽpla in feriorib⁹ Magiſtratib⁹, omnibuſq; adeo qui publici in Repub. munerib⁹ funguntur, vel imitãda vel declinãda, ex Hiſtoriis proferre: Sed quæ vnuſquiſque ſibi, quatenⁿ ex vſu eſſe putabit, paucis his à nobis cõmonefactus, vel deliget bona, vel mala repudiabit.

Exempla malorum.

Hiſtorici de geſtis Principum.

Ex Cic. lib. 1. actionum in Verrem.

Fabius Quintilianus cognitionem Historiarũ Oratori necessariam esse affirmat, quod abundare debet exemplorum, tum veterum tũ nouorum, copia. Veterum quidẽ ea fortasse ratione, quia antiquitas ipsa plurimum solet & authoritatis habere ab probandum, & iucunditatis ad audiendum, vt inquit Cicero Sed vtrarũque, quia tam veteres quàm nouę, plurimum tã ad probandum, quàm ad docendum valent: maxime in his rebus, quæ ad disciplinam publicã moresque, & ad rerum publicarum administrationem pertinent. In exemplis enim nõ modo res ipsas gestas, sed ipsarum etiam actionũ consilia, vnde exempla nata sunt, spectamus. Ego vero hunc exemplorum vsum non Oratori tãtum, sed omnibus etiam, qui de Repub. siue cõstituenda, siue prudenter gubernanda, tum de singulorum etiam Rempub. administrantium muneribus recte administrandis, certa præcepta tradunt, vtilissimum esse puto: ac de me certe illud affirmare ausim, me non alia re magis in his, quæ à me hactenus scripta sunt, vtcunq; soluendis, quam exemplorũ copia esse adiutũ. His enim ipsis, non solum quæ demonstranda à me suscepta sunt, probasse mihi videor: sed etiam quæ demonstrata sunt, in certam consiliorum, præceptorum, officiorumq; formam redegisse. Id autem quàm fœliciter præstiterim, eorũ esto iudicium & censura, qui Legationes meas (in quibus plus minus Quadringẽtis exemplis ex variis Hebræorum, Græcorum, & Latinorũ, tam

Quomodo promiscue vtendũ est exẽplis.

Libri D. Bruni De Legationibus.

tam ſacris quàm prophanis Hiſtoriis deprōptis, & ſingulis ad ſuum appoſite, vt puto, collatis locis vſus ſum) aliaſq; lucubrationes meas, præſertim iis, quæ nuper de Hæreticis æditæ ſunt, legerunt. Iam vero ex omnibus Hiſtoriis omniū maxime eas deligendas eſſe cenſeo, quas eſſe veriſſimas iudicabimus. Etſi enim prima lex Hiſtoriæ ſit, vt nihil falſi dicat, nihil veri dicere nō audeat, & ut nulla ſit in ea gratiæ ſuſpitio: tamen eam legem non æque in omnibus Hiſtoriis ab omnibus obſeruatam eſſe ſcimus, Vt Flauius Vopiſcus, ipſe quoq; non contemnendus Hiſtoricus, non vereatur dicere, neminem ſcriptorum, quantum ad Hiſtoriā pertinet, non aliquid eſſe mentium. Nam & in T. Liuio quædam eſſe, quædam in Saluſtio, quædam in Cornelio Tacito, quædam in Trogo: quorum fides manifeſtis teſtimoniis labefactari poſſit. Maxime vero Græcorum Hiſtoriis non integram vbique fidē habendam eſſe, veteres Latini exiſtimauerunt. Quemadmodum in Satyra dicitur.

Lex Hiſtoriæ præcipua eſt, ſcribere vera.

Et quicquid Græcia mendax Audet in Hiſtoria.

Mendaces Græcorum Hiſtoriæ. Iuue. 10.

Quin tanta etiam eos in ſcribendis Hiſtoriis fingendi libertate vſos fuiſſe creditum eſt, vt recte dixerit Fabius, Græcis Hiſtoricis plærūque Poëticæ ſimilem eſſe licentiam. Sed & in cæteris rebus vniuerſæ Græcorum genti parum fidei tribuit antiquitas. Veruntamen (inquit Cicero) hoc dico de toto genere Græcorū, tribuo illis literas, do multarum artium diſciplinā: non adimo ſermonis leporem, ingeniorum acumē,

Cicero in oratione pro L. Flacco.

dicendi copiam: denique, si qua alia sibi sumũt, non repugno: testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio coluit. Porro inter omnes Historias iure ac merito primum sibi locum vendicat, quæ in veteri & nouo Testamẽto continetur, quia scilicet verissima est: Quippe sancto Spiritu inspiratore & duce, & scripta, & tot sæculis, non sine miraculo, ab omni falsitatis nota integra & incorrupta conseruata. Post hanc, maiorem mihi fidem habere videntur, siue sacræ, siue prophanæ, quæ ab his scriptæ sunt, qui quæ narrant vel præsentes ipsi spectarũt: aut ex eorũ, qui pręsentes fuerũt, vel ore, vel scriptis acceperũt. Quales fere sunt inter veteres Ecclesiasticas, quã de persequutione Vandalorum scripsit Victor. Epistolæ item Historiales Basilij magni, Augustini & Hieronymi, & quædam Originis, Tertuliani, & Irenæi scripta. Et inter prophanas quædam Suetonij, quædam Cornelij Taciti, quædam Vellei Paterculi, & aliorum: In quibus ea narrantur, quæ authores ipsi, partim præsentes viderunt & audiuerunt, partim gesserunt, partim ex eorum relatione vel scriptis, qui & ipsi rerum, quæ narrantur, actionibus atque tractatibus interfuerunt, acceperunt. In his siquidem & similibus Historiis, res certa & bona fide, & sine verborum vel fuco vel delectu, narrari & exponi videmus.

Differẽtia inter Oratorem & Historicũ.

Tito Liuio illud in Historia laudi datur, quod in Concionibus, supra quam narrari possit, eloquens fuerit: sed quæ laus in Orato-

rem

rem magis, quam Historicum conuenit. Oratoris siquidem est eloquentiæ studere: Historici vero, nullo verborum quæsito & affectato ornatu veritati. Orator dicendo suis etiam verbis causæ, quam orandam suscepit, inseruire potest. Historicus rem, vt gesta est, & verbis ad rem proprie pertinentibus narrare: quæ vero dicta scriptaue sunt, quantum fieri potest, iisdem etiam verbis referre debet. Hanc legem diligentissime quique Historici probati obseruarunt, veritatis magis in scribendis Historiis, quam eloquentiæ studiosi: qui non veriti sunt aliorum quantumlibet etiam barbara scripta, sed res tamen, vt dictæ & gestæ fuerint, exprimentia, suis Historiis inserere. Sic Trebellius Pollio, cum Versus quidam Græci boni, in Latinam linguã translati essent non bene: nihilominus tamen Historiæ suæ etiam non bene translatos inseruit, hac subiuncta causa. Hos ego (inquit) Versus, à quodam Grammatico translatos, ita posui, vt fidem seruarem: non quo melius non potuerint transferri, sed vt fidelitas Historica seruaretur, quam ego præ cæteris custodiendam putaui: qui id quod ad eloquentiam pertinet, nihil curo. Et Flauius Vopiscus, idem ipse non paruæ inter Historicos authoritatis & fidei, eius quam dixi Historicorum legis memor, omnes, quarum copiam habere potuit, epistolas ad materiam subiectam pertinentes, Historiæ suæ inserens, inter cætera ait, Extat epistola, quam ego, vt soleo fidei causa,

Historici veritatis magis, quã eloquentiæ studiosi.

Trebellius.

Vopiscus.

Ioan. Cochlæus.

immo vt alios annalium ſcriptorum feciſſe video, inſerendam putaui &c. Atque in hoc ſane genere mihi plurimum excellere videtur Reuerendus, & idem in omni honeſtarum artium atque diſciplinarum genere haud vulgariter doctus, maxime vero Hiſtoriarum omniũ, tam ſacrarum quam prophanarum, veterum & recentiorum, egregie peritus, D. Io. Cochlæus: qui hiſce noſtris temporibus duas Eccleſiaſticas Hiſtorias, alteram de Huſſiticis, alteram de Lutheranis rebus ſcripſit, eius quam dixi Hiſtoricorum legis obſeruantiſſimus. Nam præterquam, quod homo Germanus eſt, &, vt toti iam orbi notum eſt, integerrimæ & ſanctiſſimæ tum fidei tum vitæ, quæ res ei merito eiuſque ſcriptis ſummam fidem conciliare debet: in priori illa Huſſitica nihil aliud narrat, quàm quod certiſſima fide vel publicorum monumentorum, vel aliarum eius temporis authenticarum, & fide dignarum ſcripturarum, comprobetur. Quę vero in poſteriore de Lutheranis rebus ſcripſit, eo maiorẽ fidem habebunt: quia nihil eorum, quæ à Luthero & eius complicibus vel acta vel dicta ſunt, hunc noſtrum authorem latere potuit: quippe Luthero non ſolum contemporaneum, ſed multo etiam tepore vicinum (Nam, ſecundum Iureperitorum regulam, Vicinus vicini acta ſcire præſumitur) Noſter ſiquidem author Dreſdæ, Lutherus Vuittenbergæ ad Albim fluuium, altero ab altero paucis admodum miliaribus oppido diſtante, egerunt. Sed & eo in

Duæ Hiſtoriæ eius bonæ fidei.

deſcribendis

describendis quæ in tota hac causa acta sunt diligentior fuit hic noster Historicus: ac tanto etiam maior illi fides habēda. Quia totam causam istam Ecclesiæ Catholicæ esse sciuit, quæ est omnis veritatis firmamentum, quam & aduersus truculentissimum hunc Ecclesiæ hostem Lutherum, aliaque ab eo nata tetetrima monstra. defēdendam propugnandamque suscepit, & ob id cum iisdem perpetuo, iam inde ab initio natæ tam funestæ factionis, certamine conflixit, & multa etiam, velut fortissimus pugil, verbi Dei gladio potenter atque euicit prostrauit.

Vtilitas harū Historiarum.

Postremo, vtilitatem harum Historiarum, cum ex multis aliis, tum ex eo maxime metimur quia in his propositis duorum Hæresiarcharum exemplis, Ioanne Hus & Martino Luthero, velut in speculo contemplamur, quæ sit natura, & quæ causæ hæresum: qui hæreticorum mores, quæ ex his blasphemiæ, sacrilegia, calumniæ, & iniustæ persequutiones, crudelitates & immanitates, quas variis modis in Catholicos exercent & innumera alia id genus mala & incommoda enascantur: Et quod omnium periculosissimum est, quàm breui tempore in quantos auctus excrescant hæresum zizaniæ, si suborientes nō statim supprimantur, atque radicitus euellantur. Horum (inquam) omnium exempla in his duabus Historiis nobis proponuntur, quibus ad veterum collatis Historias, haud obscure cognoscemꝰ, primū quā nūquā nō sibi similes sint hæretici, id est quā omnes, qui vnquā fuerunt, & qui

Multa ex hæresibus mala nascuntur.

futuri sunt, impiis, & in Deum & Sanctos eius blasphemi sint: Dei & hominum contemptores sacrilegi, crudeles, mendaces, fraudulenti, fœdi fragi, pacis & tranquillitatis publicæ perturbatores, rerum denique publicarum corruptores & euersores. Deinde quæ in sedandis extirpandisque hæresibus consilia olim vel fœlicem vel minus prosperum successum habuerint, ea similibus emergentibus hęresum & schismatum causis & negotiis, similem semper euentum sortiri. Magna certe hæc & nunquam negligenda, quę in his Historiis nostris ad rerum publicarum administratores redit, vtilitas. Etenim his exemplis admoniti discunt, vt quæ maioribus nostris fœliciter successerint, consilia amplectãtur: quę infœliciter, multa animi prouisione fugiendo relinquant.

Conclusio ad lectores.

Hæc habui, Pii & Catholici, & Historiarum Ecclesiasticarum studiosi Lectores, quibus vobis duas has D. Cochlæi nostri, viri, sæculorum memoria digni, Historias commendarẽ. Quas vbi diligenter legeritis, & eum, quem vobis ex earum ipsarum lectione fructum promisi, perceperitis: tum & vestris commodis recte inseruitum, & Authoris & meis quoque votis satisfactum esse, ex animo gaudebo. Valete. Landshutæ in Bauaris.

PRAEFATIO

IN ACTA HISTORIAM-QVE LVTHERI.

OPERAE Precium videtur literis, ad posteros commemorare vtcunq; præsens hoc Ecclesiæ dissidium, quod Martinus Lutherus suis cum complicibus, tum scribendo tum prædicando, longe lateq; in orbe Christiano excitauit, maxime vero in Germania. Tale est enim ac tantũ, tamque diuturnum hoc malum, vt vel maximo grauissimoq; bello æquiparari, immo longe grauius perniciosiusque existimari queat. Nullum profecto bellum orbi Christiano aut plura aut maiora intulit mala, quam dissidium istud. Vt enim animarum, quæ sensibus nostris non apparent, pericula interitusque omittamus (licet ea damna omnium sint maxima, & nullis lachrymis satis deflenda: quandoquidem animæ, natura sua immortales, & per Baptismi gratiam ad æternam vitam consecratæ, per infœlix hoc dissidium, extra Ecclesiæ gremium & vnitatem pereuntes, in æternam mortem perpetuis addicuntur supplicijs) Tantas omnium rerum, omniumque ordinũ turbationes, in Christianitate dedit schisma istud, quantas sane hæresis nulla dedit vnquam. Nulla quidẽ hæresis aut latius aut violentius per orbem vagata atque grassata est, quàm Arriana: Quæ potentissimos Principes, Imperatores Romanos, Constantium, Iulianumque & Valentem, atque etiam fortissimarum gentium Vandalorum, Ostrogotorũ, & Vuisigothorum, Reges bellicosos, Gensericum, Trasimundum, Hunericum, Alaricum, Theodoricum, Totilam &c. habuit defensores ac propugnatores. Verum tamen secta illa longe pauciores habuit in doctrina sua reprobos, & à fide Catholica dissonos articulos, quàm habet hæc secta Lutheri. Quæ vsque adeo dissonat ab Ecclesiæ Catholicæ fide & doctrina, vt non solum turbet sanam sanctorum patrũ doctrinam, piosque ritus & antiquas Cæremonias: Verum etiam cuncta Ecclesiæ Sacramẽta, aut in peius mutet, aut penitus aboleat. Præcipua Arrianorum contentio contra Catholicos erat de Filio Dei, quod non esset Homousius, hoc est, consub-

Quanta ex Luth. schismate perditio.

Arriana hæresis.

Secta Lut. peior quam Arrii.

stantialis Patri: Lutherus non solum de Homousio, tanquam de prophana voce, contra Ecclesiam contendit: verum etiam de septē Sacramētis, de summo Pontificatu, de Missa, de Purgatorio igne, de Cæremoniis, de Exequiis mortuorum, de quo autem non nouas aut male renouatas exuscitat lites? Et vltra doctrinæ dissonantiam, superaddit plurima in omnem statum Ecclesiasticum conuitia: eaque vt amarulenta, ita & plærunque calumniosa, adeoq; seditiosa, vt per ea concitauerit Laicos quamplurimos in publicos tumultus: eosque tam sæuos & cruentos, vt anno Domini M.D.XXV. intra tres menses in vna Germania occisa fuerint supra Centum Millia hominum. Quorum sane & corpora gladio Principum, & animas æternis suppliciis adiudicauit ipsemet Lutherus licet illi supra modū Lutherani essent, & de Lutheri Euangelio sese iactitarent. Quāta vero fuerint per eos seditionū tumultus damna data in sacris tēplis ac Monasteriis, nemo satis vel explicare vel æstimare queat. Lutherus enim nouas euulgauerat Indulgētias pro cūctis hominibus, qui in hoc exponerent, atque in periculū offerrent & corpora, & honorē, substantiāque suā vt Episcopatus, Collegiaque & Monasteria funditus deleren tur. Per quod sane factum mererētur & esse & vocari veri Christiani, ac dilecti filii Dei. Miseri igitur Agricolæ, pro sua simplicitate verbis eius credētes putabāt se optimū Deo præstare obsequium, si vel maxime ac barbarissime seuirent in quoslibet Ecclesiasticos, præcipue vero in Monachos ac Moniales. Vnde factum est, vt in eiusmodi tū Ecclesiarum tū Monasteriorum direptionibus ac deuastationibus nulla ab impiis Lutheranis habita sit superis, aut Reliquiis sanctorum, ne ipsi quidem Christo in Sacramēto Eucharistiæ veneratio nulla locis, vasisque ac vestibus consecratis religio: nulla sacerdotibus Dei sacrisque virginibus reuerentia. Quanto quisque immanius furebat tanto magis videbatur Euangelicus, Deoque maius dicebatur præstare obsequium. Neque tamen satis fuit Luthero, tanto in Ecclesiasticos odio atque furore accendisse per conuitia calumniasque Laicos: In sæculares quoque Principes stylum suum, velut gladium ancipitem, nouaculamque bis acutam strinxit. Non solum propter Edictum Vuormaciense, in quo eius doctrina, velut seditiosa & hæretica, immo velut generalis omniū hæresum sentina, à Cæsare nostro, cōmuni Principum Statuumque sacri Romani Imperii consensu, re-

Tumultus rusticorum.

Damna templis & Monasteriis data.

Furor & impietas rusticorum.

Contra Principes conuitia Luth.

Edictum editum Anno 1521.

iecta condemnataque fuit: Verumetam propter dissipatam quorundam Nobilium Lutheranorum coniurationem de qua ingens fuerat Luthero spes, ac rei pro voto suo gerendæ fiducia. Multis igitur criminationibus improperiisque & calumniis per varia scripta sua incessit atque traduxit Principes, vt per ea redderet illos popularibus turbis contēptibiles: crebro minitans eis illud Psalmistæ Effudit contemptum super Principes. Cunque ab vna parte graue imminneret Germaniæ periculum à Turcis, ab alia parte nō leuius periculum à tumultuante & in seditionem concitata iā plebe, rusticorumque multitudine: Lutherus, vt adaugeret vtrumque periculum, multa pro Turcis, multa pro rustici, contra Principes nostros in populos Germaniæ disseminauit. Palam enim dissuadebat Germanis vllam contra Turcas Principibus nostris opem ferre: Quandoquidem Turca decies melior esset illis, quos contemptim & porcos & bestias vocabat, ipsumque Cæsarem miserum dicebat saccum vermium: Et rusticorum articulos adeo iustos & æquos esse affirmabat, vt omnem Principibus fauorem gratiāque eriperent, tam coram Deo quam coram hominibus: Certissimum itaque esse quod Deus velit profligare atque disperdere Principes. Verum vbi longe aliter cecidit sors, quam ipse sperabat, profligatis infœlicibus rusticis, nequissime applaudens Principibus, risissima quæque in rusticos effutiuit. Nactus deinde quorundam Principum fauorem ac beneuolentiam, sectam suam nouis Ligis & confœderationibus longe fecit validiorem Catholicisque magis formidabilem: posteaquam schisma istud non solum contra Ecclesiasticos sed etiam cōtra seculares inualuit. Nulla profecto gēs, nulla Natio, nullus hostis, nullū bellū, nullū schisma, nulla hæresis, nulla de cœlo ira aut plaga Dei vel plura vel maiora vnquam Germaniæ mala intulit, quā intulit multis iā annis, & quotidie adhuc inferre nō cessat, ista Lutheri factio. Quæ ab Indulgentiis quidem Papæ exordium sumpsit, dum quereretur ille, earum prætextu ingentem pecuniam è Germania exportari. Verum centuplo aut potius millecuplo maiorē pecuniam in Germania disperdidit & consumpsit ipsa interim factio. Nam vt omnia illa damna quæ animabus corporibusque hominum & rebus Ecclesiarum ac Monasteriorum, tū sacris, tum prophanis, inæstimabiliter illata sunt, obliuioni tradantur: Certe in arcibus Nobiliū rustico furore atque tumultu direptis ac dirutis, multo plus damni datum est, quam in pecuniis vllæ dederunt Romani Pontifi-

Psal 106. Effusus noster ait. Effusa est contentio super Principes. Lu. scripta pro Turcis & pro Rusticis.

Mala Germaniæ ex factione Luth.

Arces dirutæ.

eis Indulgentiæ. Quandoquidem in vna Franconia, seu Franciæ Orientali, haud ita magna Germaniæ parte, deuastatas esse ferũt CCCXII. arces: Quas sedato tumultu superstites rustici suo labore atque sumptu Dominis suis reparare coacti sunt. Quis ergo æstimet plene ac iuste, quãtum damni per eiusmodi tumultus plebiũ atque agricolarum, datũ sit in aliis Germaniæ prouinciis, in Sueuia in Alsatia, in Turingia, in tractu adiacentibusque prouinciis Rheni: in Heluetii, in terra Saltzeburgensi, &c? Quid essent ad tanta damna Triobolares ac spontaneæ redemptiones Indulgentiarum? Deinde si computentur in vnam summam (quod tamen nemo facere potest) omnes Cæsaris nostri Caroli. V. & fratris eius Regis Ferdinandi, aliorumque Principum ac Statuũ Imperii sumptus, quos propter hanc sectam supprimendam aut eliminandam, fecerunt illi Vuormacie, Nurenbergæ, Spiræ Augustæ, Ratisponæ, in publicis diuturnisque ac populosis Conuentibus & Comitiis Imperialibus: constabit profecto, eam pecuniam ibi propter hanc fictionem consumptam, longe maiorem fuisse, quã fuerunt omnes Indulgentiarum pecuniæ, quæ intra CCC. annos è Germania Romam exportatæ fuerunt. Quis præterea computet, aut in certam summam redigat omnes illas pecunias, quæ inutiliter, immo noxie ac perniciose, dilapidatæ sunt toto hoc hæresum tempore, pro contentiosis libris, tum Lutheri complicumque eius, tum aliorum complurimorum partim Catholicorum, partim Zuinglianorum, & Anabaptistarum, quia maxima ex parte Teuthonice scripserunt omnes, quotquot Germanicæ linguæ periti fuerunt? Quantum insuper expensum est in sacrorum Bibliorum, tum veteris tum noui Testamenti, varias in Teuthonicum Translationes, tum Lutheri complicumque eius, tum Catholicorum, qui suis interpretationibus annotationes quoque, velut antidota quædam, in Lutheranas depravationes superaddere sategerũt. Sed & in grandia Sermonum popularium (quos Homelias vocant) volumina, tum Lutheri, tum aduersariorum eius, non solum Teuthonice, verum etiam Latine excusa, multisque millibus exemplarium per Typographos euulgata, non modicum pecuniæ à Germanis erogatum, dammosisque mercibus expilatum est. Sed esto leuis sit omnis pecuniarum iactura maximam profecto perniciem in vita & conuersatione humano generi attulit doctrina Luthericæ factionis, qua inter populos Christianos solutum

Maximi sumptus in Dietis Imperialibus.

Pecuniæ pro libris contentiosis & noxiis.

Quanta damna in moribus

lutum est vinculum pacis & charitatis corrupta morum disciplina, sublata religio, extinctus timor & cultus Dei, exibilata obedientia: introducta peccandi licentia ac malitiosa libertas, depravata & in omne vitium prona reddita iuuentus, carnali concupiscentiæ omne amotum repagulum, ablatus à sexu muliebri antiquus pudor, à populo erga Deum Diuosque deuotio, à quolibet statu hominum bonorum operum prisina sedulitas. Non tam deuote ac diligenter persoluunt nunc horas Canonicas, Missasque celebrant sacerdotes, quàm fecerunt antea. Nõ tam stricte ac strenuè obseruant modò suas regulas Monachi ac Monales, quam obseruauerunt prius. Non tam largas habent amplius manus ad ornandum & augendum cultum Dei Principes & Optimates, quam habuerunt antea & ipsi & maiores eorum. Non est ea ãplius in populo, vel frequentia in Ecclesiis ad audienda sacra, vel reuerentia erga consecratos ministros Dei, vel benignitas erga pauperes, præsertim scholares fratresque mendicantes vel honestas, morumque & verborum grauitas in publico, multo minus in priuato, quæ fuit antea. Tam impudica vero & effrenis reddita est vtriusque sexus iuuentus, atque etiam adolescentia & pueritia: tũ per conuitia calumniasque Lutheri in omnes fere status & subditorum rectores, tam sæculares quam Ecclesiasticos, tum per falsam & impudicam interpretationem huius diuinæ benedictionis, Crescite & multiplicamini: vt ludibrio iam & probro habeatur vel studium vel votum castitatis, & suspecta sit omnis virginitas & continentia. Sunt itaque qui affirment, Lutherum a spiritu immundo sub Incubi specie prognatum esse. Cuius rei afferunt testem, religiosam quandam anum, Ipsiæ habitantem, quæ matrem Lutheri, olim Islebii in publico balneo famulantem, nouerit, ac de adolescente, quem Incubum fuisse putat audiuerit, à quo illa impregnata fuerit antequam cognita esset à viro suo, Ioanne Luthero. Nos isti affirmationi, quamuis in literas relata sit, fidem nostram non obstringimus Sed lectori ipsius potius verba suggerimus, quæ Germanice de seipso scripsit hoc sensu. Oportet me aduersariorum meorum misereri, meamque natiuitatem commemorare. Est nobilis (inquit) ac famigeratus Comitatus in Episcopatu Halberstatensi, & principatu Saxoniæ situs, qui vocatur Mansfelt, & norunt patrem meum, & me personaliter omnes fere Gratiosi Domini mei, Comites, Guntherus, Ernestus, Hoierus, Gebhardus, & Albertus. Natus sum

Quanta negligentia bonorũ operum.

Impudentia Iuuentutis.

Lutheri parentes.

Lut. in declarat. sermo. de Eucharistia.

Islebii, educatus in Mansfelt, literis eruditus Magdeburgi & Isennachi. Erfordiæ Magister ac Augustini nus factus, & nunc Doctor Vuittenbergæ, & Bohemiæ in tota vita mea nun quam propinquior fui, quam Dresdæ constitutus. Hæc ille de se ipso Nos autem non multum interesse putamus, vndecunque se cundum carnem procreatus sit, siue Luder, siue Luter, siue Luthe rus cuius mala mens, malus animus, Diabolicæ suggestioni subiectus, tot malorum vel occasio vel causa existit. Certe Cæsar ipse in Edicto Vuormaciensi pessima quæque de eo suspicatur, neque veretur de eo ista scribere verba, post longum scelerum eius enumeratorum Catalogum. Et scribit (inquit) n hil ferme aliud n si quod ad seditionem, schisma, bellum, cædes, rapinas, incẽdia, atque ad defectionem vniuersalem Christianæ fidei, tendit atque subseruit Et vt innumeræ eius nequitiæ breuitatis gratia omittantur, Vnicus iste, non homo sed malus inimicus, sub specie hominis, in habitu monachali, plurimorum hæreticorum iam olim damnatas hæreses, longoque tempore absconditas & sepultas in vnam sentinam collegit, atque aliquas ipse de nouo excogitauit. Hæc Imperator noster Vuormaciæ, Qui mox deinde bello Mediolanensi implicitus fuit. Et dum procul à Germania abesset, secta Lutheri per homines factiosos, rerumque nouarum cupidos, non solum longe lateque per omnes fere prouincias Germaniæ disseminata, verum etiam ad exteras Nationes propagata, maxime vero ad regiones Aquilonares, Daniæ, Sueti a, Prussiæ, Liuoniæ, magnisque potentium Principum Ciuitatumque confœderationibus roborata, ita excreuit, vt nemo fuerit, vel ad contemnenda Potentissimi Cæsaris nostri mandata, superbior atque ferocior Luthero, vel ad lacessendum conuitiis & iniuriis quoslibet Principes promior atque minacior.

Verba Cæsaris in Edicto de Luthero.

Vires sectæ, Luth.

FINIS.

ACTA ET SCRIPTA MARTINI LVTHERI, AB ANNO DOMINI M. D. XVII. vsque ad annum XLVI. Per Ioannem Cochlæum Chronicè ad posteros denarrata.

ANNO DOMINI M. D. XVII.

MARTINVS Lutherus, natus Islebij anno domini 1483 *in Saxonia, sub Comitibus à Mãsfeldia, parẽtes habuit plebeios, ex familia Luderorum, parentem Ioannem, matrem Margaritam: Nomen Martini sortitus in baptismo, antiquo & patrio more, quod X. die Nouembris: quæ festum diui Martini præcesserat, natus esset noctu. Quamuis verò multis annis antiqua consuetudine dictus fuerit cognomine Luder: quo & ipse in literis suis, etiam ad præcellentem Theologum D. Ioan. Eckium vsus est: maluit tamen postea dici Luther, quam Luder: ex eo forsitan, quod Luder apud Germanos parum honestum videtur esse vocabulum. Transcursa igitur domi post infantiam ætate puerili, cũ esset cura parentum primis literarum elementis vtcunque in schola oppidi illius imbutus,

*Hier. Cardanus 1483 22. Octob. hora 10. post meridiem.

Cognomen Lutheri.

Studia Luthe. in scholis

missus est inde Magdeburgũ, vbi vno permansit anno. Inde Isenacum, Turingiæ oppidum, concedens, vbi gratiorem nactus præceptorem, Quatuor mansit annis. Erfordiam postea profectus, claram & amplam Turingiæ vrbẽ, vbi celebris erat Academia, in philosophiæ studio Magisterij gradum, anno ætatis suæ vicesimo adeptus est, & quidem inter primos, vt ingenio studióque multos coæqualium antecellebat. Iuris deinde studium aggressus, cũ esset in campo, fulminis ictu territus & prostratus, vt vulgo dicitur, aut interitu sodalis sui contristatus, huius mundi contemptu ingressus est repente, multis admirantibus, monasterium fratrum sancti Augustini, qui vulgo heremitæ dicũtur, factáque ibi legitima, post annum probationis, ordinis illius professione, strenue in studiis & exercitiis spiritualib⁹ militauit ibi Deo annis quatuor. Tametsi visus est fratribus, nonnihil singularitatis habere, siue ex occulto aliquo cum dæmone commercio, siue ex morbo Comitiali: tum propter alia quædam indicia: tum pręcipue, quod semel in Choro, cum in missa legeretur Euangelium, de eiecto à surdo & muto dæmonio, repẽte cõciderit, vociferans, Non sum, Non sum. Multorum itaque est opinio, eum occulta vsum esse familiaritate dæmonij cuiuspiam, quandoquidem & ipsemet talia de se aliqnãdo scripserit, quæ lectori suspicionem de huiusmodi cõmercio nefariáque societate ingerere possint.

Monachatus Luth.

Commercium Luthe. occultum cum dæmonio.

Ait

Ait enim in quodam ad populum habito sermone, se bene cognoscere diabolũ, & ab eo se vicissim bene cognitum esse, seque plus quàm vnũ fructũ salis cũ eo comedisse. Et proprium deinceps ædidit Germanicè librũ, de Angulari (vt vocat) missa, vbi diaboli contra missam disputationem, secum habitam noctu, commemorat. Sunt & alia non pauca hac de re argumenta, quod etiam corporaliter visus quibusdam fuerit cum eo cõuersari. Anno autem domini 1508. translatus est ex Erfordia Vuittenbergam in alium eiusdem instituti conuẽtum, vbi publicè præelegit Dialecticẽ Physicenque Aristotelis: Nam recens erecta ibi erat, ab Electore Saxoniæ Duce Friderico, Academia seu publica studiorum Vniuersitas. Vbi autẽ post Triennium orta esset inter fratres ordinis sui discordia, eò quod septem Conuentus à Vicario per Germaniam generali in quibusdã dissentirent, ille à Conuentibus illis delectus in litis Procuratorem, Romam profectus est, eò quod esset acer ingenio, & ad contradicendum audax ac vehemens. Ea autem lite inter partes transactionibus, nescio quibus, composita & finita, ille Vuittenbergam reuersus, in Theologia factus est cõsueta celebritate Doctor, siue iussu & procuratione Ducis Saxoniæ Friderici, Electoris Principis, siue sumptibus cuiusdam matronæ, Vicarij fraude pecuniis interuersis. Quandoquidem illa certã pecuniæ summam, pro alterius fratris ad Docto-

Discordia inter fratres Aug.

Pecunia pro aula Doctorali fraude interuersa.

ratũ promouẽdi ſubſidio, deputauerat Nurenbergæ. Vnde factum eſt, vt frater iſle, fraude intellecta, & pecunia illa ibi præcepta, prę dolore & indignatione aufugerit occulte: at nemo adhuc hodie ſciat, quonã peruenerit. Lutherus autẽ Doctoratus titulo decoratus, & ordinarię in Theologia lectioni præfectus, cũ eſſet acerrimus diſputator, & vanæ gloriæ cupidus, non ſolũ Vuittẽbergæ inter Doctos præfulgere voluit: Sed & Heidelbergã profectus, ingenij & eruditionis famã diſputãdo quæſiuit, dũ noua themata proponeret. Accidit deinde, anno domini M. D. XVII. vt Leo Papa X. nouas diuulgaret per orbẽ indulgẽtias, occaſione nouæ ſtructuræ templi ſancti Petri Romæ, quam anteceſſor eius Iulius Papa II. ſumptuoſiſsima inceperat magnificẽtia, morte autẽ præuẽtus, tãtæ magnificẽtię opus perficere nõ potuit. Extruxerat quidẽ tẽplũ illud (vt multa alia) religioſo apparatu, & opere ſatis ſumptuoſo & magnifico Cõſtãtinus, Imperator potẽtiſsimus (quẽ nos magnũ, antiqui Maximũ dixerũt) diuerſa ingẽtium columnarum (quales ætate noſtra nõ fiũt) ſerie ſuffultum atque conſpicuum: Quod tẽporis (vt fit) diuturnitate labefactũ, cũ in pleriſque partibus ſuis dehiſcere ac ruinam minitari videretur, Iulius Papa II. vir magnanimus, illud non tã reparare in vetuſtate collapſis partibus, & ſarta tecta reficere (quod vtinã maluiſſet) ſtuduit, ſed in maximã potius ſtupẽdamque molem à nouo erigere cœpit: Vt eſt

Acer in diſputando Lutherus.

Iulius Papa II.

videre

videre adhuc hodie in iactis ab eo fundamẽts, & excelsis absidibus testudinibusque & colũnis, altissimarũ turriũ instar, sublimatis & in aëra eductis. Ea nimirũ cõsyderatione, vt quẽadmodũ ecclesia Romana potestate ac dignitate cunctis per orbẽ ecclesiis, propter verbum Christi & principatũ Petri, supereminet atque præfulget: Ita & tẽplũ Petri, magnitudine structuræ & operis magnificentia, cæteris omnibus anteferretur, magisque conspicuum foret.

At Leo Papa X. vir liberalis, atque ad erogãdas (ne dicam profundendas) quàm ad corrogandas ac quæritandas pecunias multo pronior: cum esset tantæ structuræ sumptibus impar, & suis opibus tantarum impẽsarum opus ad complementum perducere non posset, vt pio subsidio multorum adiutrices manus acquireret, diuulgauit indulgentias: sicut & ante eum sæpius factum fuerat. Erat autem eo tẽpore inter Germaniæ Prælatos Ecclesiasticos, eminentissimus & dignitatis apice & Nataliũ splendore, Reuerendissimus Pater & illustrissimus Princeps Albertus, Archiepiscopus Moguntinus & Magdeburgensis, sanctæ Romanæ Ecclesię Presbyter Cardinalis: Primas Germaniæ, & sacri Romani Imperij Princeps Elector: Marchio Brandeburgensis &c. Hunc igitur speciali cõmissione præfecit Leo Papa X. Indulgentiarum per Germaniam publicandarũ negocio. Is autẽ, etsi multorũ cõsilio & sentẽtia assumptus fuerat ad id negocij, fratres or

Leo Papa X.

Albertus Archiepiscopus Marchio Brandeburgensis.

Augustiniani indulgentiarum prædicatores.

dinis sancti Augustini Heremitarũ: qui & antea perstrenuã ea in re operã, nõ solũ prædicãdo ad populos: sed etiã scribẽdo & euulgando libros (quales sunt, verbi gratia, Cœli fodina & eius supplemẽtum) Sedi Apostolicæ nauauerãt. Nisi Ioãnes Tetzellius, frater ordinis prædicatorum, magis idoneus quibusdã visus fuisset, eò quod recẽs esset tunc sermonum eius de indulgentiis memoria, quibus amplam per indulgentias pecuniã acquisiuerat fratribus sanctæ Mariæ, Militaris ordinis Teuthonicorum dominorum in Liuonia, qui à Moscouitis & aliis vicinis hostib⁹ premebãtur. Id vero quàm ægerrime tulerũt fratres Augustiniani, in primis Ioannes Staupitius, vir genere nobilis, facundia & eruditione clarus, Generalis eorum per Germaniam Vicarius: & Martinus Lutherus, Theologiæ Doctor, Ordinarius Vuittenbergensis, velut præcipui duo gregis sui Arietes, fama & authoritate celebres, & præ aliis conspicui. Erat Staupitius non solum genere nobilis, & ea ratione Saxoniæ Ducib⁹ (quibus eius cognatio subdita erat) cæteris charior & familiaritate notior: sed etiam ingenio versatilis, & corporis forma atque statura conspicuus, Quin etiam in rebus agendis astutus & practicus, qui fauore & gratia multum valebat apud illustrissimum Principem Electorẽ, Saxoniæ Ducem, Fridericum. Qui præmultis pollebat Principibus aliis, authoritate, opibus, potentia, liberalitate, ac magnificentia.

Ioã. Tetzel.

Io. Staupitius.

Dux Saxoniæ Fridericus Elector.

Quippe

Quippe recēs ĩstituerat magnis sumptib⁹ Academiā Vuittēbergēsem, ad cuius ĩcremētū larga fundauit stipēdia, & amplis salariis accersebat vndiq; Doctos & ĩgenio sos homines, quos fama notos habebat. Erexit itē nouum Canonicorū Collegium, in quo Ionā præpositum, Carolstadium Archidiaconū fecit: ipsum verò tēplum, vocauit ecclesiā omnium sanctorum. In quod sane permulta vndiquaque cōgregauit sanctorum ossa, venerabilēsque omnis generis reliquias, auro, argēto, & gēmis preciosissime exornatas, quas & magnifico apparatu statis dieb⁹ publice populis ostēdi curauit: ita vt summo pōtifici per quam religiosa & pia visa fuerit eius liberalitas & magnificētia, Qui & facile cōcedebat petēti quæcunque priuilegia, prerogatiuas & ĩmunitates, tum pro noua Vniuersitate scholæ, tum pro nouo Canonicorū Collegio. Huic igitur Principi familiarius insinuauit se Staupitius, instillās eius pectori frequētes ĩdulgētiarum abusus, & Questorum atque cōmissariorū scādala, quod illi per auaritiā veniarū & gratiatū pretextu, expilarēt Germaniā, & quererēt que sua sunt, nō que Iesu Christi. Lutherus verò ardētioris naturę, magisque iniuriarū ĩpatiēs, arrepto calamo, mox ad supradictū Germanię Primatē Albertū scripsit indignabūd⁹ epistolā. In qua sane, mox post captatā prefatione beneuolētiā, in hęc prorupit verba. Circūferūtur (inquit) ĩdulgētię papales, subtuo preclarissimo titulo, ad fabricā S. Petri. In qui-

Staupitius ex inuidia indulgētiis detraxit.

Querela Lutheri contra indulgētias.

bonō adeo accuſo prædicatorū exclamationes, quas nō audiui, ſed doleo falſiſsimas intelligētias populi ex illis cōceptas, quas vulgo nudiq; iactāt videlicet, quod credūt īfœlices animę, ſi literas īdulgētiarū redemerint, ſe ſecuras eſſe de ſalute ſua. Itē, Quod animę de Purgatorio ſtatī euolent, vbi contributionem in ciſtam coniecerint. Et poſt pauca. Idcirco tacere hæc amplius non potui. Non enim fit homo per nullū munus Epiſcopi ſecurus de ſalute, cum nec per gratiā Dei infuſam fiat ſecurus. Sed ſemper in timore & tremore iubet nos operari ſalutē noſtrā Apoſtolus. Et iuſtus (inquit Petrus) vix ſaluabitur. Deniq; tam arcta eſt via quæ ducit ad vitam, vt dominus per prophetas Amos & Zachariam, ſaluandos appellet Torres, raptos de incendio. Et vbique dominus difficultatem ſalutis denūciat. Cur ergo per illas falſas veniarū fabulas & promiſſiones, prædicatores earum faciunt populum ſecurum & ſine timore? Cum indulgentiæ prorſus nihil boni conferāt animabus ad ſalutem aut ſanctitatem, ſed tantummodo pœnam externam, olim Canonice imponi ſolitam, auferant. Hæc & id genus plura ibi Lutherus, Ex Vuittenberga, in Vigilia oīm ſanctorum, Anno Domini M. D. XVII. Quæ idcirco referimus, vt intelligat Lector, eam epiſtolam non tam ex animi ſentētia, quā ex liuido inuidię affectu à Luthero ſcriptā eſſe: Cum nulla aliorum doctrina, tam ſecurum de ſalute, & ad bona opera pigrum negligentémque

At lōge aliter de ſecuritate ſalutis docuit Luth. in Ca. Baby. aliiſq; ſcriptis ſuis.

Epiſtola ex liuore ſcripta.

que reddiderit populum, quàm fecit noua doctrina Lutheri. Qui publice scripsit in Babylonico suo præludio, Tam diuitem esse hominē Christianum, vt etiam si velit, non possit perdere salutem, nisi nolit credere: Nec vlla peccata eum damnare queant, eò quod per fidē in promissionem, quę baptizato facta sit, mox absorbeantur ac deleantur omnia peccata, modo credat aut cogitet se baptizatum esse. Ille tamen non cōtentus priuatā misisse epistolā, in publicū quoq; emulgauit 95. (quāquā in prima schedā posueris 97) propositiones, quibus cōmunē & receptā de indulgentiis opinionē Ecclesiæq; sententiā impugnabat. Tetzellius autē, qui Frācofordiæ ad Oderā fluuium (vbi illustrissimus Princeps Elector, IOACHIM, Marchio Brandeburgensis, nouā quoq; circa idem tēpus erexerat studiorū Vniuersitatem) degebat, vbi illas vidit propositiones, Cū esset indulgentiarū Prædicator famigeratus, & Cōmissarius Apostolicus, atq; etiā hæreticæ prauitatis inquisitor, ingenio ferox, & corpore robustus, indigne ferens Lutheri proteruā audaciā, vt par pari referret, Centū & sex ædidit propositiones, quibus contrariā explicabat sententiā. Verbi gratia. Lutherus sic orsus est. Dominus & Magister noster Iesus Christus, dicendo. Pœnitentiā agite &c. omnē vitā fideliū pœnitentiā esse voluit. Quod verbū de Sacramentali pœnitentia Confessionis & Satisfactionis, quæ sacerdotū ministerio celebratur, nō potest intelligi. Non

Animositas Tetzellij.

Propositiones de indulgentijs.

tamen ſolam intendit interiorẽ: immo interior nulla eſt, niſi foris operetur varias carnis mortificationes &c. Contra hanc vero eius ſententiam ita exorſus eſt Tetzellius. Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Sacramenta nouæ legis, ad quæ voluit cunctos obligari, poſt ſuam paſsionem & aſcenſionem, voluit etiã cunctos docere ante ſuam paſsionem, per aptiſsimam ſuam prædicationem. Quiſquis ergo dicit, Chriſtũ, dum prædicauit, Pœnitẽtiam agite, ſic docuiſſe pœnitentiam interiorem & exteriorem carnis mortificationem, vt non etiam docere vel cointelligere voluerit pœnitentiæ Sacramentum, eiuſque partes Confeſsionem & Satisfactionẽ, tanquàm obligatorias, errat: Immo nihil nũc iuuat, ſi interior pœna etiam operetur exteriorem mortificationẽ, niſi adſit facto vel voto Confeſſio & Satisfactio &c. Hac itaque diuerſæ & contrariæ ſententiæ propoſitionum æditione, viſa eſt iam publicæ conteſtata inter hos duos Antagoniſtas eſſe lis turbulentę cõtentionis, quæ mox anno ſequenti in apertum effiagrauit incendium: Quo pax & vnitas Eccleſiæ, maximo cum ſcandalo infirmorum, & animarum detrimẽto, turbata ac diſſoluta fuit. Cõfidebat ingenio & eruditioni ſuæ Lutherus atq; etiã potentię & gratiæ ſui Protectoris Ducis Friderici Electoris, & vafris Staupitij ſui cõſilijs ac practicis: Cui cedere indignũ putabat Tetzellius, qui celebris erat fama Prædicationum, ſuffultus & ſedis Apoſtolicę cõmiſsione

Lis de indulgentiis inter Luth & Tetzellium.

atque

atq; autoritate, atq; etiã Inquisitionis officio.

Acta & scripta Lutheri, Anno. M.D.XVIII.

PVtherus igitur, suorũ fretus cõsilio, Latinũ ædidit librum, cui hũc prefixit titulum. Resolutiones disputationũ de Indulgẽtiarũ virtute &c. In quo quidẽ lib. 95. Cõclusiones iuxta nouã opinionẽ suã declarabat, non sane, vt Papã aut aduersarios suos sibi reconciliaret, aut placabiles redderet, quos acerrime eo ipso in libro plærũque impugnabat: sed vt Lectorẽ in partẽ raperet suã, mirã simulans erga Romanũ Pontificẽ humilitatẽ, subiectionẽq; ac reuerentiã. Vnde venabatur callide Lectoris & in se cõmiserationẽ, & in aduersarios odiũ. Fingebat enim se admodũ reluctãtẽ & inuitũ rapi ac protrahi in publicũ, improbitate illorũ. Dicebat ergo in præfatione ad Leonẽ X. Inuitus venio in publicũ, præsertim ego indoctus, stupidus ingenio, vacuus eruditione. Sed cogit necessitas, me anserẽ strepere inter olores. Itaq; quo & ipsos aduersarios mitigẽ, & desiderta multorum expleã emitto ecce meas nugas. Et infra. Quare Beatissime Pater, prostratũ me pedibus tuæ B. offero, cum omnibus quæ sum & habeo: Viuifica, occide: voca, reuoca: approba, reproba, vt placuerit. Vocem tuam vocem Christi in te presidentis & loquentis agnoscam: Si mortem merui, mori non recusabo.

Ficta humilitas Luth.

Fauor calli-de quæsitus.

Hæc itaq; calliditate, dum quereretur, se iniuste premi ab aduersariis, & in publicũ cogi: breui maximũ sibi conciliauit fauorem, nõ modo apud simplicem populum: qui facile credit & ad omnẽ nouitatẽ aures libẽter arrigit patulas ac prurientes: verum etiam apud plærosq; graues & eruditos viros, qui verbis eius genuina simplicitate credentes, putabãt Monachũ nihil aliud quærere, quam veritatis patrocinium cõtra Quæstores indulgentiarũ, qui magis pecuniarum quam animarum zelatores viderentur: sicut criminabatur eos Lutherus. Atq; vt omnẽ hæreseos suspicionem à se reiiceret in aduersarios, adiunxit libro, post querulas ad Staupitiũ & ad Leonem Papam epistolas, solennẽ quandam protestationem, in qua deferebat non solum sacris literis, verũ etiam sacris Canonibus decretalibusq; Pontificiis & Ecclesiasticis patribus, sed & superiorum suorum iudicium in omnibus volebat habere saluum. Hinc illius miserta Poëtarum Rhetorumq; docta cohors, & in aduersarios eius odio accẽsa, impigre pro eo & lingua & calamo decertabat, causámque eius Laïcis commendabilem reddebat, ac variis cauillis & inuectiuis prælatos Ecclesiæ Theologosq; perstringebat: incusans eos auaritiæ, superbiæ, inuidiæ, barbariei & ignorãtiæ: Qui innocentem Lutherum non ob aliud persequerentur, quam ob doctrinam, quod videretur & esset doctior eis, & liberior ad dicendam veritatem, contra imposturas & præstigias hypocri-

Protestatio Lutheri.

Poëtæ fauentes Luthero.

pocritarum. Cunq; valerent non solum ingenio & acrimonia, verum etiam elegantia sermonis, siue loquendum siue scribēdum esset, facile traxerunt Laicorum animos in fauorem commiserationemq; Lutheri, tanquam is propter veritatem & iustitiam vexaretur ab Ecclesiasticis, inuidis, auaris, & indoctis: qui in ocio luxúque viuentes, superstitionum adinuentionibus à simplici plebe pecuniam emulgerent.

Tetzellio itaq;, qui antea quoq; per indulgentiarum frequentes prædicationes pecuniarū collector fuerat, per huiusmodi querimonias criminationesq; tum Lutheri, tum Poëtarū & Rhetorum, in dies magis ac magis decrescebat auroritas apud populum, minuebatur plebis ad indulgentias deuotio, inuisi reddebantur Quæstores & Cōmissarij, rarescebant manus largientium: Luthero autem contra augebatur authoritas, fauor, fides, existimatio, fama: quod tam liber acerq; videretur veritatis assertor, contra fraudes Quæstorum & fumos Bullarum, quas non gratis darent, sed pecuniis venderent indulgentiarum Commissarij. Interea Romæ ab Aduersariis procurabatur Citatio, qua per fiscalem Papæ vocabatur in ius Lutherus designatis ad eam causam iudicibus, Hieronymo de Genutiis, Episcopo Asculano, Auditore Camerę, & Sylueſtro Prierate, Theologo, Magistro sacri Palatij. Lutherus vero cōquestus de insidiis, quod nusquā tuto cōsisteret & de iudicibus sibi suspectis, suámq; præterea

Lutherus Romam citatus.

Luth. in appellatione sua

obtendēs paupertatem corporisque imbecillitatem, per Ducē Saxoniæ Fridericum, Principem Electorem sollicitauit, vt causa ad partes cōmitteretur. Commissa igitur fuit Thomæ de Vio Caietano, Cardinali S. Sixti, qui eo tēpore erat in Germania Sedis Apostolicæ de latere Legatus. Quamuis verò & hic iudex Luthero vehementer displiceret, quod Thomista esset & ordinis prædicatorum: ne tamen omnino contumax & rebellis videretur, cōparuit corā illo Augustæ. Venit igitur Augustam Mense Octobri, sumptis quidē secum literis cōmendaticiis protectoris sui, Ducis Saxoniæ Friderici Electoris, attamen sine Cæsaris Maximiliani fide publica, seu saluo cōductu. Benigne itaque in Cardinalis Legati cōspectum Colloquiumque admissus ac paterne admonit⁹, tria iussus est, ex mandato Papæ, prestare. Primum, vt ad cor rediret, erratusque suos reuocaret. Secundum, vt promitteret in futurum ab eisdem abstinere. Tertium, vt ab omnibus contineret se, quibus Ecclesia perturbari posit. Ipse verò, cum nullos vellet erratus agnoscere, post multos auditos redditosque sermones inter colloquendum, periit tandem deliberandi tempus. Altero igitur die reuersus, cum adessent quatuor viri ex ordine Procerum & Consiliariorū Cesaris, vt omnē hereseos suspitionē è mētibus illorū tolleret, coram Legato personaliter protestationē suā in hæc verba scriptā ex schedā, quā ī manib⁹ tenebat, legit ac recitauit. Ego frater

Luth. in actis Augustensi.

Cardinalis Augustæ tria præcepit Luthero.

Protestatio Luth. coram Legato.

frater Martin⁹ Luther Augustinian⁹, protestor me colere & sequi sanctã Romanã Ecclesiam in omnibus meis dictis & factis, præsentibus, præteritis, & futuris. Quod si quid cõtra vel aliter dictum fuit vel fuerit, pro non dicto haberi & habere volo. Legatus vero vir doctissimus, probe sciens, illum non solum in suis resolutionibus, verũetiã in proximo Colloquio multa protulisse de Indulgentijs & de potestate Papæ, aliter quàm sentit Rom. Ecclesia: insteti rursus, vt illa tria præstaret, quæ ex mandato Papæ pridie audiuerat. Ille vero vlterius protestabatur, se nõ esse sibi cõscium, aliquid dixisse, quod sit cõtra sacrã scripturã, cõtra Ecclesiasticos patres, contra Decretales Pontificum, aut cõtra rectã rationẽ. Attamen quia homo sit qui errare possit, velit se submittere iudicio & determinationi legitimæ sanctæ Ecclesiæ, & omnibus melius sentientib⁹. Nominatim verò, Doctoribus insignium Vniuersitatum Imperialiũ Basiliẽsis, Friburgẽsis & Louaniẽsis, Aut si nec id satis sit, etiã Parisiensis, quã dicebat studiorũ parentẽ, & ab antiquo semper Christianissimã, ac in Theologia florentissimã: Quamuis paulo post lõge aliter de ea & senserit & scripserit. Legato autẽ in priori sentẽtia sua persistẽte, petijt scriptilẽ (vt ipse loquitur) admitti respõsionem: Qua admissa, multa corrasit arguměta cõtra Extrauagãtẽ Clemẽtis VI. de Indulgẽtiis, cõtra autoritatẽ Decretaliũ Ro. Põtificũ, cõtra merita sanctorũ, cõtra Indulgẽtiarum Thesaurum, &

Protestatio Luth. coram Legato.

Dissensio inter Legatum & Lutherũ.

contra bonorum operum merita: de ſola fide faſtuoſe contendens. Ex quibus Legatus facile intelligebat, illum dare ſolũmodo verba, mentémq; habere ad errores & opiniones ſuas obſtinatã. Idcirco dixit ei, niſi reuocet, cenſuris ex Papæ mandato ſit illigandus. Audierat verò Lutherus, Legatum habere mandatũ capiendi ac incarcerandi & ipſum, & Vicarium ſuũ Staupitium. Hinc anxietate plenus: quia vetabatur in conſpectum redire illius, niſi reuocaret, cœpit occulte per amicos ſollicitare Cæſarianos pro impetrando ſaluo conductu. Quo impetrato, fretus conſilio ſui Staupitij, ſcripſit appellationem, à Legato ad Papam melius informandum prouocans, quam, vbi occulte abiiſſet Auguſta, iuſſit affigi palam, ad concitãdam maiorem in populo, contra Papam & Legatũ eius, inuidiam odiumq; Laicorum. Cum tamẽ & præſens ad faciem, & abſens per literas, multas diceret Legato & laudes & blanditias, quibus bonum virum nequiter lactabat ac ludebat. Etenim abiturus Auguſta, ſcripſit ad eũ blandiſſime, & gratias agens pro exhibita in ſe clementia: & appellandi neceſſitatem expurgans, non ſolum quod amici ita iuſſiſſent: verum etiam quod ſciret, Principi ſuo longe gratiorem fore Appellationem quàm Reuocationem. Addebat præterea, nõ videri ſibi neceſſariam Appellationem, cum omnia ſubmiſerit iudicio Eccleſiæ, nec aliud quàm illius ſẽtẽtiam expectet. Domum vero reuerſus, adhuc

Doloſæ blãditiæ Lutheri ad Legatum.

multo

multo blandius rescripsit, commemorans & extollens illius clementiam, humanitatem, & sapientiam, quod qui vi agere potuisset, per Stau pitium agere maluerit, qui talis ac tantus sit in oculis suis, vt nullus sit in mundo, cui lubētius auscultet & consentiat. Vbi & culpam agnoscebat nimiæ tum vehemētię tum irreuerentiæ suę in Papam, proinde petebat veniam, tanquam pure & ex animo dolens ac pœnitens. Quod & per omnes conciones se populo annunciaturū promittebat, operamque daturum, vt posthac alius sit aliterque loquatur quàm antea. Vnum enixe petebat, vt possit audire vocem sponsæ, quam certum est audire vocem sponsi.

Criminationes Lutheri in Legatum.

Hæc & id genus multa honorifice scribebat ad ipsum Legatum. Ad alios vero longe aliter scripsit, non solum priuatim, sed & publice, virum illum grauissime accusans Tyrannidis: superbiæ, infidelitatis, ignorantiæ &c. Sic enim scripsit in Actis. Video (inquit) libellos ædi, & rumores varios spargi de actis, meis Augustensibus. Quanquàm vere nihil ibi egerim, quàm quod & tempus & sumptus perdidi. Nisi id satis abunde, fuerit operis, quod nouam audiui linguam Latinam: scilicet, quod veritatem docere, idem sit, quod Ecclesiam perturbare. Adulari uero, & Christum negare, id est, Ecclesiam pacificare, & exaltare. In appellatione sua secunda ait, illum nimio factionis suæ fratribus affectum, faciem iniquitatis assumpsisse, minasq; diras &

crudelissimas intentasse, atque ouem Christi, petentem humiliter doceri veritatem, & reduci ab errore, contempsisse. Item, in præfatione ad Galatas. Cardinalis (inquit) Caietanus passim se pro Rom. Ecclesia venditat in Germania, sub nomine illius Breuia Apostolica comminisci satis doctus. Denique in epistola sua secunda ad Leonem X. grauissime simul & calumniosissime illum accusans, ait. Notum esse arbitror tibi, quid mecum egerit Cardinalis S. Sixti, Legatus tuus, imprudens & infœlix, immò infidelis. In cuius manu, ob tui nominis reuerentiam cum me & omnia mea posuissem, non hoc egit, vt pacem statueret, quam vno verbulo potuisset facile statuere: Cum ego tum promitterem silentium, & finem causæ meæ facturum, si aduersariis idem mandaretur. At homo glorię, nõ contẽtus eo pacto, cœpit aduersarios iustificare licentiam aperire, & mihi palinodiam mandare: id quod in mãdatis prorsus non habuit. Hic sane, vbi causa in optimo loco erat, illius importuna Tyrannide venit in multo peiorem. Vnde quicquid post hæc secutũ est, non Lutheri, sed Caietani tota culpa est, qui vt silerem & quiescerem, non est passus. Quod tum summis viribus poscebam: Quid enim facere amplius debui? Ergo vt Legati quoque victor videretur & maiorem inde famam fidemque & autoritatem sibi acquireret, scripsit in Actis suis, quod ille nullam syllabam ex sacris literis contra ipsum produxerit vnquàm, nec possit etiam si

Iactantia Luth. contra Legatum.

quam

quam maxime vellet Contra vero, vbi scripturas attulisset Luherus, Legatus de corde suo effinxerit glosas, iuxta lōgā Ro. Curiæ consuetudinem, Qua, relictis sacris literis, & acceptis traditionibus verbisque hominum, factum sit, vt Ecclesia Christi non mēsura tritici pascatur, nec verbo Christi sed nō raro temeritate & voluntate alicuius indoctissimi adulatoris regatur, & eo profecerit nostræ infœlicitatis magnitudo, vt ad reuocationē & abnegationem fidei Christianæ & sacratissimæ scripturæ incipiant compellere. Eiusmodi querelis auxit Lutherus apud quàmplurimos sibi quidē fauorem & existimationem, aduersariis vero odium & contēptū. Ausus itaque fuit, etiā Protectoris & Principis sui autoritate, Vuittenbergam publico scripto citare quoslibet hæreticæ prauitatis Inquisitores, si quiuideātur sibi deuorare ferrū, petrasque dirumpere, vt veniant illuc cum ipso disputaturi, habituri non modo saluum conductum: sed etiam liberū hospitium sumptusque à Principe. Hæc & id genus multa iactitans, sibique scripturarum peritiā præ omnibus arrogās, plurimos in partē suam traxit: clamitans, non solū scholasticos Theologos, verum etiam Papam ipsum eiusque Decretales vim facere scripturis, easque torquere, ac improprie & abusiue intelligere. Exclamabat igitur aliquādo in tales, qui aliter quàm ipse vellet, scripturas interpretātur, quod sint Centuplo peiores Turcis: Quoniam verbum Dei, quod omnia sanctificat, scelerate

Contra Inquisitores.

Luth. in defensione Sermonis de Indulgentiis.

Luth. in Actis August.

Duplicia verba Lutheri.

Luth. in Actis August.

in nihilum redigant. Simulabat quidem eo tempore blandioribus verbis modestiam, humilitatemque & obedientian, vt partem suã & auctiorem & commendatiorem redderet: Cor tamen eius semper erat in mordacitatem superbiamque & rebellionem erectum. Quod sane alicubi ipsemet palam fecit. Ait enim in Actis ad Lectorem. Posteriorem responsion em meam, etsi cum multa reuerentia dedi, ac vel ut in arbitrium summi Pontificis reposui: Non tamen id me fecisse credas, quod de re ipsa dubitem, aut animi sententiam sim vnquam mutaturus, sed quia oportuit reuerentiam seruare ei, qui vice summi Pontificis, fungebatur. Dixerat autem in ea responsione, animam suam paratissimam cedere, mutare, reuocare omnia, vbi aliter intelligenda esse edocta fuerit: Quomodo autem doceri queat, qui animi sententiã mutaturus nunquam fuerat? qui non solum Legatum, summæ alioqui eruditionis virum, quem & Lutherus ipse insignibus dotibus, præsertim iudicii acrimonia donatum fateretur:

Luth. ad dialogũ Sylvestri

sed & Pontificem Ro. Leonem X. reprehendebat, Qui Sylvestrum Prieratem, sacri Palatii Magistrum, simul cum S. Thoma proteruissime contemnebat: calumnians vtrunque, quod nudis verbis incedant, sine scriptura, sine patribus, sine Canonibus, denique sine vllis rationibus. Mera igitur verba dabat, cum reuocaturum se promitteret,

Anno

Anno M. D. XIX.

Insolentia Luth. post obitum. Maximiliani Imp.

CÆterum currente iam ano Domini M. D. XIX. Postequã rebus humanis subtractus est Maximilianus Cęsar: Princeps sane & armis & pietate insignis cœpit Lutherus indies magis ac magis insolescere. In aduersarios conuitiis ac criminationibus grauius inuehi. Summo Pontifici maiori contemptu rebellare: adeo quidem ferociter, vt etiam in epistola secunda ad Leonem X. iactitet, quod Carolus Miltitius, nuncius Apostolicus, post Caietanum multo & vario negocio cursans & recursans, nihilque omittens, quod ad reparandum causę statum, quem Caietanus temere & superbe turbauerat, pertineret, vix tandem etiam auxilio Illustrissimi, Principis Friderici Electoris effecerit, vt semel & iterum familiariter cũ ipso loqueretur. Mira profecto insolẽtia & superbia in Monacho nõdũ excucullato, Qui cũ reus ageretur apud summũ Pontificẽ, supremũ in terris Iudicem suum, propter reproba & hęretica dogmata, atque etiã propter turbatã Ecclesiæ pacẽ, læsamque Sedis Apostolicæ autoritatẽ omni iure sacrosanctã adeo, vt ipsemet Caietano priuatĩ scripserit, in hæc verba. Reuerendissime in Christo Pater, fateor, vt & alias fassus sum, me profecto nimis indiseretum, vt ipsi dicunt, vehementem & irreuerentem fuisse contra nomen Põtificis. Et quamuis admodũ vehementer ad eiusmodi

Reprehendit seipsum Luth.

irreuerentiam lacessitus fuerim, intelligo tamẽ nunc, quod decuisset me, modestius, humilius, ac reuerentius istã materiam tractare, & non sic respondere stulto, vt fierem ei similis. Quod mihi omnino synceriter dolet, veniamque peto. Idem ipse tamen reus paulo post, nec absolutus nec procrastinatus, sed grauius accusatus, atque etiam per contumaciam in vrbe damnatus, tantæ fuit rebellionis & superbiæ, vt perduellionis aut hostis coniurati potius & Imperatoris, quã rei aut Monachi, personam sibi vendicaret, nõ petens amplius veniam vllius delicti: sed cucullam suam Infulæ summi Pontificis æquiparans immò præferens, tumidissime iactaret, Nuncium Apostolicum: hominem nobilem, ex Inclyta Miltitiorum familia in terra Misnensi procreatum, multo labore cursitasse, ac vix tandem etiam Electoris Principis ope effecisse, vt semel ac iterũ in familiare admissus fuerit colloquium propter turbatum à Caietano causæ statum. Quis vero Imperatorum, seu Græcorum seu Latinorum & Germanorum, vsque legitur tanto fastu à Colloquio repulisse Nuncios Apostolicos, quanto repulit (vt iactitat) Monachus iste cucullatus adhuc & reus, & qui nuper ante paucos dies, à Legato ad ipsum Dominum Apostolicum appellauerat? Iactitabat vlterius, in eo Colloquio se denuo cessisse nomini * Leonis X. quod fuerit paratus silere; acceptans etiam Iudicem vel Archiepiscopũ Treuerensem, vel Episcopum Numbergensem, atque ita factum

Carolus à Miltitz.

Luth. vbi supra.

* *Pontificis.*

&

& impetratum fuisse. Verum dum hęc spe bona agerentur, alterum & maiorem hostem Pontificis irruisse Eckium cum disputatione Lipsica quam instituerat contra D. Carolstadium, ac penitus hoc consilium pacis dissipasse. Tantus iã tum videbatur sibi Lutherus, vt grandis muneris aut beneficii loco haberet, sibique acceptum referri velit, tanquam donum aliquod amplissimum, si Pontifici & nunciis eius pacem daret & sileret. Cum vero D. Ioan. Eckius, vir planè doctissimus, cũ Andrea Carolstadio Lipsiæ ex pacto disputaturus, ad suas propositiones XII. illic disputandas, thema vnum de præroga tiua & potestate Romanæ Ecclesiæ (cuius improbissimus osor & vitiligator erat Lutherus) adiecisset, Lutherus sibi per hoc iniuriam fieri arbitratus (mox enim pro hoste habet vnumquenque qui ab ipso dissentit) sese illi disputationi vltro immiscebat nec rogatus nec prouocatus. Erant eo tempore summi amici, quanti postea facti sunt inimici, Lutherus & Carolstadius: hic Archidiaconus Vuittenbergensis: ille Ordinarius Theologiæ prælector: Vterque sibi plurimum fidens, atque cunctis in mundo eruditiorem sese reputans, ex disputionibus famæ gloriam querebat: Eckio, Ordinario Theologiæ Professori Ingolstadiensi, qui Friburgi, Tubingæ, Ingolstadii, ac Viennæ, atque etiam Bononiæ celebre Disputatoris nomen cõsequutus fuerat, laudem illam ambo inuidentes & præripere cupientes. Disputandi autem occasio sum-

D. Ioannes Eckius.

Andreas Carolstadius.

pta fuit ex Obeliſcis (hoc eſt, Annotationibus repręhenſoriis) quibuſdam, quos EcKius circa primas Lutheri de Indulgentiis propoſitiones appoſuerat priuatim, ab amico quodã quid ſuper iis ſentiret rogatus. Eam iniuriam vindicaturus Carolſtadius, ſcripſit in Eckium. Ille verò imperterritus ferocienti ferociter occurrit. Pręludebatur itaque libellorum velitationibus, quærebatur concinnus pugnandi cãpus ac diſputandi locus tandem ex conuentione placuit vtrique parti Lipſia (vrbs & mercatu & Vniuerſitate inſignis quidem, ſed virtute ac integritate ſui principis, nempe Illuſtriſs. Saxoniæ Ducis Georgii, adhuc multo inſignior) vbi ad certum Diem, vtriuſque conſenſu pręfixũ, diſputaturi conuenirent. Quam uis id vehementer diſpliceret Epiſcopo Merſeburgenſi, vt loci Ordinario, atque Theologis Lipſenſibus, qui maluiſſent talem diſputationem prohiberi atque omitti.

Lipſica Diſputatio.

Priuſquam vero illuxiſſet dies ille, amica quędam contentio erat inter duo illa luminaria Vuittenbergæ, quam etiam libellis æditis conteſtabantur, in magnum ſane EcKij contemptum: Dum Lutherus pro Caroſtadio congredi cuperet humilitatis gratia, tanquam Eckius dignus non foret, cum quo congrederetur tantæ dignitatis & eminentiæ, vir Archidiaconus Vuittenbergenſis. Carolſtadius vero illum ſibi depoſceret ad vindicãdum ab Obeliſſis eius Lutherum. Scribebat præterea Lectori Luthe-

Lutheri diſputatio & excuſatio.

rus,

rus, Eckiũ Sedis Apostolicę cõsecratorẽ, scriptu
ræ patrũque verbis vti, velut Anaxagoræ elemẽ 1. Tim. 1.
tis: vt iuxta Apostolũ nõ ĩtelligat neque quid lo
quitur, neque de quib⁹ affirmat. Carolstadiũ ve
ro, victorẽ Eckiani erroris iã dudũ, vẽturũ esse
nõ fugitiuũ militẽ, sed mortuũ illũ & à se postra
tũ Leonẽ, cũ fiducia excepturũ. Se vero in hacre
nõ timere seu Papã seu nomẽ Papæ, multo min⁹
pappos & puppas istas. Ad diẽ igitur præfixõ,
qui erat XXVII. Iunii, magno apparatu Lipsiã ve
nerũt. Vuittẽbergẽses, nõ solũ multos comites:
sed & libros subsidiarios secũ afferẽtes, quasi Li
psiæ nõ essẽt libri, si quib⁹ opus foret. Eckius ve
rò, cui nõ solũ a latronibus & raptoribus, verũ e
tiã a Lutheranorũ in se frẽdẽtiũ gladiis & ĩsidiis
metuẽdũ erat, vno tãtũ famulo comitatus Lip-
siã venit, ignotus ad ignotos, multo prolixius i-
ter emẽsus quã illi. Quippe distat a Lipsia Ingol
stadiũ circiter Quinquaginta Miliaria Germa-
nica: Vuittẽberga vero tãtũmodo septẽ. Excepti
ergo sunt omnes & amice & honorifice, nõ solũ
à Senatu & Vniuersitate vrbis, verũ etiã à Prĩci-
pe & Domino vrbis, Saxonię Duce Georgio,
Qui nõ modo Cõsiliarios suos, pro seruãda vtri
que parti æquitate, adhibuit, sed & in Arce sua,
ne quis tumult⁹ oriretur, disputãtibus locũ cõ
cessit, atque etiã personali præsentia sua disputa
tionẽ honorauit: eos pro sua & grauitate & pru
dẽtia benigne admonẽs, vt cauetẽt ab omni a-
marulentia verborũ & scandalo infirmorũ, solã
veritatem præ oculis habituri.

Disputatio Eckij cum Carolstadio.

Primum igitur congressi sunt Eckius & Carolstadius, de libero Arbitrio hominis disputaturi: solenniter protestantes ambo, quod ab Ecclesia Catholica nusquam, ne ad latum quidem digitum, discedere velint, nec eruditorum iudicio præire, nec Vniuersitatũ autoritati præiudicare. At non inuenit ibi mortuum in Eckio Leonem Carolstadius, vt iactitauerat Lutherus, sed virum ingenio & alacritate longe magis viuidum, quam erat Carolstadius: memoriæ autem viuacitate ac singulari bono, etiam Lutherum ipsum superabat, eruditione pręterea & intellectus acumine neutri eorum cedens. Cum quo sane Carolstadius diebus aliquot decertãs, multo plus laboris quam laudis reportauit. Erat enim D. Eckio in omnibus lõge inferior. Quod ægre ferens Lutherus, in festo Apostolorum Petri & Pauli, sermonem habuit ad populum in sacello Arcis. In quo sane, cum frequens haberet auditorium, palam & acriter perstrinxit, tum Papę autoritatem, tum clauium potestatem, nõ absque offendiculo multorum. Vnde factum est vt paulo post D. Eckius eum sermonem Lutheri (qui per Typographos quoque euulgatus est) reprehenderit publice, dum secunda die Iulij, in festo Visitationis Mariæ, concionaretur ad populum in Parochiali Ecclesia Diui Nicolai. Carolstadio autem ex disputatione iam fesso & exhausto, successit in certamen Lutherus, die Quarta Iulii vsque in diem XIIII. Longa tamen Consiliariis Principis Georgii cum Luthe

ro.

ro dissertaio fuit, priusquam disputationem cū Eckio iniret. Diu enim reluctabatur, se certis submittere Iudicibus: magis enim appetebat iudicium vulgi & confusæ multitudinis, quam Doctorum in Vniuersitatibus. Cum autem nullo prætextu honeste recusare posset, consensit tandem (sed inuitus & iratus) in Iudices Parisiēses & Erphordienses facultatis Theologicæ. In hos sane, quod apud eos in literis educatus, plus notitiæ & fauoris haberet quam EcKius: apud illos vero, quod offensos nuper* in causa Capnionis, atque in priuilegiis Cleri Gallicani, speraret approbaturos potius impugnatoris, quam propugnatoris Rom. Ecclesiæ partes: Maluisset tamen Poëtas Theologorum irrisores, & plebem Clerioforem, quam quoslibet Theologos causæ suæ Iudices habere.

* à Papa.

Videntes itaque Consilarii Ducis Georgii vultum eius iracundum, admonuerunt, vt nihil per iram, sed omnia modeste ageret, ne scādalo fieret auditoribus. Tum ille ira victus, prorupit in apertam confessionem secreti sui pessimi, dicens. Non propter Deum hæc res cœpta est, neque propter Deum finietur. Illi autem, ne ludibrio fieret orbi proclamata illa disputatio, hoc verbum dissimulantes, mitigabant animum eius,, vt iuxta promissum cum EcKio disputaret. Disputatum est itaque ab illis & acriter & copiose, primum de potestate & primatu Ro. Pontificis. Deinde de Purgatorio, de Indulgentiis, de Pœnitētia & de Absolutione sacerdotis. Sed

Disputatio EcKij cum Luthero.

Ex actis disputationis. Lipsicæ.

Iõge alia tunc erat Luthero & mens (nisi omnia simulauerit) & vox de rebus illis quã paulo post Nam & ipse protestationem, quam alii duo præ miserant, approbabat & amplectebatur, Et de Rom. Ecclesia longe reuerẽtius loquebatur quã postea: adeo, vt non solũ Latine, verum etiam Teuthonice sententiam suam declarans, diceret. Se non impugnare, nec Christiane à quoquam impugnari posse, primatum & obedientiam Rom. Ecclesię. Nec derogare se pontifici quicquid tribuitu rei. Cumque inter disputãdũ ex verbis suis suspectus haberetur, tanquàm fautor & patronus Bohemorum schismaticorum, Quemadmodũ D. EKcius palam ei obiiciebat Ipse mox interstrependo Teuthonice iratus dixit, hoc mentium esse. Deinde maturius respondendo, idipsum velut grauem cõtumeliam à se reiiciens, sic dixit. Nunquã mih placuit, nec inæternum placebit, quodcũque schisma inique faciunt Bohemi: quod se autoritate propria separant à nostra vnitate, etiam si ius diuinũ pro eis staret, cum supremum ius diuinum sit charitas & vnitas spiritus. Petebat igitur ab Eckio, ne velit impingere tantam contumeliam, vt eũ Bohemum facer. t, quia sibi semper inuisi fuissent: ideo, quia ab vnitate dissentiant. Denique cum de purgatorio quoque extranea & scandalosa diceret, quasi de eo nihil habeatur in scripturis: Vnde suspectus fiebat de Græcorum & pighardorum (qui purgatorium negant) hęresi Ad remouendam à se suspicionem illam, dixit

De Bohemis

De purgatorio.

xit publice. Ego, qui credo fortiter, immo ausim dicere, scio, purgatorium esse, facile persuadeor, in scripturis de eo fieri mentionem: Quemadmodum illud Matthei inducit Gregorius in Dialogis. Non remititur neque in hoc sæculo, nec in futuro: Volens peccata quædam remitti in purgatorio. Admitto & illud Machab. 2. Sancta est & salubris cogitatio, pro defunctis exorare &c. Lassato tandē Luthero, Eckius intrepidus et infatigabilis Carolstadio rursus In arenam progredienti congressus est die XIIII. Iulii prouocatus ab illo eadē hora, qua cessauerat Lutherus. Vt homo peregrinus, à suis tū libris, tū amicis notis lōge positus in regione longinqua, si non possit argumentis vinci, saltem labore tādem et cauillorū fastidio delassatus, ex arena cederet, ac victi speciem præberet. Rursum igitur impetitus est de libero Arbitrio hominis. Cui paradoxum istud adiunxit aduersarius ille: Iustum in omni opere bono peccare. Sed paucorū dierum fuit ea disputatio. Mox enim cessatum est, die XV. Iulii, et tota causa Iudicibus commissa. Domum itaque redierunt Vuittenbergenses, egregie quidem honorati Lipsiæ cum aduenissent, sed longe minori cum glora quàm sperauerant, Vuittenbergam, redierunt. Non enim crediderant, tantum esse Eckiū, quātū experti sunt. Cū ergo parū fiduciæ haberēt ex viuę vocis disputatione ad libellos refugerūt, mox ædītes velut victricē censurā suam, ant equam scirent, quid Iudices

Matth. 12.

2. Macha. 12

Finita disputatio die 15. Iulii.

Georgius Spalatinus.

ab vtraque parte electi iudicaturi essent: Quamuis Lipsiæ cautum fuisset, ne quid illius disputationis æderetur, antequam sciretur, quid visum foret Iudicibus. De Erphordiensibus quidem nihil in publico cõstat, quidnam cẽsuerint. De Parisiensibus vero dubitare nõ licet, quin pro EcKii parte iudicauerint, qui paulo post, censuræ suæ, qua Lutheri 104. propositiones dãnauerunt, publica ædiderunt testimonia. Lutherus verò irarum & querelarum plenam ædidit epistolam ad Spalatinum suum, qui Friderici Ducis Electoris & a sacris & a secretis erat, ac pro illo multa secreto egerat. In qua sane scripsit complurima, à veritate longe aliena, sicut in respõsione sua EcKius demonstrauit. Eius initium ita habet. Historiã famosæ huius disputationis, quam Lipsiæ habuimus, Optime Spalatine cupis nosse. Ait eam disputationem fuisse perditionem temporis, non inquisitionem veritatis: Et quantum in EcKio fuit, nullum fere scopum fuisse tactum. Aut si tactus sit, nõ nisi notissimis & vulgo proculcatis argumentis certatum fuisse. Deinde in Lipsenses inuecturus, ait. Non mihi, sed sibi imputabunt, si tangantur & ipsi, quos par gloriæ studium, & inueterata iãdiu inuidia coegit, pro EcKio contra nos machinari non bonas machinas. Cõfitebatur tamen optimæ illi Vniuersitati se nihil debere, quam omnem honorem & omne officium, dũtaxat inuidiam quorũdam displicuisse sibi. Quãuis vero laudaret ibi Ducem Georgium, quod ue-

Querelæ Lutheri de disputatione Lipsica.

re

re Principali clementia & munificentia nihil o miserit, quod ad fœlicissimum illius disputatio nis fructum facere possit: omnia cauens & mo nens, vt modeste & veritatis quęrendæ studio ageretur, multa tamen in Cõsiliariorũ eius sug-gillationẽ queribundus adiunxit. Primo ruptũ est, inquit, pactũ, quo inter EcKium & nos con uenerat, vt libere disputaretur, & excepta per Notarios in publicum totius orbis iudicium æ-derentur. Illi autem statuerunt, ne excepta per Notarios æderentur, nisi Iudicibus nominatim & communiter electis oblata, accepissent sentẽ tiam, Quasi orbis & cuiusque optimi viri iudi-cium parum sit. Alteram machinam fuisse ait, Cum Carolstadius libros secum attulisset, illos statuisse pro EcKii voluntate, libros domi relin quendos esse, ac solius memorię & linguæ viri-bus ac libertate disputãdũ. Cum vero sibi obiice retur, quod conuentioni non pareat, nec fœdus seruet, disputationem ædens ante decretum iu-dicium, ita respondit. Quasi vero vllum pactum nobis vnquam seruauerint ipsi: Addens, se con-uenisse, ne disputatio euulgaretur, quæ manu Notariorum excepta fuit: Verum ne præterea scriberet, se non pepigisse. Ducem tamen Geor gium rursus laudans ait, illum prudentissime ambos verberantem dixisse, Siue hoc sit iure di uino siue humano, Rom. Pontifex est & manet summus Pontifex: Ita vere dixisse & non leui-ter, inutilem illam disputationem ipsorum, in-signi hac modestia taxasse. Lutherus igitur,

Accusat Lutherus D. Eckium

qui pro summo bono habebat multitudinis applausum, cum Lipsiæ populo minus plausibilem fuisse disputationem suã sentiret, omnem iram in Eckium: qui uellut victor, aut certe Luthero par, Carolstadiõ que maior, in ore omnium uersabatur, :effudit, innumeris illum diuerberans conuitiis, per multos uariosque libellos, & epistolas. Ausus eum etiam ad Leonem X. grauissime palam accusare: tanquã Eckii mendaciis, simulationibus & technis, omnia ubique fuerint turbata & exulcerata Hic est (inquit) ille hostis tuus, mi Leo, seu potius Curiæ tuæ, qui onus supra uires suscipiens, dum gloriã suam furiose captat, ignominiã Romanam in totum orbem reuelat. Huius unius exemplo discere possumus (inquit) non esse hostem adulatore nocentiorem. Quid enim sua adulatione promouit, nisi malum, quod nullus Regum promouere potuisset? Fœtet enim hodie nomen Romanæ Curiæ in orbe, & languet Papalis autoritas, famosa inscitia male audit. Quorum nullum audiremus, si Eckius Caroli Militii & meum de pace consilium non turbasset. Scripsit de disputatione illa epistolam quãdam Hieronymus Emser: uir apprime & disertus & eruditus: ad Pragensis Ecclesię Administratorẽ, D. Ioan. Zackium, cum audisset, Bohemos uane gloriari, quod partes eorum defendisset Lutherus. In qua sane epistola, quam modestissime ac æquissime rei gestæ ueritatem prosequutus, citra omnem Lutheri iniuriam

Epistola Emseri ad Administratorem. Pragensem.

riam atque detractionem, asseruit, illum non defendisse partes Bohemorum, sed palam contradixisse: EcKium vero fortissimum Theologum acriter defendisse propositiones suas. Lutherus autem, siue quod nactus interim fuerat ex Bohemia libros Ioannis Huss, cui impensius fauebat siue ignominiam suam reputans, quod EcKius diceretur fortissimus Theologus, scripsit mox petulantissime Venationem quandam in Capricornũ Emseri (Hoc enim insigne pro armis à maioribus suis habebat Emser) Tot sane conuitiis exuberantem, tot scommatis mordacem, tot calumniis acerbam, vt Emser magis obrutus quàm inuasus videretur. Qui tamen paulo ante honorifice susceperat illum conuiuio Dresdæ. Hac sane cautela vtebatur Lutherus, vt aduersarios suos mox fragosa conuitiorum ingeminatione ac strepitu absterrere, & omnibus ridẽdos præbere studeret. Sic enim ait ad Leonem X. In hoc ipsum tanto spiritu sum tumultuatus vt eos, quos mihi longissime impares esse videbam, magnitudine & impetu tam verborum quã animi compescerem. At stratagemate hoc suo fortem Capricornũ illum, neq; in fugam, neque in latebras coëgit: Quin venatorem istum robustum, Nymbrotum Saxonicũ, ita repulit ac repercussit ille, tum multis aliis ei grauiter obiectis, tũ illo grauissime, quod Lipsię inter Cõsiliarios Ducis Georgii constitutus, audierat ex ore Lutheri, Rem istam non esse propter Deum cœptam, nec propter Deum finiendam.

Venatio Lut. in Capricornũ Emseri.

Luth. in 2. epistola ad Leonem X.

Sceleratum dictum Luth.

Quo sane ictu fama Lutheri apud bonos gr
ter sauciata fuit: præsertim, cum ad eum ict
Lutherus tam diu taceret, nihil reclamans,
musitans quidem, sed callide dissimulans
conscientia, per menses xx. Quamuis inte
uarium ei esset, cum Emsero æditis libellis
tamen. Nulli enim aduersariorum sæpius qu
illi respondit. Tandem vbi sæpius propter v
bum illud ab amicis compellaretur, vt tam
uem suspicionis notam à se reiiceret, scri
Teuthonice quendam libellum, quo menda
arguere conabatur Emserum, sed meris fu
& nugis, nullo argumento solido, inani ex
mationum Rhetoricarum tinnitu. Mox ita
conuincit nugas eius Emser certis testibus, lu
ficationemque futilem ipsius Chirographo
Tętzellium, aliisque grauiter obiectis repre
& Monachum quamlibet uerbosum ibi pro
obmutescere coëgit. Peracta autem disputati
ne, Carolus Miltitius, vt pacis componend
laudem ex patria sua Romam apportaret, ite
tentauit ad silentium redigere Lutherum.
enim de hoc ita gloriatus est ad Leonem x. Ni
hil (inquit) hac disputatione promouentibu
nobis, nisi maiorem confusionem Romanæ ca
sæ, iam tertio Carolus Miltitius patres Ordi
nis Capitulo congregatos adit: consilium peti
componendæ causæ, quæ iam disturbatissim
& periculosissima esset. Mittuntur hinc adme
cum uiribus in me (Deo propicio) non sit spe
grassandi, aliquot celebriores ex illis, qui petun

Victus ab Emsero Lutherus.

Iactantia Lutheri de Carolo à Miltitz, seciũ tractante de pace.

vt

vt saltem tuæ Beatitudinis personam honorem & literis humilitatis excusem innocentiam & tuam & meam: Esse adhuc rem non in extremo desperationis loco, si Leo X. pro sua innata bonitate manum admoueret. Et post pauca. Leges pacis summo Pontifici rebellis Monachus præscribere ausus, subiunxit. Porro Palinodiam vt canam, Beatissime Pater, non est quod vllus presumat, nisi malit adhuc maiore turbine causam inuoluere. Deinde leges interpretandi, verbi Dei non patior, cum oporteat verbum Dei esse non alligatum, quod libertatem docet omnium aliorum. His duobus saluis, nihil est quod non facere & pati possim, ac libentissime velim: Contentiones odi, neminem prouocabo, sed prouocari rursus nolo, prouocatus autem, Christo magistro, elinguis non ero. Interea Principes Electores Francofordię ad Mœnum, cōgregati, defuncto Maximiliano Cæsare, in locum eius fœliciter elegerunt nepotem ipsius, multorum regnorum ac prouinciarū Principem potentissimum, Carolū. V. In Hispaniarū regnis tunc procul degentem. Ad quem sane, cum iuuenis admodum esset, circumueniendū, & in partes Lutheri trahendum, multæ quærebantur vario prætextu occasiones: adeo, vt Lutherani certissimū sibi persuaderēt, Carolū totū fore Lutheranū. Iactabātur merita Ducis Saxonię, Friderici Electoris: Spargebātur criminationes in Ro. Pontificem eiusque Legatū

Electio Caroli V. Imp.

quod cupientes eligi Regem Franciæ, & clam & palam detraxerint Carolo: Ædebantur conuitia libellique famosi in Papam, in quosdam Episcopos & Theologos. Tum Lutherus ipse suorum consilio fretus, scripsit ad eundem Carolum epistolam simulata humilitate, odiosisque In aduersarios querelis accurate depictam: Addens etiam oblationem, seu protectionem, haud minus & fictam & calumniatricem: vt sibi gratiam: Papę ac Theologis odium tum Cæsaris tum Aulicorum eius, atque adeo totius populi conciliaret, æditis in lucem huiusmodi libellis. Ait igitur in epistola illa, post captatam blanditiis beneuoletiam. Editi sunt à me nonnulli libelli, quibus multorum & magnorum mihi conflaui inuidiam & indignationem, vbi duplici debui præsidio tutus esse. Primum, quod inuitus in publicum veni, nec nisi aliorum vi & insidiis proditus, scripsi quicquid scripsi: nihil vnquàm maioribus votis expetens, quàm vt in angulo meo laterem. Deinde quod testor mea conscientia, ac optimorum virorum iudicio, non nisi Euangelicam veritatem studui euulgare, aduersus superstitiosas humanæ traditionis opiniones. Propter quam tertius iam finitur fere me anus, ex quo patior sine fine iras, contumelias, pericula, & quicquid possunt mali excogitare. Frustra veniā peto, frustra silētiū offero, frustra pacis cōditiones propono, frustra erudiri meliora postulo. Vnū est, quod in me paratur,

Epistola Lut. ad Carolum. V. Aug.

Ficta humilitas Luth.

tātū vt extinguat cum vniuerso Euāgelio: Cum autem omnia frustra tentarim, visum est tandē, exēplo S. Athanasii, Imperatoriā Maiestatē inuocare, si forte Dominus dignetur per eam suæ causę adesse. Et in protestatione sua, Sed ne hoc quidē promoui (inquit) quod me sæpe numero & multiphariam obtulerim (vt filius supplex & obediēs Sāctæ Ecclesiæ Catholicæ, qualis, Deo Opt. Max. adiutore, mori volo) taciturū, si per meos aduersarios liceat, omnium Vniuersitatū nō suspectarum cognitionem & sententiam passurum, coram non suspectis Iudicibus, sacris & prophanis, sub fide publica, idonea & sufficienti, conductu libero, & libenter & humiliter cōpariturum, eorumque cognitionem & sententiam accepturum. Multæ id genus querimoniæ spargebātur in vulgus, nō solum à Luthero ipso, sed etiā à cōplicibus eius, maxime à Poētis & Rhetoribus plærisque, qui Theologis & Monachis oppido infesti erant, non solum propter Lutherū: sed etiam propter Ioānem Capnionē & Erasmū Roterodamum: viros sane eruditissimos, & de literis liguisque magnifice meritos quibus, nōnihil cauę et cōtentionis erat cū illis Sed & Iurecōsulti nō pauci ac Aulici, qui opib⁹ autoritate & gratia pollebāt, pro Luthero cōtra Ecclesiasticos multa, non tam scriptis libris quam epistolis & sermone, tum clam ad aures Principum, tum palam ad populum agebant, ac gliscens Laicorum in Clericos odium, suis detractionibus callide adaugebant. Maxi-

Fautores Lutheri.

me vero incendebat animos, non modo Procerum & Nobilium verumetiam Ciuium & Rusticorum, Vlricus Huttenus, Eques Germanus, vir & nobilis familiæ, & acerrimi ingenii. Qui & antea, prius quàm Lutheri nomen orbi notũ esset, multa pro libertate Germaniæ, contra pẽsionum quæstus & citationũ vexationes, quibus Ro. curia Germaniã grauare videbatur, scripserat: non solum carmine, verumetiam soluta oratione vehemẽs & acer. Is tum ædiderat Triadem Rœm. libellum quidem paruulum: sed mire festiuum & inuentionis ingeniosæ argumento Laicis admodum plausibilem & acceptum. Quo sane effecit, vt nihil æque inuisũ esset Germanis complurimis ac nomen Ro. Curiæ & Curtisanorum.

Vlricus Huttenus.

Trias Ro.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XX.

Liber Lutheri ad Nobilitatem Germaniæ.

Am occasionem nactus Lutherus, cœpit scribere Teuthonice Reformationem quandam, ad Carolum Quintum iam tũ Cæsarem electum, & ad Christianã Nobilitatem Germaniæ, In qua sane, vt omnium mentes à Rom. Pontifice, & ab eius Curia ac Iurisdictione alienaret, quàm diligentissime recensuit pompas & abusus Ro. Curiæ, odiosissime traducens quicquid ibi reprehensibile vel esset vel saltem videretur: Superaddẽs pręterea calumnias nec leues nec pau

cas in Ro. Pontifices. Multa insuper commemorabat, quæ illi contra Ro. Imperatores aliosque Principes egissent, quod sererent ex bellis bella & vbique disseminarent inter Reges & Principes discordias, per quas ipsi suam augerent potentiam: Regibus bellico apparatu sumptuque exhaustis, de pauperatis, & ad extrema redactis, Atque vt Cæsarem adhuc iuuenem magis in Ro. Pontificem omnemque Clerum persequendum animaret, multis ex scriptura sacra rationibus & argumentis probare satagebat, Cæsaris gladium in omnes, non modo Laicos sed & Clericos, liberam habere absque vllo impedimento potestatem Non enim esse nisi fictitiam inter Laicos Clericosque differentiam, præter quam in officio, cum per Baptismum omnes cõsecremur in sacerdotes: adeo, vt vnusquisque, qui ex Baptismo reperit, possit iactare se iã presbyterum, Episcopum & Papam esse: licet non cuilibet cõueniat, eiusmodi officium exercere. Inde audacior factus, defectionem à Papa suasit apertissime, dicens. Ideo potestati Papali nequaquàm obtemperandum est, sed resistendum potius, corpore, substantia, ac cunctis quibus possumus viribus. Euigilemus igitur, ô Chari Teuthones, ne rei pariter efficiamur omnium infœlicium animarum, quæ pereunt per istud sceleratũ ac Diabolicũ regimẽ Romanorũ. His & id genus plurimis, quanquã atrocissime scriptis, prætẽdebat colorẽ pietatis & salutare nomẽ Iesꝰ, ꝙ singulis paginis in fiõte supponebat

Baptismus facit sacerdotes & Reges mystice & spiritualiter, non realiter & externo effectu aut officio.

Qualis reformatio Luth. Valer. Max. Lib. . Cap. 1. de cul u deorũ Non dubitauerunt sacris imperia seruire. Omnia post religionẽ ponenda semper Romana ciuitas dixit.

vt lector crederet, omnia illa à spiritu Christi suggesta esse, & ad optimum tendere finem. Primum igitur subiecit in Reformatione illa Papam & Episopos gladio Cæsaris. Deinde ademit Papæ autoritatem, tum interpretãdi scripturam sacram, tum indicendi Concilium generale. Quibus vario & scripturarum & rationũ fuco probatis, cœpit in mores & practicas Ro. Curiæ acerrime inuehi: sigillatim taxans omnia & per calumnias cuncta in maius adaugens. Exclamabat igitur, Indignũ esse, vt Papa triplicem gestet coronã, cum summi Reges vnicam gerant: Eum esse non exaltati, sed Crucifixi Christi vicarium: Cardinales eius esse inutilem immò perniciosum populum, qui Italiã & Germaniam exugit. EX familia Papæ Centesimam partem retinendam, Nonaginta nouem partes ex illa abolẽdas esse: tollendas Annatas, & menses papales: abiiciendas Episcoporum confirmationes, & Archiepiscoporum Pallia. Domum Datarii esse lupanar super omnia lupanaria. Papæ nihil iuris competere ad regnum Neapolis & Siciliæ, vim & prædam esse omnia quæ possidet: Romanam Excommunicationem simul cum literis & sigillis in frigidum ducendã balneum: Ius Canonicum, à prima litera vsque ad nouissimam, funditus delendum, præsertim vero Decretales, &c. Vbi ergo sensit, eum quoque librũ à laicis suis, nõ solũ æquis animis legi sed etiam cum plausu excipi & audiri: factus inde audacior, facinus attentauit atque etiam perpe-

Exustis à Luth. sacri Canones & Decretales &c.

perpetrauit audaciſſimum ſane, & omnibus retro ſæculis inauditum, Quippe ſacros canones & ſanctorum patrum Decreta, totumque ius pontificiũ ſimul cũ Bullis Papalibus, literiſque & ſigillis indulgentiarum, aliorumque Indultorum Papalium, publice damnauit ad ignem & combuſſit: At de tanto ſcelere ſeſe iactitans etiam, vt latius euagaretur eius facti fama, libellum ædidit. In quo cauſam exuſtionis redderevolens, XXX. articulos ex Decretorum volumine collectos, commemorabat, velut abſurdos & impios: Quos & per calumniam in deteriorem ſenſum pertrahens, multis flagellabat improperiis & conuitiis, Ac tandem ſubiunxit hæc verba. In his & huiuſmodi articulis, quorum innumerabiliter plures ſunt, omnes tamen eo tendentes, vt Papa ſit & Deo & omnibus hominibus ſuperior, & ipſe ſolus nemini mortalũ ſed ipſi omnes, etiam Deus & Angeli, ſint ſubiecti: Vt Papæ diſcipuli dicant, Papam eſſe rem mirabilem, non eſſe Deum, & non eſſe hominẽ fortaſſis Diabolum & Satanam ipſum. Et infra. Summa (inquit) ſummarum totius iuris Canonici hæc eſt. Papa eſt Deus in terris, ſuperior omnib. cœleſtibus, terrenis, ſpiritualibus & ſæcularibus, & omnia Papæ ſunt propria, cui nemo audeat dicere, quid facis? At Ambroſ. Catharinus Italus: vir plane doctiſſi. qui antea Quinque libris, illius errores & conatus acerrime reprehenderat, in hæc verba illi, tam grauiter ſane quã vere, reſpondit. Vere ſumma ſummarũ

Ambroſius Catharinus.

omnium ſtultitiarum tuarum hęc eſt, Quia non ſunt niſi calumniæ & mendacia manifeſta, quibus reſpondere ſtultiſſimum eſſet. Nam ſi hæc perſuadeas, etiam citra vllam contradictionem turbæ tuæ, nihil profecto tam abſonum atque abſurdum ſupereſt, quod perſuadere non poſſis. Quis enim poſſit credere, quod in Decretis dicatur, Papam eſſe ſupra Deum, aut ſupra ſcripturam, aut ſuper omnia cœleſtia? Quę iſtam crudeliſſimam blaſphemiam poſſint recipere piæ aures, quod Papatus ſit regimẽ Antichriſti? Tot ſancti igitur tam probati, in regimine Antichriſti præfuere, Gregorius, Leo, atque maiores, pleni ſcientia & ſpiritu Dei? O mundum vere poſitum in maligno, non iam in Papæ perſonam aut mores malos, ſed in officium, Sedem, Maieſtatem, à Deo poſitam ac immobiliter fundatam, ſerpens malignißimus, venenum effundit & inſultat &c. Lutherus itaque popularis aurę ſecurus iam, & nobilium quorundam fauore ſubnixus, Rhetorumque & Poëtarum laudibus propugnationibuſque confidens, audaciſſime progreſſus eſt ad quælibet facinora. Renouauit ſuam ad Concilium apellationem a Papa, velut ab Antichriſto & abnegatore ſcripturarum. Magiſtrum ſacri Palatii propter Epitomen æditam, diris inſectatus eſt maledictis et conuitiis, immò et ad arma publice proclamauit. Mihi verò videtur (inquit) ſi ſic pergat furor Romaniſtarum, nullum reliquum eſſe remedium, quam vt Imperator, Reges

Audacior indies ac ſæuior factus Lutherus.

Luth. contra Epitomẽ Syluestri.

ges et Principes, vi & armis accincti, aggrediantur has pestes orbis terrarum, remque iam non verbis, sed ferro decernunt. Quid enim lallant perditi homines, etiam communi sensu priuati quam id quod Antichristus facturus prędicitur? Si fures furca, si latrones gladio, si hæreticos igne plectimus, Cur non magis hos magistros perditionis, hos Cardinales, hos papas, & totam istam Romanæ Zodomæ colluuiem, quę Ecclesiam Dei sine fine corrumpit omnibus armis impetimus, & manus nostras sanguine istorum lauamus? Hæc & id genus multa quam atrocissime decernebat Reus iste in iudices suos: e quibus Magister sacri Palatii D. legatus: Papa supremus erat. Cunque Theologi Louanienses doctrinali quadã censura aliquot Lutheri propositiones librosq; & sermones nominatim cõdemnarent, Eosque sequuti Coloniense s, cõ similem ędidissent cõdemnationem: Lutherus mox ira percitus, grauissimis inuect⁹ est in illos & conuitiis & calumniis. Dicitur (inquit) Euangelium christi apud Turcas non licere prædicari. At si istis doctrinalibus damnatoribus, sua fiducia & tanta arrogantiæ Bulla constiterit, quę Tyrãnis Turcarũ poterit ei conferri? Et infra. Prima igitur fiducia pronunciandi Magistris nostris, siue veris siue personatis, adimenda est: ostendendumque, quantis opus sit firmamentis, vt credatur iis, qui raro pronunciauerunt bene, frequenter autẽ ac fere semper pronũciauerunt male. Quin cum semel malus, semper

Doctrinalis damnatio cõtra Luth.

Luth contra Louanienses. & Coloniensis.

præsumatur malus, iuxta suris regulam, nusquam, nunquam, in nulla re credendum erit Magistris nostris quibuslibet: Quorum iudiciũ constat iam à multis annis fuisse, non modo inconstans & præceps: sed & erroneum, hæreticum, temerarium, & cæcum: cui nemo debeat fidere tuto, nisi quem Deus iratus operationibus erroris mandet illudi. In cuius rei fidem adduxit & quædam exempla, nẽpe, quod iniuste damnauerint Vuilhelmum Occam, scholasticorum doctorum sine dubio Principẽ (inquit) et ingeniosissimum: Ioannem Picum, Mirandulanum Comitem: Laurentium Vallensem, quem ait Ecclesiæ primitiuæ vel reliquam scintillam, vel nouum fomitem: Et post hos Ioãnem Reuchlin, in quo deprehensos ait Quinque Vniuersitatum Theologos, quid sapiant, quid cernant, quid quærant. Atque vt adhuc magis extenuaret illorum autoritatem, in aliis quoque libellis eos sæpe cõuitiis et lædoriis irrisit: adiiciens alicubi in margine libri, si quid ineptius dictum videretur, hæc ridicula et à sese inuenta' Aduerbia, Louanialiter, Colonialiter, Nostraliter &c. Vt omnem eis eriperet, per cõtemptum et scurrilia scommata, apud plebem et iuuentutem literarum studiosam et autoritatem, et doctrinæ existimationem: Tametsi Augustæ Louanienses venerabiliter postulasset sibi Iudices. Sed et contra D. Ioannem Eckium, et contra fratrẽ Augustinũ Alueldiũ: virum pium et eruditum, Ordini S. Francisci

Louanialiter

de

de obſeruátia, acerbiſſimos ædidit libellos Teu thonice, quibus cauſam ſuam populo commen datiorem reddebat. In Eckium ſane ſcribens, hoc vtitur initio. Doctorem Eckium Roma re diiſſe, conſtantibus nunciatur mihi indiciis. Quorum firmiſſimum eſt, quod etſi prius in Bauaria, Sueuia, Auſtria, Tractu Rheni, Roma, Bononia, atque iam etiam in Miſnia & Saxonia talis agnitus ac diffamatus eſt homo falſus, qui omnia mẽtitur & fallit, quæcũque loquitur, ſcri bit, & agit. Qnaẽdmodũ eius Canonici indo- cti, & Eckius Dedolatus (Hi duo erant libelli aduerſus Eckium æditi) multi præterea viri gra ues demonſtrarunt: Nunc tamen voluit prote- ctionem ſuam Romanam egregie declarare, ac decreuit ſeipſum mendaciis ſuperare. Tales e- nim homines nunc dat Roma & nullos alios. Cõtra Adueldium vero ſic ait in præfatione. Si Lipſia tales tulit Gigantes, oportet eam terram diuitem habere fundũ. Vt intelligas vero quid velim, attende. Sylueſter, Caietanus, Eckius, E- mſerus, & iam Colonienſes atque Louanienſes egregia & militaria facinora ſua in me oſtende runt, decus & gloriam conſequuti pro merito ſuo, Papæ & Indulgentiarum cauſam ſic defen derunt aduerſum me, vt vellent, eis melius ſuc ceſſiſſe. Tandem cogitauerunt nõnulli, aggredi me, ſicut Phariſæi aggreſſi ſunt Chriſtum &c.

Papa igitur, Leo X. vir alioqui mitiſſimus, vt vi dit Eccleſiam impiis & ſeditioſis Lutheri ſcri ptis vehementer turbari vndique, diſſidiumque

Papa Leo X. condemnauit Lutherũ per Bullam.

in dies magis increſcere, ac illum, reiectis omnibus, quàmlibet piis, admonitionibus, ſemper in peius proficere, inſurrexit tandem ſerio contra ſuperbiſſimas rebellis Monachi importunitates proponens primum, doctiſſimis quibuſdam Theologis Lutheri ſcripta penſiculatius examinanda. Deinde vocatis in Conſiſtorium Cardinalibus, eorum fretus conſilio, quando lenitate per legatos & Nuncios nihil effeciſſet, ad rigorem Cenſurę proceſſit: Ea tamen moderatione vt in promulganda ſententia, recenſitis 41. articulis reprobis, libros tantum damnaret: autorem vero librorum ad reſipiſcendum paterne hortaretur. Quem vt antea Romam benigniſſime vocauerat, offerens ei & ſaluum conductum & ſumptus itineris: ita & in Bulla ſua præfigebat ei terminum LX. dierum, ad reuocandum errata, & rurſus LX. dies adiecit, ad inſinuandũ Sedi Apoſtolicæ debitam obedientiam correctionemque erratorum: iterum ſaluum ei offerens pleniſſima fide conductum. Plurimum nanque dolebat pio Pontifici, Germanicam Nationem, à Luthero in rebellionem concitari contra Romanam Eccleſiam, quæ illam ſemper prę aliis Nationibus imis complexa fuerat viſceribus charitatis: trãslato in eam à Grecis Imperio Romano per Deo dilectum Põtificem, Leonem III. qui Carolum cognomento Magnum, Imperiali corona donauit Romæ anno à Chriſti Ieſu natiuitate D. CCC.I. Priuſquam vero publicatam accepiſſet

Liber Luth. De captiuitate Babylonica

Bullam Leonis X. Lutherus, adeptus, occultis Augustinianorum quorũdam fratrum suorum machinationibus, è Bohemia libros Vuiclephi Angeli, & Huſs Bohemi, rebellium hæreticorum, & Rom. Ecclesiæ hostium, multa ex illis mutuatus est, quæ ad rebellionem suam deseruire videbantur. Ædidit igitur librum cõtra Septem Sacramenta, quibus Ecclesia vtitur in salutem, Cui titulum inscripsit. De captiuitate Babylonica Ecclesię, præludium Martini Lutheri. Et in eo Bohemos aperte iustificans, Catholicæ autem Ecclesiæ ferocissime insultans, ait. Surgite ergo hic vniuersi adulatores Papæ in vnum, satagite, defendite vos ab impietate, Tyrannide, læsa maiestate Euangelii, iniuria fraterni opprobrii: Qui hæreticos iactatis eos, qui non secundum merum capitis vestri somnium, cõtra tam patentes & potentes scripturas sapiunt. Si vtri sunt hæretici & schismatici nominandi, nõ Bohemi, non Græci (quia Euangeliis nituntur) sed vos Romani estis hæretici & impii schismatici, qui solo vestro figmẽto præsumitis, contra euidentes Dei scripturas. Eluite hæc viri. Et in fine illius libri ita subiunxit. Auditum audio, paratas esse denuo in me Bullas & diras Papisticas quibus ad reuocationem vrgear, aut hæreticus declarer. Quæ si vera sunt, hunc libellum volo partem esse reuocationis meæ futuræ, ne suam Tyrãnidem frustra inflatã querantur. Reliquã partem propediem æditurus sum talẽ, Christo propicio, qualem hactenus non videtit nec au-

audierit Romana Sedes : obediẽtiam meam âbunde testaturus Adiecit denique carmen hoc sacrum,

Hostis Herodes impie, Christum venire quid times?
Non arripit mortalia, qui regna dat cœlestia.

Innuens per hoc Lectori, Romanũ Pontificem, Herodi similem, propter terrenum Imperium persequi hæreticos, immo Euangelium Christi. Reliquam uero partem, de qua ibi minabatur, ædidit postea, contra Ambros. Catharinum, De uisione Danielis. In qua XII. facies Ro. Ponti. ita appinxit, ut per eas omnem Dei in Ecclesia cultum, in ludibrium uerteret. Post eaquàm uero uidit æditam contra libros suos Leonis X. Bullam, adeo exarsit mox ira, vt conuitiandi immanitate magis furere, quam scribere uideretur. Ædidit primo libellum, cui titulum hunc dedit. Aduersus Execrabilem Antichristi Bullã. Totus deinde libellus meris inundabat conuitiis & calumniis, ad excitandam defectionem & seditionem contra Sedem Apostolicã Ego (inquit) quisquis fuerit huius Bullę autor, eum pro Antichristo habeo. Atque primũ protestor, me dissentire toto corde damnationi huius Bullæ, quam & maledico & execror, velut hostem sacrilegam & blasphemam Christi filii Dei. Deinde affero fiducia tota spiritus mei, articulos per eam damnatos, asserendosque pronuncio omnibus Christianis, sub pœna æternæ male-

Libellus Luth. contra Bullam Leonis X.

maledictionis, & Antichristos habendos quicunque Bullæ consenserint, quos & his scriptis pro Ethnicis habeo & deuito. Item. Et non timetis Bullati vos Antichristi, ne saxa & ligna sanguinem sudent, præ horrendissimo hoc spectro impietatis vestræ & blasphemiæ? Vbi es nunc optime Carole Imperator? vbi estis Reges & Principes Christiani? Christo dedistis nomen in Baptismo, & has Tartareas voces Antichristi potestis ferre? Item. Et vnde illud, quod compertum habeo, esse videlicet per Trapezitas istos (quod Bancum vocant) definitos in Germania aliquot Cẽtenarios aureorum, * qui Lutherum cõficerent? His enim rationibus & scripturis hodie pugnat, regnat, triumphat, sancta illa Apostolica Sedes, magistra fidei, & mater Ecclesiarum, iãdudum Antichristiana, & bis septies hæretica conuicta, si gladio spiritus, quod est verbum Dei, pugnasset. Id quod non ignorat, Ideo ne quando ad id cogatur periculi, sic furit in orbe Christiano bellis, cædibus, cruoribus, mortibus, vastationibus, omnia inuoluens & perdens. Venerat iam Carolus V. Imp. electus ex Hispaniis, per Oceanum in Flandriam & Brabantiam, terras suas hæreditarias, Imperialia Comitia celebraturus Vuormaciæ, Qui vbi à Nunciis Apostolicis Marino Caracciolo, & Hieronymo Aleandro accepisset, Bullam Papæ Leonis X. contra Lutheri libros æditam, memor Titulorum suorum, cum diceretur & esset Rex Ca-

Seditiosa verba.

Calumniæ.

**Sicariis.*

Libri Luth. iussu Cæsaris combusti.

tholicus Hiſpaniarum ac Imperator Roma-
rum, religioſæ ſuæ & pietatis & obedient
mox certiſſima exhibuit indicia, ſeuere præc
piendo, vt M.Lutheri libri à Sede Apoſtoli
damnati, publice comburerentur. Combu
ſunt igitur per lictores & Carnifices tum
Brabantiæ vrbibus, tum in ciuitatibus Imp
rij, Coloniæ, Moguntiæ, &c. Lutherus ve
ira æſtuans, cum non poſſet gladio, calam
eam iniuriam vindicare ſtatuit. Ne autem e
nentia & autoritas ſummorum Capitum, P
pæ & Imperatoris, populo Lutheri libros,
non omnino damnandos & execrabiles, ſa
tem ambiguos & ſuſpectos redderent: Ip
aſtu ſerpentino illorum publica & mandata
facta diſſimulans, totum quod agebatur illo
rum iuſſu, aſcripſit inuidiæ Theologorum
Qui cum nihil poſſint contra ipſum ſcriptum
& rationibus, falſis criminationibus Papam
Imperatorémque incitarent, vt illi eum vi &
poteſtate opprimerent, quem iure & cauſa vi
cere non poſſent. Aedidit igitur Aſſertionem
omnium articulorum ſuorum, quos Leo X. in
Bulla ſua damnauerat: Aedidit autem non ſo-
lum Latine, ſed etiam Teuthonice, & tanto
quidem ſuperbiæ ſpiritu inflatus, vt præ ſe vno
non ſolum ſcholaſticos Doctores omnes con
temneret, vt antea quoque ſolitus fuerat: Ve-
rumetiam Eceleſiaſticis Patribus Rom. Ponti
ficibus, & Conciliis Generalibus minus credi
volebat, quam vni ſibi. Adeo impudenter ſibi

Aſſertio Luthe. pro XLI. articulis ſuis.

præ

præ cunctis peritiam scripturarum arrogabat. In odium præterea & Papæ & Theologorum, adornabat omnia, fœdis criminationibus improperiisque & calumniis aures populi mentémque & oculos lectoris preoccupans, & quidem crebrius ferociúsque Theuthonice quàm Latine. Hæc enim sunt verba Tituli in Teuthonico. Fundamẽtum & ratio omniũ articulorũ Doctoris Martini Luth. qui per Romanã Bullam iniuste dãnati sunt. Deinde amarulẽtis suis cõuitiis præmittebat hoc dulce nomen Iesus, cũ salutatione ista. Omnibus bonis Christianis, hũc libellũ lecturis seu audituris, gratiam & pacẽ à Deo Amen. Postea præfari incipiẽs, mox à laude Laicorũ beneuolentiam, & à cæcitate Clericorum fidẽ & autoritatẽ sibi captabat, ac diuinæ tribuebat bonitati, quæ aliquos Tyrãnos Christianitatis ita excæcasset, ac spiritu vertiginis erroribus inuoluisset, vt ĩ summũ dedecus suũ, atq; ad insignẽ ac irrecuperabilẽ defectionẽ, ædiderint Bullam. In qua adeo manifestã veritatẽ dãnauerint, vt ipsi pene lapides ac ligna cõtra ipsos clamẽt. Itẽ. Nõ dico (inquit) me prophetã esse, Dico autẽ eis eo magis timendũ esse, quod sim propheta, quo plus me contemnunt, ac seipsos æstimant. Si non sum propheta, attamen certus sum pro me ipso, verbum Dei esse apud me, & nõ apud eos. Ego enĩ scripturã pro me habeo, & ipsi solũ modo doctrinã suã propriã. Hæc & id genus multa in prologo, ad feroces Germaniæ populos, cõtra

Iactãtia Luthe. de se ipso, tanquam de propheta.

Papam & omnem Clerum concitandos. processu verò tanta fuit illi petulantia verb rum, tanta insultandi scurrilitas, tantus in co temnendo fastus, vt vel ad lixas & lotrices ita qui, dedecus foret. In Latino autem libro, doctis ira & Philautia eiusmodi prorsus insan re videretur, nonnihil modestiæ præ se tul quamuis reuera immodestissimus esset. Titul erat. Assertio omnium Articulorum &c. Q sequebatur epistola ad Equitem Germanu in qua spiritum iudicij & intelligentiæ script rarum, adimebat Clericis, attribuebat Laic Addebat Deum nos in sensum reprobum t didisse, vt Clerici veritatem damnemus, qua Laici amplectuntur: & fiant sacerdotes, qui s cerdotes non sint: Laici, qui Laici non sun Quare visum est (inquit) deinceps ad vos La cos, nouum genus Clericorum, scribere &

Qualis Latina est Assertio Luth.

Contra Ecclesiasticos Doctores.

Post Epistolã Prologus bene prolixus. In q primum protestabatur, se prorsus nullius qu tumlibet sancti patris autoritate cogi velle, n quatenus iudicio diuinæ scripturæ fuerit pro batus. Addebat post multa, In omnium pat scriptis multos inueniri errores, sæpe sibi ips pugnare, sæpe inuicẽ dissentire, scripturas to quere: Augustinum sæpe solum disputare, ni hil diffinire: Hieronymum in commentariis fe re nihil asserere. Cæterũ quod hactenus à scho lasticis Doctorib⁹ ad Ecclesiasticos semper pro uocauerit, non sic ad eos se prouocasse aiebat, vt omnia eorum vera arbitraretur: sed quod

propion

propiora veritati ſenſerint quàm ſcholaſtici, qui fere nihil veri habeant reliquum. In proceſſu autem libri, etiam Concilia ſuperbe ac iniurioſe reiiciebat, dicens. Igitur ſiue Papa ſiue pars, ſiue Concilium ſic aut ſic ſentiat, nemini debet eſſe preiudicium, ſed abundet quiſque in ſenſu ſuo, in eis rebus, quæ neceſſariæ non ſunt ad ſalutem. In libertatem enim vocati ſumus.

Luth. in aſſer. ait 28. & 29.

Acta & Scripta Lutheri Anno Domini M. D. XXI.

Ntequã verò Cæſar Carolus V. ampliſſima ac celeberrima Vuormaciæ inchoaſſet Comitia, Lutherus perquàm multos ædidit libros, tum Latinos tum Teuthonicos. In quibus ad aucupandam & eruditionis & pietatis gloriam, gratiámque non ſolum plebium: ſed & Principum promerendam, multa bona tũ exponẽdo ſcripturas, tũ adhortãdo & corripiendo homines, peſſimis machinationibus ſuis admiſcebat: adeo, vt plærique etiã magnæ autoritatis viri crederẽt, illum verò agi & zelo virtutis & ſpiritu Dei, ad tollendos Hypocritarũ abuſus, ad reformandos mores & ſtudia Clericorũ: ad erigẽdos in amorem & cultum Dei animos mortalium. Quales erant libri iſti. Expoſitio Decem præceptorum, De libertate Chriſtiana, Teſſaradecas conſolatoria, Explanatio orationis Dominicæ, Commentarius in Epiſtolã Pauli ad Gal. Enarrationes Epiſtola-

Quid ante libri Luth. in ſpeciem pietatis editi.

rum & Euãgeliorum per Dominicas Aduẽtus, Operationes in XX. Psalmos. Expositio septẽ Psalmorum pœnitentialium. Item Psalmorũ Tricesimi Sexti, Sexagesimi Septimi, & Centesimi Noni. Expositio Cantici Mariæ, Magnificat. De bonis operibus ad Ducem Saxoniæ Ioan. fratrem Friderici Electoris, & id genus alia eius opuscula, quæ speciem & doctrinæ & pietatis præ se ferre videbantur. Postquam verò Comitia illa maxima Vuormaciæ cœpta, Hieronymus Alexander nuncius Apostolicus (factus postea Archiepiscopus Brundusinus, atque etiam Cardinalis) vir admodum & disertus & linguarum peritus, cœpit Lutherum pluribusque orationibus in frequentissimo Principum Prælatorúmque ac Statuum Imperij confessu grauissime accusare, non solum inobedientiæ & hæreseos: verum etiam seditionis, rebellionis, impietatis, & blasphemię. Cum autẽ pleríque videretur magis inuidia & vindictæ libidine, quàm zelo pietatis in illum concitari, crebris quantumuis etiam vehementibus suis orationibus parum promouit aut effecit, donec tandem ex libro Lutheri de Capitiuitate Babylonica, recens tum ædito, excerpsisset Articulos quosdam plus minus XL. In quibus ille nõ solum ritus & Sacramenta Ecclesiæ, verum etiã leges Principum, & quaslibet constitutiones hominum reicere, conculcare, damnar ausus fuit. Quales sunt. Neganda esse Septem Sacramenta, & tantum tria pro tempore ponenda,

Articuli ex Capti. Babylo. excerpti.

Hierony. Aleander.

Trans-

Trãssubstãtiationẽ in Sacramẽto altaris, pro humano figmẽto haberi: quia nulla scriptura, nulla ratione nitatur. Manifestũ ac impiũ errorẽ esse, Missam pro peccatis, pro satisfactionib⁹, pro defunctis, aut quibuscũq; necessitatib⁹ suis aut aliorũ offerre seu applicare. Digne cõmunicare eos solos, qui tristes, afflictas, cõfusas & erroneas habẽt cõsciẽtias. Baptismũ neminẽ iustificare, nec vlli prodesse: sed fidẽ in verbũ promissionis, cui additur Baptism⁹. Neq; Papã neque Episcopũ, neq; vllũ hominẽ habere i s vni⁹ syllabę cõstituẽdę super Christianũ hominẽ, nisi id fiat eiusdẽ cõsensu. Hoc esse vere hominum seruos fieri, statutis & Tyrãnicis eorũ legibus subiici. Christianis nihil vllo iure posse ĩponi legũ, nisi quantũ volũt: cũ sint liberi ab omnibus &c. Hos ergo & id gen⁹ multos Lutheri articulos, ĩpios & seditiosos, vbi ex scheda recitasset Aleãder, ac oratoria vi in eos exclamasset: Principes, qui eum librum nuper æditum nondum legerant, & de Luthero nihil tale suspicabãtur, vehementer exterriti atque cõmoti, alter alterũ intuebãtur, atque in Lutherũ eiũsque fautores murmurare cœperũt. Quod vbi sensit Dux Saxoniæ Fridericus, Princeps Elector, declinandæ inuidiæ gratia dixit, Eos articulos non esse Lutheri, sed in eius odium effingi ab aduersariis. Orta itaque contentione, dum hic negaret, ille affirmaret, Articulos Lutheri esse. Visũ est Principib⁹, Lutherũ ipsũm accersendũ esse, vt ore suo cõfiteretur, qui nam sint libri sui, &

Disceptatio de saluo conductu dando Luthero vt adueniret secure.

qui suppositicij. Tum verò longa consultatio difficilisque disceptatio inter Imperij Proceres exorta est, qua cautione quibusque conditionibus, adducendus ille foret. Lutheri enim Patronis solius Cæsaris fides publica, quantumuis sanctę iureiurando literisque & sigillo firmata, non videbatur sufficere. Timebant enim, ne forte, vbi aduenisset, ab illo traderetur in manus Romani Pontificis, aut ipse velut hæreticum vltimo eum traderet supplicio, tanquàm perfido hæretico nulla sit seruanda fides. Multis res nimium indigna visa est, vltra Cæsaris fidem quippiam aliud desiderari, pro vnius Monachi saluo conductu. Cum autem grandis vbique per Germaniam ferè totam excitata esset, in populis per Lutheri libros in Clericos animorum commotio, vt res à tumultu & seditione parum abesse videretur: permisit Cæsar, vt pro saluo conductu eundi ac redeundi, non nulli Principum suam quoque fidem cum ipso interponerent. Adiecit tamen conditionem istam, vt Lutherus in itinere neque concionaretur vsquã nec scriberet, ne populos amplius cõmoueret. Missus est itaque Vuittẽbergã è Vuormacia Caspar Sturm⁹, Fecialis Cæsareus, vt sub fide publica Lutherũ educeret ac reduceret. Interim verò tractabãtur alia Imperij negocia in Comitiis illis, Quæ cũ essent Cæsari prima, plurimi Principum solenni more iura Feudalia ab eo, vt verò ac supremo prouinciarũ domino nuper electo, splẽdidissimo apparatu susceperunt;

debitum

debitum ei præstantes Homagium. Sturmus vbi Vuittenbergam peruenit à Rheno scilicet ad Albim, Luthero tum publicas tum priuatas attulit literas, ex quibus plenam intelligeret securitatem: maxime sic procurante Patrono suo, cui prę omnibus fidebat, eiusq; sumptibus iter ingressurus erat. Paratur itaque currus in modum lecticæ vmbrosus, & contra omnes cœli iniurias munitus: adduntur Comites viri Docti, Ionas Prępositus, Schurffus legum Ordinarius, Amsdorffius Theologus &c. Quacunq; iter faciebant, frequens erat concursus hominum, videndi Lutheri studio: In diuersoriis multa propinatio, læta compotatio, Musices quoq; gaudia: adeo, vt Lutherus ipse alicubi sonora testudine ludens, omnium in se oculos conuerteret, velut Orpheus quidam, sed rasus adhuc & cucullatus, eóque mirabilior.

Iter Lutheri ad Vuormaciam.

Quamuis vero ea lege saluum conductum ei Cæsar dedisset, vt in itinere nusquam prædicaret aut scriberet: Ipse tamen insignis legum humanarum contemptor, Erfordiæ Dominica Quasimodo geniti publice prædicauit, eámq; prędicationem suam typis excudi iussit. In quo quidem sermone, admodum multa dixit cōtra virtutem bonorum operum, & cōtra leges humanas. Ita enim ait, Vnus ædificat templa, alter peregrinatur ad S. Iacobum aut ad S. Petrum. Tertius ieiunat aut orat: Induit cappam, incedit nudipes: aut quid aliud agit. Eiusmodi opera nihil prorsus sunt: quæ & funditus destrui

Contra pacta Cæsaris concionatus est Luth. Erfordiæ.

oportet. Quicquid enim à Papa venit, id clamat, Da Da Si non facis, Diaboli es. Modica res esset, si solum expilarentur homines: Hoc vero maximum est (proh dolor) malum, quod in mundo esse potest, quod homines eò diriguntur, vt opera corporalia possint saluare aut iustificare. Item. Sunt Tria Millia sacerdotum, inter quos non Quatuor inuenniuntur recti, proh dolor. Et si quando habeantur recti prædicatores, Euangelium dicitur superficietenus. Deinde fabula quædam de antiquo asino, aut historia de Theoderico Veronensi. Sturmus vero, cum & ipse Lutheri partibus occultè faueret, nihil horum aut illi prohibuit, aut Cæsari manifestauit. Quid autem Vuormaciæ cũ eo actum sit, ipsemet descripsit, sed fide parum integra: Quippe cũ sit laudis cupidissimus, omnia in gloriam suam retulit, falsa veris admiscens. Verum vt minus impudens videretur sui ipsius laudator, effinxit tertiam personam loquentem & omnia recitantem. Alicubi tamen, nimio laudis desiderio præoccupatus, omissa tertia persona, ait. Hic ergo. Item. Orator Imperij dixit, me non ad rem respondisse &c. Ex quibus sane verbis, Lector non omnino stupidus, facile intelligit, ea Acta ab ipsomet conscripta fuisse, quamuis etiam stylus & secreta ipsius colloquia, quæ ibi narrantur, idipsum plane indicent. Venit igitur Vuormaciam die 16. Aprilis, Dies X. ibi permansit, Die XXVI. eiusdem Mensis inde discessit. Ait ergo ipsemet

Acta Vuormacensia ab ipso Luth. scripta.

Verba ipsius de seipso.

met in Actis suis. Feria tertia post Dominicam Misericordia Domini, D. Martinus Lutherus, professione Augustinianus, Vuormaciam inuectus est, Anno post Millesimum Quingentesimum. Vigesimo Primo, uocatus à Carolo Imperatore, eius appellationis Quinto. Cum ante triennium paradoxa quædam disputanda proposuisset Vuittenbergæ, vrbe Saxonum, D. Martinus Lutherus, aduersus Tyrannidem Romani Episcopi, quæ lacerata sunt interim & exusta à multis, à nullo tamen aut scripturis aut rationibus conuicta: Cœpit res ad tumultum spectare vulgo causam Euangelij aduersus Clericos tuente. Et ob id bonum videbatur, instigantib. Romanis Legatis, vt accerseretur homo Feciali Cæsareo, & literis salui conductus, in hoc à Cæsare & Principibus datis. Accersitur, venit, ac diuertit in Curiam Rhodiensium, vbi hospitio collectus est, & à multis Comitibus, Baronibus, Equitibus auratis, nobilibus, sacrificis & prophanis in imam vsque noctem salutatus ac requisitus. Hæc de seipso in exordio actorum suorum Lutherus. Altero die Lutherus à nobili viro Domino Vlrico de Pappenheym, & à Sturmo supra dicto, perductus post meridiem hora Quarta in conspectũ Cæsareæ Maiestatis, aliorumque Principum & ordinum sacri Ro. Imperij; commonitus est ab illis, ne quid loqueretur non quæsitum. Orator itaque Cæsaris, Ioannes ab Eck, vir eloquens & Iuris peritus, Officialis generalis Archiepi-

Io ab Eck Officialis Treuerensis.

ſcopi Treuerenſis Principis Electoris, Lutherum primo Latine, deinde Germanice hunc in modum alloquutus eſt. Cæſarea Maieſtas huc te Martine Luthere acciuit, his duabus de cauſis. Principio, vt libros hactenus tuo nomine vulgatos, agnoſcas hic coram, ſi tui ſunt. Deinde iam agnitos an omnes pro tuis haberi, an quicquam ex eis reuocare velis. Ad hæc itineris comes Lutheri, D. Hieronymus Schurff Iuriſconſultus exclamauit, intitulentur libri. Orator ergo multos recenſuit libros illius, qui Baſileæ quoq; & alibi fuerunt euulgati. Ad hæc Luthe rus. Libros (inquit) iam nominatos non poſſum non amplecti pro meis, & eorum quidem nihil vnquam diffitebor. Quod autem ſequitur, an aſſeuerem, an vero reuocem illos, cum de fide animarumq; ſalute & de verbo Dei, quo nihil maius habemus, ſit quæſtio, temerarium fuerit ac periculoſum, me quicquam incogitatũ proferre: Peto hac de cauſa ſuppliciter ſpacium deliberandi, vt citra diuini verbi iniuriam & animæ meæ periculum, interrogationi ſatisfaciam. Ex eo Principum cœpit deliberatio, quam ita reddidit Cæſaris Orator. Etſi tu Martine ex mandato Cæſareo ſatis intelligere potuiſti, ad quid accerſitus ſis, eaq; de cauſa iam indignus, cui longior cogitandi mora detur: tamen Cæſ. Maieſtas ex ingenita clementia ſua diem unum indulget meditationi tuę, vt cras ad horam eandem coram compareas: ea conditione, ne ſcriptam ſententiam tuam proponas, ſed verbis exequa-

Libri à Luthe. agniti pro ſuis.

exequaris. Et his dictis redditus est hospitio suo Lutherus. Adiungit hic quasdam Lutherus adhortantium se voces, in laudem sui. Inter quas & hanc commemorat. Beatus vēter, qui te portauit. Cæterum vbi altero post die sub eandem horam reductus à Fœciali esset in prætorium, propter Principum occupationes, ad sextam vsq; horam expectauit ante ianuam. Posteaquā vero Cæsar & Principes, Conclaue secretius egressi, consederunt in publico, magna circumfusa turba: Cæsaris Orator dixit Luthero, rursus Latine ac Teuthonice, Deliberationem, quam heri petiisset, habere nunc finem: Quam tamen impetrare non debuisset, cum tanto tempore sciuirit ad quid fuerit vocatus, Respondeat ergo nunc, an libros à se agnitos omnes tueri, an vero quicquam retractare velit. Ad hæc Lutherus respondisse ait se suppliciter, tacitè ac modeste, non tamen sine Christiana superbia: quāuis de reuocatione nonnihil spei ex petito deliberandi spacio concepissent Aduersarij. Cum vero longis ambagibus ac prolixa oratione iam blandiens Principibus, iam terrens scripturarum exemplis de regibus Ægypti Babylonisq; & Israël longe petitis: ad articulum præcipuum non responderet, sed intricata distinctione tria librorum suorum genera commemoraret, & iam in crepusculum vergeret dies æstiua, Dixit ei Orator Cęsaris, vt ad rem respondeat, ac simplex & non cornutum det responsum: An reuocare velit nec ne. Ad hæc ita se respōdisse affir-

Lutherus laudis propriæ auidus.

Responsum Lut. de non reuocando.

mat Lutherus. Quũ ergo S.M. vestra, Dominationesque vestræ simplex responsum petunt, dabo illud neque cornutum neque dentatum, in hũc modum. Nisi conuictus fuero testimoniis scripturarum, aut rarione euidenti (nam neque Papæ neque Conciliis solis credo, cum constet eos & errasse sæpius, & sibi ipsis contradixisse) victus sum scripturis à me adductis, & capta cõscientia in verbis Dei, reuocare neque possum neque volo quicquam, cum contra conscientiã agere neque tutum neq; integrum sit. Gothelff mir. Amen. Post hoc responsum Principes deliberando & consultando colloquentes, iusserunt Cæsaris Oratorem ista referre illi verba. Immodestius tu Martine respondisti, quam personam tuam deceat. Quod si eos libros recantasses, in quibus errorum tuorum magna pars est, haud dubie Cæsarea Maiestas ex ingenita Clementia, reliquorũ qui boni sunt persecutionẽ non toleraret. At tu quæ Vniuersale Constãtiense Concilium damnauit, ex vniuersa Germanica Natione cõgregatum, resuscitas, & per scripturam conuinci uis: In quo sane uehementer deliras. Quid enim attinet nouam disputationem celebrare, de rebus per tot sæcula ab Ecclesia & Concilio damnatis? Lutherus autem causans captam suam conscientiam non posse ex retibus, quibus inuoluta esset, abire: dicebat se reuocare non posse. Cum ergo iam tenebræ totum auditorium haberent, discessum est è consessu, & abierunt Principes in hospitium

Id est Deus adiuuet me.

tium vnusquisque suum, iussi postridie mane redire, vt Cęsaris audiant sententiam. Feria igitur sexta post Dominicam Misericordia Domini, misit Cæsar scriptum Autographum in Senatum Imperij, in lingua Burgundica ab ipsomet exaratum, Quod Latine interpretatum hanc habet sententiā. Vobis constat, genus me ducere à Christianissimis Imperatoribus, à nobili Natione Germanica, à Catholicis Hispaniæ Regibus, ab Archiducibus Austriæ, à Burgundiæ Ducibus: Qui omnes Ecclesiæ Romanæ filij ad mortem vsq; fideles perstitere, semperq; Catholicæ fidei, sacrarum Cæremoniarum, Decretorum, Ordinationum, sanctorum morum, pro honore Dei, pro fidei augmentatione, pro animarum salute, defensores extitere. Qui quidem fato functi, nobis ex instituto naturæ, iuréq; ipso hæreditario, sanctas, quas diximus, Catholicas obseruationes, quasi per manus traditas, reliquere: vt eorum secuti exempla uiueremus, & in iis etiam moreremur. Atq; ita nos, vtpote qui Maiorum nostrorum veri imitatores sumus, diuina fauēte gratia, tenore eodem ad hanc vsque diem uiximus. Ego itaque hac de causa tueri decreui, quicquid ipsi Prædecessores mei, & quicquid ego vsq; ad præsens obseruaui: Id vere pręsertim & ante omnia, quod per ipsos Prædecessores meos, tam in Consilio Constantiensi, quàm etiam in aliis, decretum sancitumq; est. Quoniam verò constat, fratrem vnum tantum, sua quadam opinione deceptū,

Sententia Cæsaris in Lut. lata.

hallucinari, quæ contra totius Christianismi sententiam est, tam eorum qui ante acto tempore nos supra Mille annos præcessere, quàm eorum qui nunc viuunt. Ex cuius quidem opinionis ostentatione, vniuersum Christianũ nomen in errore semper versatum esse videretur: Ea propter deliberaui oĩno, Regna oĩa mea, Imperium, Potentatus, amicos meos, corpus & sanguinem, vitámque & animam meam exponere, ne prauum hoc incœptum deserpat vlterius, propterea quod mihi magno dedecori cederet, atq; etiam vobis, qui nobilis & maxime celebrata estis Germaniæ Natio: Quibus id ad honorem, autoritatem & prærogatiuam accessit ex priuilegio, vt præcipui iustitię obseruatores, Catholicæq; fidei defensores & protectores habeamur. Quod si qua nostris temporibus non solum hæresis, verumetiam hæresos suspitio, aut vlla Christianæ religionis imminutio in cordibus hominum relinqeretur, id successoribus nostris perpetuæ vituperationi foret. Audito itaq; pertinaci responso, quod hesterna die in nostro omnium conspectu Lutherus dedit, meã ego vobis sententiam testatam facio, pœnitere me moræ, qui contra ipsum Lutherũ & falsam eius doctrinam procedere tam diu distulerim, hominémque quicquid dicturus sit, nolle amplius audire, omnino decreui. Mandoq; vt quã primum, ex modulo mandati reducatur, caueatque ipse ex conditionibus in saluo conductu præscriptis, ne publicas conciones conuocet,

neue

neue populos falſam eam doctrinam ſuam vlterius doceat: ne demum operam vllam det, vt noui quicquam vſquam excitetur aut motus fiat. Et ſicut præfatus ſum, conſtitui accingere me ad procedendum aduerſus eum, vt aduerſus notorium hæreticum æquum eſt procedere: Simulque à vobis exigo, vt in huiuſmodi cauſa tanquam boni Chriſtiani decernatis quod debetis, & vt mihi facere promiſiſtis. Scripta hæc manu mea, Die 19. Aprilis M.D.XXI. Hæc Imperatoris tam pij & Catholici ſententia lecta eſt, non ſolum Vuormaciæ coram vniuerſis Principibus & Statibus Imperij: verum etiam Romæ poſtea menſe proximo, Die x. Maij, in publico Conſiſtorio, coram purpurato Cardinalium Senatu, iuſſu Leonis x. Papæ. Pontificatus eius anno Nono. Et ab vtróque Senatu non vulgariter collaudata eſt Cæſaris in fide conſtantia, zelusque pietatis ac religionis auitæ in pectore iuuenili. Quantum verò laudabant illum viri boni graueſque ac pij, tantum in occulto murmurabant & criminabantur Lutherani: dicentes, eum eſſe puerum, qui nutu & blandiciis Papiſtarum & Epiſcoporũ trahatur quocunque velint: Præcipue vero iraſcebantur minisque & clamoribus frendebant duo ex Germanorum Poëtis, ſtemmate quidem auito nobiles & ingenio clari: ſed animo maxime feroces, Vlricus Huttenus Francus, & Hermannus Buſchius Vueſtphalus: hoſtes ſane antiqui,

Murmura Lutheranorum contra Cæſarem.

hic Theologorũ ſcholaſticorũ & Monachorũ ille Curtiſanorũ ac Nunciorũ Romanæ Curiæ. Inſcribebatur itaq; valuis noctu paſſim per plateas vrbis: Væ terræ, cuius rex puer eſt. Affigebatur item valuis Prætorij hoſtilis ſchedula, in qua fingebãtur CCCC. Equites Germani bellũ indicere Cardinali & Archiepiſcopo Mogũtino: qui per Germaniã inter Imperij Principes Electores Decanus eſt, loco & dignitate poſt Imperatorem proximus: Nullius tamen Equitis nomen ſchedulæ adſcriptum erat. Cæterum in fine comminationis appoſita cernebatur ſeditioſa vox iſta Germanica. Buntſchuch, Bũtſchuch, Buntſchuch, quæ ſignificat fœdus populare, ſeu potius coniurationem contra ſuperiores. Atque vt maior incuteretur Catholicis terror, non lõge aberat à Vuormacia vir nobilis ac potẽs Frãciſcus de Sicking, magnã ex militia famã nactus: Quippe qui per ſe bellũ intulerat tum Haſſiæ Lantgrauio, tum ciuitati Metenſi, & vtrumque hoſtẽ grauibus affecerat dãnis. Is igitur in arcibus ſuis, quas munitiſſimas habebat, ex propinquo cõſiſtens, dicebatur collectũ habere Equitatũ manũmque militarẽ, expectãs Lutheranæ cauſæ exitũ, cũ impenſiſſime faueret Luthero. Principes igitur & reliqui Ordines Romani Imperij, etſi Cæſaris conſtantiã pietatemque laudarẽt, vidẽtes tamen & in vrbe Vuormacia, vbi erant, & extra, non ſolum in propinquis locis: verum etiam in longinquis Germaniæ ciuitatibus, motus & murmura plebium:

Buntſchuch.

bium: atque etiam nobilium multorum propẽ siores in Lutherum animos, orabant Imperatorem, vt clemẽter ipsis permitteret, deligere quosdam ex Ordinibus Imperij, qui pertentarent, an Luthero persuadere possint, vt damnatos à Sede Apostolica articulos reuocaret. Cum Luthero interim toto triduo nihil publice actum est, priuatim vero plus satis inquietorum hominũ ad eum concursus & instigatio fuit. Cæsar Die Aprilis 22. respondit Principibus & Statibus Imperij, permittere quidem se, vt cum Luthero agant aliqui ex ipsis, periculúmque faciant, an damnatos articulos reuocare velit: sed ita, vt ea actio maturetur, ne vltra triduum Vuormaciæ permaneat Lutherus; Nihilosecius tamen perstare se in sententia sua, cuius Autographum feria Sexta viderint, quàm diu Lutherus in pertinaci voluntate sua perseuerauerit. Obtenta igitur Cæsaris permissione, Archiepiscopus Treuerensis, Princeps Elector, aliorum consensu, misit Duos ex familia sua presbyteros ad Lutherum, feria Secunda post Dominicam Iubilate, quæ erat 22. dies Aprilis, sub horam cœnę, vt iuberent eum feria Quarta mane hora sexta comparere in certo loco, quem indicaturus ei esset. Quo annuente, delecti sunt ex Ordinibus Imperij, qui cum illo agerent: Duo Electores, Archiepiscopus Treuerensis, & Marchio Brandeburgensis: Duo item Episcopi, Augustensis & Brandeburgensis: & Dux Saxoniæ Georgius, ac Magister Ordinis

Delectus Principum & Ordinum Imperij, ad agendum cũ Luth.

Teuthonici: Post hos adiuncti sunt, Comes Georgius à Vuertheim, Dominus Bock Argentoracensis, & Doctor Peutinger Augustensis. Denique qui omniũ nomine loqueretur, Doctor Hieronymus Veus, Cancellarius Badensis. Die 23. Aprilis, quæ sacra erat Diuo Georgio Martyri, Imperator admodum solenne celebrauit festum, eò quod ipse quoque sit, vt Reges & Principes alij plerique, de societate sancti Georgij. Missam cum ministris maxime solenniter celebrabat Abbas Fuldensis, velut Capellanus Ordinarius Imperatoris, & Princeps Imperij, Dominus Hartmannus, Comes à Kirchberg: vir quidem disertissimus, sed eo tempore à subditis suis eiectus & exul: Quem postea Cæsar suis reconciliauit per annuam pensionem, vt priuatus viueret Moguntiæ in suo Canonicatu, permissa rerum administratione vni ex Comitibus de Henneberg. Eo igitur Die nihil in causis prophanis actum est, ob venerationem sancti Georgij. Die 24. Aprilis, quæ erat feria Quarta post Iubilate, Delectus Principum & Ordinum Imperij supra nominatorum, conuenit in Curiam & hospitium Domini Richardi Archiepiscopi Treuerensis. Aduenit & Lutherus hora præscripta, vtpote sexta ante prandium. Facto igitur Principum & Ordinum confessu, Doctor Veus longa oratione Lutherum adhortari cœpit (vt est vir admodũ & eloquens & eruditus) ne suo sensui innixus, in proposito suo perseueret, neue Concilia ita crimi-

Abbas Fuldensis.

Hierony. Veus Cancellarius Badensis.

criminetur & reiiciat, vt coram Cæsarea Maiestate fecerat. Concilia enim non contraria, vt ipse illis imputat, statuisse, sed diuersa, pro diuersitate personarum, temporum & locorũ. Ex Conciliis autem plurima euenisse bona, opus esse legibus humanis, præcauẽda esse schismatum scandala, ne dissuatur inconsutilis tunica Christi. Principes in hoc à Cæsarea Maiestate impetrasse istud cum eo colloquium, non sane vt cum ipso disputent: sed vt benigne atque clementer exhortentur, ne pertinaciter suo sensui inhæreat, propter plurima & grauissima tum scandala tum pericula, quæ inde ventura sint, si à pertinacia sua non desistat. Lutherus his auditis, primum egit gratias Principibus, pro tam benigna & clementi exhortatione, qua ipse nõ sit dignus. Deinde respondit ad obiecta, de Cõciliis quidem, quod non omnia reprehenderit Concilia, sed tantum Constantiense: ob hoc potissimum, quod verbum Dei dãnauerit, quod pateat in articulo hoc Ioannis Huss ibi damnato, Ecclesia Christi est vniuersitas prædestinatorum: hoc damnasse Concilium Constantiense, & sic hunc articulum fidei, Credo Ecclesiã sanctam Catholicam. De scãdalis verò dicebat, duplex esse scandalum, vnum Charitatis, alterũ fidei. Charitatis quidẽ, quod in moribus & vita consistat: Fidei verò seu doctrinæ, quod in verbo Dei vitari non possit. Per ipsum enim præstari nõ possit, vt Christus non sit petra scãdali. Scire igitur se, obediendum esse magistra-

Lutheri responsum.

Excusatio Lutheri de scandalo.

tibus etiam male & inique viuẽtibus. Scitei cedendum proprio sensui, Tantum petere ne adigatur verbum Dei negare, cætera omn obedientissime se præstaturũ. Hoc itaque ve bi Dei prætextu, quemadmodũ ab initio: ita deinceps per omne tẽpus, impios & antea sa pe dãnatos Vualdensium, Vuiclephistarum, Hussitarum errores, Germanorũ plurimis ob trusit, vendidit, inculcauit, persuasit Luthe Et in hoc non satis deliberate Cæsarem & Pri cipes egisse plęrique putant, quod vocantes a se Lutherum, nullos pariter vocauerint Theo logos, qui falsos prætextus & fucos illius de tegere potuissent. Certe pius & eruditus Pon tifex, Ioannes Fischerus, Episcopus Roffensis in Anglia, paulo post satis clare & copiose pro lixo volumine ostẽdit, nullum articulorũ eius, quos in Bulla sua damnauerat Papa Leo X. ha beri in scripturis aut esse verbũ Dei. Neque ve rũ est, quod articulus iste Ioannis Huss (Eccle sia Christi est vniuersitas prędestinatorũ) sit ver bum Dei, In eo præsertim sensu, quem hæretici prætendebant; nempe, quod pręlati mali & pec catores damnandi, quamuis baptizati & Chri stiani, non sint de Ecclesia Christi, nec sint mẽ bra Ecclesiæ militantis. Quæ sane sentẽtia adeo non est verbum Dei, aut in scriptura sacra, vt contrarium ex scripturis quàm latissime proba ri queat. Manifestissime verò ex Parabolis Chri sti, de Tritico & zizania in eodem agro. De sagena missa in mare, & ex omni genere pisciũ

Falsus Verbi Dei prætextus.

Episcopus Roffensis.

con-

congregãte. De Decẽ Virginibus, quarũ quinque sunt prudentes, quinque fatuæ &c. Aderat tunc Vuormaciæ Ioannes Cochlæus, Ecclesiæ B. Virginis Francofordiæ ad Mœnũ Decanus, qui Lutherũ illac transeuntẽ subsequutus, venerat eo priuatim & vltro, à nemine vocatꝰ. Venerat verò non aliam ob causam, quàm, vt pro fide & honore Ecclesiæ, corpus & vitã suã in extremum, si opus foret, periculũ obiectaret atque exponeret. Magno enim vrebatur zelo, & pro Sacramentis Ecclesiæ, quæ Lutherus in Babylone sua, vel reiecerat omnino, vel prophanauerat alteratione pessima: & pro religione patrum suorum, quam ab illo superbe contemni ac hostiliter impugnari dolebat. Et scripserat iam pro venerabili Sacramẽto Eucharistiæ, contra Captiuitatem Babylonicam Lutheri, libros tres, quos secum ferebat. De quibus iamdudum certior factus erat Lutherus, per Vuilhelmũ Nesenũ Poëtã, ac Pædotribã Frãcofordiensem, qui postea perijt Vuittenbergæ in Albi fluuio miserrime. Cochlæus igitur Vuormaciam profectus, vno tantum comitatus puero, suo ex sorore nepote, venit primũ ad Vuolfgangum Capitonem: virum quidem eruditum & facundum, sed astutia plus quam vulpina vehementer callidum, qui tum à cõsiliis erat Cardinali & Archiepiscopo Moguntino, ac Lutherismum, quem occulte in pectore fouebat, versutissime dissimulabat: hic illum insinuauit Hieronymo Aleandro, Nuncio Leonis X, cui per

Ioannes Cochlæus quo animo Vuormaciam venit.

literas iam tum cognit⁹ erat. Vnde factum, vt eo die, quo Principes quidam seorsum cum Luthero collocuturi erant, Aleander manera quarta vocauerit ad se Cochlæum: iubens in Curia Archiepiscopi Treuerensis expectaret, donec vocaretur in Colloquium ad Lutherum: præcipiendo tamen præcipiebat, ne vllo pacto disputationem cum illo iniret, sed audiret solum, vt fideliter referre possit, quid cum illo ageretur. Quod vbi fecisset, incidit postea peracto prandio in priuatum colloquium cum Luthero in ipsius diuersorio, nunc disceptando, nunc familiarius & seorsum colloquendo. Quemadmodum retulit prolixe speciali de hac re libello ipse Cochlæus. Ex eo autem tempore semper infesti fuerunt Cochlæo Lutherani, non expectantes donec aliquid aduersus Lutherum æderet: sed mox variis tũ cõuitiis & maledictis, tũ strophis & calũniis in eũ vndiq; insurgẽtes. Spargebant itaque famã, subornatum fuisse Cochlæum à Papistis ad hoc, vt dolo induceret Lutherum ad renunciandum saluo cõductui, atque ita traderet eum carnificinæ. Aedebant item carmina, seu verius crimina & conuitia, quæ & confestim in alias vrbes emiserunt: adeo, vt citius peruenerint Nurenbergam ac Vuittenbergam, quàm redierit Francofordiam Cochlæus, Quorũ initium est. O væsana Cochlea, Lutheri noua fabula, Morionum memoria, Notanda vel ignauia. Describenda versibus, Depingẽda cornibus. Perungẽda fecibus,

Calumniæ Lutheranorum in Cochlæum.

cibus, Defricanda calcibus &c. Confinxerunt insuper Teuthonica Cantica, quibus illudebāt ei. Cum vero die sequenti mane ex Capitone intellexisset Cochlæus, famam illam de se spargi: Ionam præpositum Vuittenbergensem, sibi obuiam forte fortuna euntem, ea de re compellauit. Is enim colloquio interfuerat, & Capitoni sic dixerat. At negauit omnia coram Cochlæo Ionas: monuit autem eum, nequid in Lutherum æderet. Esse enim viros XL. qui exacuturi sint in eum, si quid ædat, stylum. Ille autem respondit, nō solum stylos iniuriosos, sed etiam mortem pro asserenda fide Ecclesiæ contemni debere. Principes Imperij, ne quid intentatum relinquerent, impetrauerunt Luthero ā Cæsare adhuc duos dies, vt cum eo ageretur amplius. Venerunt itaque altera die, quæ erat S. Marci, ad eum Duo Doctores Iureconsulti, Peutinger & Veus: petentes ab eo, vt libros & scripta sua Cæs. Maiestati Principibusque & Ordinibus imperij iudicanda submitteret. Per hoc enim optime prospectum iri & scriptis eius, vt quæ bona sunt permaneant: & publicæ tranquillitati, quam iudicium illud pariturum sit. Lutherus autem omnia se facturum & passurum dicebat, si modo scripturæ sanctæ niterentur autoritate. Alioqui enim nihil minus commissurum. Nam Deum per prophetā dixisse. Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Item. Maledictus qui confidit in homine. Illis vero

Colloquium Duorum Iurisconsultorū cum Luth.

Psal. 145. Hiero. 17.

vehementius vrgentibus respondit. Nihil minus permittendum esse hominum iudicio, quàm verbum Dei. Abeuntes illi iusserunt melio deliberare, & à prandio redeuntes, petierunt, vt saltem Concilij futuri iudicio sua submitteret. Et hoc permisit, sed ita, vt ipso sciente aliquot extraherentur articuli, de quibus Consilium sententiam ferret, scripturæ & verbi diuini testimonio. Cæterum Lutherus in Actis suis, quę & Latine & Teuthonice ædita sunt, notat hic bonos & celebres viros mendacij, quod dixerint Archiepiscopo Treuerensi, Lutherum pollicitum esse, se sua permissurum Concilio in articulis nonnullis, interimque taciturum de iisdem. Ipse vero id nunquam dixerit, ne cogitauerit quidem. Vocatus itaq; ad ipsum Archiepiscopum, & remotis arbitris ab eo admonitus, tum de Cæsaris & imperij, tum de Concilij iudicio, dixit ei, parum tuto se tantam rem illis permissurum, qui sub fide publica euocatum, nouis mandatis aggressi damnassent, sententiam & Bullam Papæ approbantes. Tum Archiepiscopus petiit, vt ipsemet proponat media, quibus huic causæ occurri queat. Ille vero ait, meliora non esse quàm de quibus Gamaliel Act. 5. dixit. Si ex hominibus est consilium hoc aut opus, dissoluetur: Sin vero ex Deo est, dissoluere non poteritis. Ait rursus Archiepiscopus. Quid, si decerperentur articuli Concilio submittendi? Respondit Lutherus, modo non sint ij, quos Concilium Constantiense damnauit.

Colloquium Archiepiscopi Treuerensis cum Lut.

Ait

Ait Treuir, se vero timere, eos ipsos futuros, Atqui, īquit Lutherus, de eiusmodi tacere neq; possũ neq; volo, vt certus ei⁹ Decretis dãnatũ fuisse Dei verbum. His dictis ab illo dimissus est. Hæc Lutherus ipse in Actis suis de se scripsit, pertinaciam suam vbiq; colorans prætextu verbi Dei, suasq; laudes immodice iactans. De Cochlæo enim scribens ait. Doctor verò Martinus, pro incredibili humanitate & probitate sua, hominem benigniter habuit. Sub finem vero libelli ait, Pater Christianissimus modestissime respondens sic cœpit. Item Deus igitur hominem pientissimum, tuendo ac docendo Euãgelio natum, diutissime seruet Ecclesiæ suæ, vnà cum suo verbo Amen. Cæsar itaq;, vbi vidit hominem per admonitiones pias & clemẽtes semper magis ac magis pertinacem fieri, misit ad eum, paulo post eodem die, Officialem, Treuiren. Cãcellariumq; Austrię & Secretariũ suum, vt dicerent ei. Quia tam multipliciter frustra à Cæsare, Electoribus Principibus, & Ordinibus sicri Ro. Imperij commonefactus, ad cor & vnitatem redire noluerit, reliquum esse, vt Cæsar, tanquàm Aduocatus fidei Catholicæ, procedat. Esse igitur mandatum Cæsaris, vt intra XXI. dies hinc ad securitatem suam redeat, sub conductu publico & libero, ipsi seruando, neque vel prædicando vel scribendo in itinere populum commoueat. Ad hæc Lutherus se dixisse ait, Sicut Domino placuit, ita factum est; Sit nomen Domini benedictum. De-

Philautia Luth.

Dimissio Lu. sub saluo conductu.

inde egit gratias Cæsari & Principibus, pro ti
benigna & clementi audientia, próque condi
ctu libero & seruato & seruando. Quanquam
alibi contrarium scripserit. Postridie igitur,
hoc, est feria Sexta post Iubilate, Die Aprilis
26. abiit Lutherus cum comitibus suis è Vuor-
macia, cui & Sturmus Caduceator & Fecialis
Cæsaris redditus est, vt tuto perduceret eũ quo
velit. Quamuis vero mandasset ei Cæsar, ne
in itinere concionaretur aut scriberet: Luthe-
rus tamen huius mandati aut immemor aut
cõtemptor, scripsit retro ad Principes ex Frid-
burgo, & publice prædicauit in oppido Isen-
nach. Scripsit vero literas bene prolixas ac
blandas, ad conciliandum, sibi quidem fauo-
rem, Cæsari autem & Clericis odium popula-
re: mox enim per Chalcographos multiplicata
& in populos dispersa est ea epistola, in qua re
petebatur à Luthero, quicquid Vuormaciæ cũ
ipso factum fuerat, suæ pertinaciæ vbique præ
texens verbum Dei: Nihil aliud sibi reseruare
promittens, quàm illud solum: conquerens,
quod obtinere nõ potuerit, vt verbum Dei es-
set librum & non ligatum. Remisit & Cadu-
ceatorem seu Fecialem Cæsaris ex Fridburgo,
tertio itineris die, quo & epistolam illam scri-
pserat: Adeo non metuebat à vi vlla, sub tot no
bilium protectione securus. Videbatur præ-
terea ille occultioribus eius consiliis impedi-
mẽto fore, nisi ablegaretur. Postea quam enim
peruenerat Isennacum, in oppidum Principis
&

Insidiosa Epistola Lutheri, ad Principes Imperij

Nequissima species captiuitatis Luth.

& protectoris sui, ibique publice, contra Cæsaris mandatum prædicasset in die inuentionis S. Crucis, quæ tertia Maij erat, paululum ab oppido egressus, occultissimo interceptus est consilio ab amicis sub specie hostili, & mox longe latéque sparsa est fama, Lutherum esse captum, sibique uiolatam fidem publicam, & fractum saluum conductum. Tam secretũ vero erat illud malignitatis consilium, vt etiam comites itineris ignorarent, & putarent illum vere captũ & hostiliter abductum esse. Mittebantur itaque cursores multi, qui & ore & literis nunciarent per vrbes Germaniæ, quàm crudeliter captus, raptus & abductus sit Lutherus in saluo conductu, atque vt maior fieret erga eum commiseratio, & in Cæsarem ac Principes indignatio: adaugebatur fama per nuncios adeo duriter illũ fuisse vinctũ manibus, & ĩter festinãtes cursu equites ipsum pedestrẽ raptim tractum fuisse, vt sanguis è digitis eruperit. Et hoc sanctum Euangelium etiam Vuormaciæ annunciabatur, vt maximum oriretur murmur contra Cæsarem, non modo in populo: verum etiam inter Principes, donec re certius cõperta, intelligeretur figmentum esse nequitiæ. In vrbibus itaque passim fremebant Lutherani, ob interceptum Lutherum, ac dentibus in Clerum stridebant, vt Lutheri mortem (iam & interfectum fama ferebat) vlciscerentur: suspicãtes à Papistis subornatos fuisse insidiatores. Sed nusquam erat magis periculum à seditio-

sis, quam Vuormaciæ. Nam & ipse Elector Saxoniæ inter amicos querebatur, indignum esse & contra Maiestatem imperij, hominem sic intercipi sub fide publica, captumque teneri. In vulgo autem turbulentissimæ iactabantur querelæ, cum ab aliis, tum vero amarissime ac vehementissime à Duobus Poëtis supradictis, Vlrico Hutteno, & Hermanno Buschio: Quorum hic præsens in vrbe, clamoribus & querimoniis omnia complebat: Ille vero absens non longe à Vuormacia, in arce Francisci Nobilis vsus, conuitiosissimam misit eo epistolam, aduersus omnes Episcopos & Clericos. Vnde fiebat, vt nihil expectaretur certius, quàm grauis & cruenta contra Cæsarem omnemque Clerum seditio. Sed ætas bonitasque Cæsaris, ac principum diligentia, procliues in seditionem animos cohibuerunt. Quam primum vero in deputatum à Principe suo locum peruenit Lutherus (ferunt fuisse oppidum Turingiæ, nomine Alstat: in quo & Muncerus prædicauit postea seditiosissime) cum in arce tutus ac securus delitesceret: animo autem, qui ad seditionem pōpuli cædemque Cleri anhelabat, quiescere non posset: multos in eo secessu scripsit libros, vt animos Germanorum plene permoueret, ad defectionem à Sede Apostolica, & in odium Cleri vniuersi. Primum igitur scripsit Teuthonice ad Franciscum à Sicking librum, de Confessione secreta, An Papa illam præcipere queat. In cuius præfatione conferebat Papam,

Vbi latitauit Luther.

Liber Lut. de Confessione secreta.

pam, Episcopos & omnem Clerum populis Chananæis, qui noluerunt se dedere vltro, sed expugnati sunt gladio Iosue Reges XXXI. Deinde minabatur eis, si non mutarent instituta sua, fore, vt alius eos doceat, non literis & verbis, vt Lutherus: sed factis & armis. Agebat item gratias, primum Deo, quod terror Ro. Sedis minutus sit, & Capitulum illud in Decretis, Si quis suadente Diabolo, homines nõ amplius incantet. Deinde ipsi Francisco, quod multipliciter ac sæpe consolatus ipsum sit, & ad multa sese obtulerit. Denique commendabat illi Vlricum Huttenum, & Martinum Bucellum, Quorum hic Apostata prædicatorum: Ille Curialium hostis erat: & eam præfationem scripsit prima die Iunij. Paulo post alium scripsit librum, in Doctorem Iacobum Latomum, Theologum Lauuaniẽsem: in cuius prefatione sic ait. Sedet portẽtum Romæ in medio Ecclesiæ, & venditat se pro Deo, adulantur Pontifices, obsequũtur Sophistæ, & nihil nõ pro eo faciunt hypocritæ: Interim infernus dilatat aĩam suam & aperit os suum absq; termino, & ludit Satã in perditione animarum. Cum unq; scriberet eam præfationem ad Ionam Prepositum Vuittenbergensem, monuit, vt Decretales Antichristi pestilentissimas, quibus docendis mandatus esset, non alio studio profiteretur, quàm vt doceat dediscenda esse quæ doceat, & sciant fugienda sicut mortifera quecunque Papa & Papiste statuunt ac sentiunt. Et in fine libri ait. Ez

Liber Lut. in Latomum.

Contra Philosophiam & S. Thomam.

iis puto satis monstratum, Theologiam scholasticam esse aliud nihil, quam ignorantiam ueritatis, & scandalum iuxta scripturas positum. Meum vero cōsilium dixi, vt adolescens uitet Philosophiam & Theologiam scholasticam, vt mortem animæ suæ. Thomas multa hæretica scripsit, & autor est regnantis Aristotelis, statoris piæ doctrinę. Quid ad me, quod Bullarum Episcopus eum canonizauit? Ideo meo consilio qui volet cautus sit, facio quod debeo, & iterum moneo cū Apostolo. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam (hanc ego scholasticam Theologiam interpretor fortiter & cum fiducia) secundum traditiones hominum, secundum elementa huius mundi (hæc sunt iura Bullarum, & quicquid vltra scripturas statutum est in Ecclesia) & non secundum Christum. Tandem ita subiungit. Et quare vestrum aliquis ad reliqua non respondet? vel tu vel Andræas Carolstadius. Ecquid cessat Amsdorffius? An non omnibus vobis pariter Euangelij gloria vindicanda est? Caput ego contriui serpentis, corpus cur non queatis calcare? Sed præcipua eius nequitia atque impietas ibi erat, quod Diuum Hieronymum calumniabatur, velut Arrij fautorem, quod noluerit recipere Homousion, tanquam veneni aliquid lateat ibi in literis & syllabis. Cum is non de Homousio, sed de Hypostasi ita scripserit. Rursus alium scripsit librum, de abroganda Missa priuata, ad fratres suos Augustinēses,

Liber Lu. de abroganda Missa priuata.

Cœnobij Vuittenbergensis. In cuius prefatio-
ne, vt fratres illos in audacia sua confortaret:
qui primi omnium Missas abrogauerāt, iubet
eos fortes contra conscientiæ accusationē per-
sistere. Quando quidem & ipsemet quamlibet
potentibus ac euidentibus scripturis, conscię-
tiam suam vixdum stabiliuerit, vt auderet vnus
contradicere Papæ, & credere, eum esse Anti
christum: Episcopos esse eius Apostolos: Aca-
demias esse eius lupanaria. Ait sibi sæpe palpi-
tasse cor tremulum, & reprehendens obiecisse,
Tu solus sapis? Tot ne errant vniuersi? Tanta
sæcula ignorauerunt? Quid si tu erres, & tot te-
cum in errorem trahas damnādos æternaliter?
sed addit, Christum tandem confirmasse ipsum
verbis suis certis & fidelibus. At non exprimit,
quibusnam verbis ab eo confirmatus sit. Ait
verò, ea certitudine & fiducia tentandum esse,
quod fratres illi præstituerint, vt non modo to
tius mundi iudicia, pro foliis leuibus & sum-
mis aristis habeamus: sed & armati simꝰ in mor
te, aduersus portas Inferi: Quin etiam aduer-
sus iudicium tentantis Dei pugnare, & cum la
cob contra Deum prævalere. Et tanquam eo li
bro conuulsurus esset orbem terræ, ait in fron-
tispicio. Leo rugiet, quis non timebit? Quar-
tum deinde librum in eodem loco scripsit Lati
ne ad parentem suum, Laicum & Idiotam, de
votis monasticis. In cuius prologo narrat, se
anno ætatis suæ XXII. Monachatum suscepis-
se, & ī eo XVI. annis perduraſſe. Factū verò Mo

Vtinam audisset hic Luthe. conscientiæ suæ verissimas accusationes. Et nō finxisset sibi alia verba Christi, ad se nunquam dicta.

Liber Luth. de votis Monasticis.

nachũ,nõ propria volũtate,neque ventris
tia:sed errore de cœlo & agone mortis su
circumuallatum,coactum ac necessarium
tum vouisse. At patris sui testimonio prob
nititur, illusionem fuisse & præstigium. Et
ne illius prologi hæc addit. Quid si me o
dat Papa, aut damnet vltra Tartara? Occis
(inquit)nõ suscitabit, vt bis & iterum occi
Damnatum verò ego volo, vt nunquam ab
uat: Scriplit eum prologum XXI. die Nov
bris. Atque ita Menses sex delituit in soli
ne non syluestri sane:sed bene munita. Qu
tum arroganti exemplo nimisque superba
tatione vocabat suam Pathmon, velut alter
nes Euangelista, in insulam à Cæsare nequi
mo figmento relegatus:cum re vera Cæsar
nino nesciret,vbinam ille delitesceret. Vocab
eam Eremum & locum peregrinationis suæ
etiam sceleratum captiuitatis figmentum, m
gnæ speciem sanctitatis præ se ferret. Eade
vanitate scripsit in eodem loco iudicium su
de Votis, ad Episcopum & Diaconos Eccl
siæ Vuittenbergensis, cum re vera nullus sit
Episcopus:Et licet perbreuis esset ille libell
tamen in duas eum partes diuiserat. Quar
prior complectebatur propositiones 140. Po
sterior 139. Quas hoc annotationis interstiti
diuisas voluit. Hæc(inquit)sic disputari volo,
vt certa & vera teneantur:Quæ sequuntur,sim
pliciter propono disputanda & inquirẽda. Cũ
verò Lutherus olim & Augustæ corã Cardinale

Pathmos Luthe.

Iudicium Lutheri de votis.

Vana spes Lutheri de Parisiensibus.

Caietano,

Caietano,& Lipsiæ coram Consiliariis Ducis Georgij, expetiisset iudiciũ Theologorũ Parisiensiũ, quos à Papa offensos putabat,ac dixisset,eã Vniuersitatẽ esse studiorũ parẽtem, & ab antiquo Christianissimã,& in Theologia floriẽtissimã:magno hinc desiderio expectabant Lutherani illorũ iudiciũ. Tãta sane cũ fiducia, vt nõnulli eorũ Vuormaciẹ: cũ maxime ageretur causa Lutheri,affirmarẽt,Parisiẽses ex Bulla Papæ articulos Lutheri 38.approbasse, duos tãtũ sub dubio reliquisse. At his ipsis diebus lõge cõtrariã,eisq; odiosam & execrabilẽ,publice tulerũt sentẽtiã Theologi illi,solenniter cõgregati & iuramẽto cõstricti. Sollicitus (inquiunt) per nos examinata, ac maturius vniuersa doctrina Lutheriano ascripta nomini, & ad plenum discussa: execrandis illam erroribus scatere certo deprẹhendimus & iudicauimus, fidem potissimum contingentibus & mores. Quódque simplicis populi seductiua sit, omnibus Doctoribus iniuria, potestati Ecclesiæ & Ordini Hierarchico impie derogatiua:aperte schismatica, sacræ scripturæ aduersa, & eius deprauatiua, atque in spiritum sanctum blasphema: Et ideo veluti Reipublicæ Christianæ perniciosam censemus omnino exterminandam, ac palam vltricibus flammis committendam. Autoremvero ad publicam abiurationem modis omnibus iuridicis compellendum. Lata fuit hæc illorum sententia Die XV.Aprilis. Lutherus autem XVI. venit Vuormaciam, vt

Iudicium Theologorũ Parisiensium contra Luth-

nondum ſcire potuerint tunc Lutherani, qui
nam iudicauerint Pariſienſes. Poſt aliquot
ro Menſes, cum in Germania m quædam hu
ſententiæ exẽplaria impreſſa peruenisſent, an
mos mutauerunt Lutherani omnes, & cœpe
criminari eos, quos antea laudauerant. Atq
vt maior videretur apud eos illius iudicij co
temptus, Philippus Melanchton, velut præ
puus Lutheri propugnator, ẹdidit eandẽ illo
determinationẽ, cui adiecit pro Luthero Apo
giã Latinã, cũ hoc titulo. Aduerſus furioſu
Pariſienſiũ Theologaſtrorũ decretũ &c. Qui
uis verò ſcriberet, ibi pro Theologis Sophi
ſtas, pro Chriſtianis doctoribus Calũniatore
regnare, & Lutetiæ natam eſſe prophanã illa
ſcholaſticẽn: Qua admiſſa, nihil reliquum eſſe
Euãgeliũ obſcuratũ, fidẽ extinctã, receptã ope
rũ doctrinã. Atque etiam imputaret illis, quo
ſcholaſticã Theologiã ab illis acceperint, quã
per manus reliqua Europę Gymnaſia, vt Idolo
repleretur terra, & id genus plurima eis quam
acerbiſſime improperaret: Attamẽ Luthero ni
mis leniter egiſſe viſus eſt. Ipſe igitur & illori
libellũ & Philippi ſui Apologiã in Teuthonicũ
vertit, ſuúmque iudiciũ his interpoſuit. In quo
hãc Teuthonice in Gallicos Theologos protu
lit ſententiam, vindictæ ac talionis reddendæ
gratia. Academia (inquit) Pariſienſis in par
te ſuprema, quæ facultas Theologiæ nuncupa
tur, eſt à vertice vſque ad plantam mera, & vt
nix alba, lepra veræ nouiſſimę Antichriſtianę-

Philippi Melan. cõtra Pariſienſes Apologia.

Sententia Luthe. contra eoſdem.

que

que & Capitalis hæreseos: Mater omnium er rorum in Christianitate, maxima meretrix spiritualis, quam Sol vnquam vidit, & vera postica Inferni. Prophetatum est, temporibus Antichristi omnes hæreseos, quæ vnquam fuerunt, in vnam Camerinam confluxuras, mundúmque perdituras. Id ego (inquit) ostendere intendo de Parisiis, Papæ veri Antichristi maximo fornicationis cubiculo: Atque probare, eos esse peiores Montanis, Ebionitis, & omnibus, quoscunque commemorauerunt, hæreticis, Deo volente. Ipsi sunt, quos iampridem desideraui. Hæc ille Teuthonice ad populum, quem contra Parisiensium sententiam animare, & in sua factione retinere satagebat. Licet nihil postea in illos ædiderit, nisi breues interdum cauillos, velut mordax canis, qui fortiorem se aggredi non audens, à longe mordaciter allatrat. Cæterum complices eius, suppresso nomine suo, ridiculum ædiderunt libellum, sub nomine facultatis Theologicæ Parisiensium. In quo confictis & affectatis barbarismis recitatur primum determinatio quædã in Apologiam Melanchtonis. Deinde ratio determinationis prioris. Demum apponuntur ineptissimę quædam regulæ intelligẽdi scripturas. Vt eo scilicet figmento persuaderent Euangelici viri, nihil in sacris literis nosse Theologos Parisienses. Aiunt itaque post decimam & vltimã ibi regulam. Sola alma facultas eluc idat omnia, primo scripturas, post hoc patres, vltimo scribẽ

Ridiculus libellus contra Parisienses.

tes, & nõ poteſt errare: Quia liripipiũ & Al
tium nõ ſunt ſigna fallibilia. Male ergo faci
qui ſcripturas nudas ſequuntnr: peius, qui
dos patres: peſſime, qui ſcribentes, quia pro
dunt de obſcuritate in obſcuritatẽ, donec iſ
omiſſis, Almam facultatem audierint, & lit
pio firmiter adhæſerint, ibi eſt lux mundi, &
gula fidei & morum infallibilis &c.

Acta & Scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXII.

CVm igitur Lutherus complic
que ſui præ ſe contemneret o
ne iudicium Eccleſiaſticũ, reb
les non modo ſuis Prioribus
Ordinariis iudicibus, verũ et
ſummis Eccleſiæ verticibus, P
pæ & Imperatori, tãtóq; elati eſſent faſtu deſp
ctionis, vt ne Vniuerſali quidẽ Cõcilio dogm
ta ſua, quę pro Euãgelio habent, ſubmittere v
lint, & rem proxime iam ad tumultũ & ſeditio
nem popularem perduxiſſent: miſertus cond
lenſque Germanicæ Nationi Chriſtiana pietą
te illuſtriſſimus Anglorum Rex Henricus, hu
ius nominis Octauus, raro nimis & cunctis ſa
culis admirando deuotionis exemplo, ex Rega
li faſtigio in literariam deſcendit harenam, con
tra maledicum decertaturus mendicantium fra
trum Apoſtatam. Scripſit itaque Aſſertionem
Septem Sacramentorum, aduerſus Captiuita
tem Babylonicam Lutheri, ad Leonem X. Pa

Liber Regis Angliæ cõtra Luth.

pam

pã:adeo ſane diſerte,erudite ac copioſe,vt eo la bore promeruerit, ipſius Papæ omniúmq; Cardinaliũ iudicio, perpetuæ laudis Titulũ, vt publica deiceps approbatione diceretur, fidei Catholicę Defenſor. Quanta verò ſit illius Regis erga Sedem Apoſtolicam benignitas, quanta erga Eccleſiã deuotio, quãta in ſumma ingenij acrimonia raraque eruditione modeſtia, quantus deniq; in aduerſariũ aſſerẽdæ fidei zelus: ex ipſiuſmet verbis, quibus ad Lectorem prefatus eſt, clariſſime intelligitur. Ait enim. Mot⁹ quidẽ fidelitate ac pietate, quãquã mihi nec eloquẽtia ſit, nec ſciẽtiæ copia: cogor tamẽ, ne ingratitudine maculer, Matrẽ meã, Chriſti ſpõſam, vtinam tanta facultate, quanta cum voluntate, defendere. Quod licet alij præſtare poſſint vberius ac copioſius, mei tamen officij eſſe duxi, vt ipſe quoque quantumuis tenuiter eruditus, quibus rationibus poſſem, Eccleſiã tuerer, meque aduerſus venenata iacula hoſtis eam oppugnantis obiicerem. Quod vt faciam, tempus ipſum & præſens rerum ſtatus efflagitat. Nam antea, cum nemo oppugnaret, nemini propugnare neceſſe erat, At quum iam hoſtis exortus ſit, quo null⁹ potuit exoriri malignior, qui dæmonis inſtinctu charitatẽ prætexens, ira atque odio ſtimulatus, & cõtra Eccleſiã & contra Catholicam fidem, vipereũ virus euomuit: Neceſſe eſt aduerſus hoſtẽ cõmunẽ Chriſtianę fidei, omnis Chriſti ſeruus, omnis ætas, omnis ſex⁹, omnis ordo cõſurgat: vt qui viribⁿ nõ valẽt,

Negle�ctum eſt hic illud Eccleſiaſtici 11. Ante mortẽ ne laudaueris hominem quẽquã.

officium saltem alacri testentur adfectu. Nu
itaque conuenit, vt duplici armatura mun
mur: cœlesti scilicet ac terrestri. Cœlesti, vt q
ficta charitate & alios perdit & perit ipse, ve
charitate lucrifactus, alios lucrifaciat: & q
falsa doctrina depugnat, doctrina vera vinc
tur. Terrestri uero, vt si tam obstinatæ malit
sit, vt consilia sancta spernat, & correptione
piam contemnat, merito coërceatur supplicio
vt qui benefacere non vult, desinat malefac
re, & qui nocuit verbo malitiæ, supplicij pro
sit exemplo. Hęc Rex ipse in Prologo. In pro
cessu verò libri, adeo densis tum rationibu
tum scripturæ sacrę locis præmunit & affirma
vbique sensum & doctrinam Ecclesiæ, atque
aduersarij falsos prætextus fucatasque argutia
tam clare detegit, & acute cõfutat, vt intra pau
cos menses liber eius à multis Chalcographis
in multa millia multiplicat⁹, totum orbẽ Chri
stianum & gaudio & admiratione repleuerit.
Nec satis erat catholicis in Germania, eum li
brum Latine legisse, licet in ea lingua disertis
sime scriptus esset: verum etiam in Germani
cam transferebatur linguam, vt etiam Laici, La
tinæ linguæ ignari, intelligerent, nihil solidi
esse in doctrina noua Lutheri. Liber itaque pau
cula Regis verba hic recitare cõtra inflatam ac
turgidam Lutheri argutiam quandam, contra
Missæ sacrificiũ: quia promissio sit & nõ opus.
Mirum est (inquit Rex) quãto nixu parturiens,
quã nihil peperit, nisi merũ vẽtũ: Quẽ cũ ipse tã

validum

validum velit videri, vt montes posset euertere, mihi profecto videtur tam languidus, vt agitare non possit arundinem. Nam si verborum tollas inuolucra, quibus rem absurdam (velut simiam purpura) vestit, Si tollas exclamationes illas, quibus iam velut re dilucide probata, toties in totam debachatur Ecclesiam, & nõdum collata manu, tanquam ferox victor insultat: nihil aliud restare videbis, quam nudum & miserum sophisma. Redierat iam è Pathmo sua nouus ille Euangelista Vuittenbergam, & quã quam publice per æditum librum collaudasset antea fratres suos, propter abrogatã Missam: attamen cum non fuisset factum iussu & auspicio suo, domum reuersus, eam rem publice pro concione ad populum reprobauit, Dominica prima Quadragesimæ. Omnes (inquit) errauerunt, quicunque cooperati sunt, & consenserũt ad abrogandam Missam, non quod bonum nõ fuerit: sed quod non ordinate factum est. At dicis (inquit) iustum id esse ex scriptura? Fateor & ego, sed vbi manet ordo, quia ex temeritate factum est, absque omni ordine, cum scandalo proximi? Et nisi adeo mala res esset Missa, vellẽ eam restituere. Scio enim vestrum propositum, & defendere non scio. A Papistis quidem & aliis insanis capitibus bene scirem defendere, sed coram Diabolo sustinere non scio. Sic & alias quasdam temeritates suorum, tum barbaricas tum sceleratas & impias, quas absente ipso iuxta verba & secundum doctrinam eius in fa-

Lutherus domum reuersus reprehendit suos.

ctum deduxerant, reprehendit: Quales erant abolitio sacrarum imaginum, abiectio religiosi habitus, attrectatio corporis Christi in Sacramento manibus prophanis &c. Quæ omnia si libera esse volebat, & stultis legibus Papæ ascribebat: attamen, quia attentata fuerant eo absente, reprobauit. Quamuis optaret, omnes imagines in toto mundo abolitas esse, propter earum abusum, & vellet omnes Monachos & Moniales deserere sua Monasteria, vt ea omnia in vniuerso mundo interirent. Et de venerabili Sacramento diceret, Quanquam illud tangendo non peccauerint, neque tamen in hoc fecerunt opus bonum: Quia Deus non possit ferre iocum, sicut sancti ferunt. Si quis tamen adeo petulans sit, vt Sacramẽtum omnino manibus contrectare velit, is curet illud sibi domum deferri, ibique contrectet vsq; ad satietatem, sed non coram multitudine. Huiusmodi itaq; sermonibus liuide perstrinxit & repressit audaciam aliorũ, præsertim Andreæ Carolstadij: Qui & ipsi aliquid esse volebãt, ne vnus Lutherus esset omnia in omnibus. Acrius autem inuectus est in Bullam Papæ Leonis X. in cœna Domini, Romæ publicatam, priusquàm Vuormaciam venisset Lutherus. Nam cum in ea iuxta consuetudinem antiquam excommunicati & anathematizati fuissent omnes hæretici, nominatim vero Gazari, Patareni, Pauperes de Lugduno, Arnoldistæ, Speronistæ. Item Vuiclephistæ, Hussitæ, & nouissime Martinus

Liber Lu. cõtra Bullã cœnæ Domini.

Lu-

Luther, simul cum omnibus complicibus fautoribusq; suis: Ea tamen Bulla tardius venit ad manus Lutheri. Inde factum est, vt post reditū suum parauerit in eam Teuthonicum quēdam libellum, fœdissima scurrilitate refertum, quē Xenij loco pro nouo anno retribuit Sedi Apostolicæ. Sic ergo exorsus est. Martinus Lutherus sanctissimæ Sedi Romæ & toti eius Parlamento, Meam gratiam & salutem in primis. Sanctissima Sedes crepa & non frangere, ob hanc nouam salutationem, in qua nomē meū primo & in supremo loco pono, osculandorūmque pedum obliuiscor &c. Deinde post recitatam bullam, in eam responsurus ait. Ego autē dico ad Papæ & Bullæ huius minas istud. Qui præ minis moritur, ad eius sepulturam compulsari debet crepitibus ventris. Vbi vero venisset ad sextum Articulum, in quo excōmunicantur omnes, qui Turcis aut Sarracenis ferrum & arma bellica apportant aut vendunt, id reprehendens ait. Ad quid conducit, corporaliter prohibere Turcā? Quid mali facit Turca? Occupat prouincias & gubernat tēporaliter: At hoc ipsum à Papa quoq; nos pati oportet, qui & corpus & vitā nobis excoriat, quod Turca non facit. Ad hæc, permittit Turca vnūquenq; in fide sua permanere, quod Papa non facit: sed cogit vniuersum mūdum à fide Christi ad sua Diabolica mēdacia, vt regimē Papæ, in corpore, bonis & anima, decies nimirum peius sit quam Turcæ: & si Turcam expugna-

Scurrilia verba Lut.

Liber Lu. cõtra Regem Angliæ.

reuelimus, à Papa incipiendum nobis esset.

At longe accrocissime contra omnem pudorem humanum inuectus est in Regem Angliæ posteaquam sensit illius libro multum existimationis detrahi Euangelio Lutherico, etiam apud Germanos, trãslato eo per Hieronymum Emserum in linguam Germanicam. Nulla sane conuitia, quæ mens pessima & os maledicentissimum excogitare poterant, illi visa sunt nimis vel iniuriosa vel scurrilia: Quicquid in buccam venit, sine omni verecundia euomuit ius gentium, quo Regiæ dignitati defertur, ac fas omne furiose contemnens. Et inter conuitia etiam prodigiosam sæpe interponebat arrogantiam & contemptum, dum falso iactitaret se de verbo Dei. Ego vero (inquit) aduersus dicta patrum, hominum, angelorum, dęmonum, pono, non antiquum vsum, non multitudinem hominum: sed vnius maiestatis æternæ verbũ, Euangelion, quod ipsimet coguntur probare. Hic sto, hic sedeo, hic maneo, hic glorior, hic triumpho, hic insulto Papistis, Thomistis, Hericistis, Sophistis, & omnibus portis inferi, nedum dictis hominum quantumlibet sanctorũ, aut consuetudini fallaci. Dei verbum est super omnia: Diuina Maiestas mecum facit, vt nihil curem, si mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ Henricianæ, contra me starent. Deus errare & fallare nõ potest: Augustinus & Cyprianus, sicut omnes electi, errare potuerunt, & errauerunt. Itẽ, Si solius Christi sumus, quis est

Iactantia de verbo Dei.

iste

iste stolidus Rex, qui suis mendaciis nos Papæ facere molitur? Nos non sumus Papæ, sed Papa noster est. Nostrum est, non iudicari ab ipso, sed ipsum iudicare. Spiritualis enim à nemine iudicatur, & ipse iudicat omnes: quia verum est, Omnia vestra, etiam Papa, quanto magis sordes istæ & labes hominum, Thomistæ & Henrici. Item. Missam itaque extorsimus, & triumphamus aduersus assertorem Sacramentorum. Triumphata vero Missa, puto nos totum Papatum triumphare. Nam super Missam, ceu rupē, nititur totus Papatus, cum suis Monasteriis, Episcopatibus, Collegiis, altaribus, ministeriis & doctrinis: atque adeo cum toto vētre suo. Quæ omnia ruere necesse est, ruente Missa eorum sacrilega & abominanda. An vero impudens & monstrosa improperatio & iactantia eius non est ista? Vbi ait. Si idolum Romanæ abominationis propter Christum conculcaui, quod se in locum Dei statuerat, magistrúmque Regum & totius mundi fecerat, Quis est iste Henricus, nouus Thomista, discipulus duntaxat tam ignaui monstri, vt virulentas blasphemias eius honorem? Sit ipse defensor Ecclesiæ, sed eius Ecclesiæ, quam tanto libro iactat & tuetur: nempe purpuratæ meretricis & ebriæ & fornicationū matris. Ego & Ecclesiam eius & defensorem ipsum pro eodem ducens, vtrosque eodem impetu inuadam, & Christo duce conficiam. Certus enim sum, dogmata mea habere me de cœlo, quæ etiam aduersus eum triumphaui, qui in

Iactantia Luth. de sua doctrina.

Defecit anno 1546. subitanea morte crapulosus Luth.

Papatus stat vsq; ad finem sæculi super firmam petrã: Cui portæ inferi prævalere non poterunt.

vngue nouissimo plus habet virtutis & astutiæ quàm omnes Papæ & Reges & Doctores, vt nihil agant, qui Bullas nominum & titulorum contra me iactant, & libellos sub Regiis inscriptionibus vendicant. Dogmata mea stabunt, & Papa cadet, inuitis omnibus portis inferi, & potestatibus aëris, & terræ, & maris. Ipsi me provocauerunt ad bellũ, bellũ igitur habebunt: pacem oblatã contẽpserunt, pacẽ igitur nõ habebunt. Deus viderit, vter primo fessus defecerit, Papa an Lutherus. Instat enim mors Papatus abominabilis: vrget eum ineluctabile suum fatum, & (vt Daniel ait) ad finem sui venit, & nemo auxiliabitur ei. His omnibus & id genus aliis quàm plurimis væsanæ iactantiæ spumis minisque nõ contentus, addidit etiam calumnias ac Sycophantias, easq; atrocissimas, non solum in Papam & Regem Angliæ: verum etiam in Imperatorem & in Principes Germaniæ: & Germanice quidem multo ferocius quã Latine, vt scilicet plebem in Principes alacrius conciraret. Ait ergo. Apparui ego iam tertio coram eis. Denique Vuormaciam ingressus sum, etiam cum scirem mihi violatam esse à Cesare fidem publicam. Nam didicerunt Principes Germaniæ, olim de fide laudatissimæ gẽtis, nunc in obsequium Idoli Romani, nihil magis quàm fidem contemnere, in perpetuam Nationis ignominiam. Item. Hæc sunt arma, quibus hæretici vincuntur hodie, ignis & furor insulsissimorum asinorum & Thomisticorum

Calumniæ Luth. in Cæsarem, & Principes Germaniæ.

In Thomistas.

rum porcorum. Sed pergant porci illi, & si audent exurant me. Hic sum & expectabo eos: cineribus solis post mortem, etiam in mille maria proiectis, persequar & fatigabo hoc abominabile vulgus. Summa, Viuens Papatus hostis ero, exustus bis hostis ero. Facite porci Thomistæ, quod potestis, Lutherum habebitis vrsam in via, & leenam in semita: Vndique vobis occurret & pacem habere non sinet, donec ferreas vestras ceruices, & ęreas frontes contriuerit, vel in salutem vel in perditionem. Itē Teuthonice. Quanto plura scribebant, inquit, tanto insanius, stultius, impudentiúsq; mentiebātur, donec compertum est tādem per dilucidas scripturas, Dei gratia, Papatum, Episcopatus, Collegia, Monasteria, Academias, simul cum omni sacerdotio, Monachatu, Monialatu, Missis, cultibúsq; Dei, meras esse sectas damnatas Diaboli. Populus enim iste ad hoc intendit, vt coram Deo agat operibus, & nō nuda fide: per quod sane & Christus negatur & fides extinguitur. Item. Recte coniungitur simul, Papa & Henricus de Anglia ille Papatum suum tam bona habet conscientia, quam hic suum possidet regnum, ideo alter alterum scalpit, sicut mulæ solent. Sed adhuc multo atrociꝰ magisq; seditiose scripsit eodē anno, in vniuersum statū Ecclesiasticū, sub hoc titulo. Aduersus falso nominatū Ecclesiasticorū statū Papæ & Episcoporū. Se vero, vt cornua cōtra eos erigeret superbius, noīabat Ecclesiastē Dei gratia: Addēs, si &

In totum Clerum.

Liber Luth. contra stat Ecclesiastico

Euangeliſtam Dei gratia ſe nominaret, facilius hoc probare poſſit, quam vllus Epiſcoporum poſſit probare titulum ſuũ. Se vero certũ eſſe, quod Chriſtus ipſe ſic ipſũ nominet, & pro tali habeat: Qui & doctrinæ ipſius magiſter ſit, teſtiſque futurus in die nouiſſimo, quod ſcilicet ea doctrina non ſit Lutheri, ſed Chriſti purum Euangelium. Ait igitur in prologo libri. His certiores vos facio, inquit, me de cætero vobis non amplius eum honorem exhibiturum eſſe, vt me ſubmitterem vel vobis vel etiam vlli Angelo de cœlo, ad iudicandum aut examinãdum doctrinam meam. Nam ſtultæ humilitati ſatis factum eſt iam tertio Vuormaciæ, & tamen nihil prodeſt. Sed volo audiri, & iuxta doctrinam S. Petri, doctrinæ meæ rationem & fundamentum oſtendere coram vniuerſo mundo, eamq; habere iniudicatam à quolibet, etiam à cunctis Angelis. Cum enim de ea certus ſim, volo per eam & veſter & Angelorum quoque (vt Paulus ait) iudex eſſe, vt quiſquis doctrinam meam nõ acceptauerit, ſaluari non poſſit. Dei enim eſt, non mea: Idcirco & iudicium meum, non meũ ſed Dei eſt. Et infra. At ſi dixerint, timendum eſſe, ne fiat ſeditio contra Eccleſiaſticos, Reſpondeo, inquit, Num ob id verbum Dei negligi, omniſque mundus perire debet? Eſt ne æquum, vt omnes animę intereant æternaliter, & harum laruarum temporalis põpa permaneat quieta? Melius foret, vt omnes Epiſcopi occiderentur, omnia Collegia & Monaſteria fundi-

Iudiciũ Lut. de ſua doctrina.

1. Cor. 6.

tus

ditus eradicarentur, quàm ut vna periret anima ne dicam, vt omnes animæ perderentur, propter inutiles laruas & puppas. Ad quid prosunt, nisi vt voluptatibus indulgeant ex aliorum sudore & labore, verbumque Dei impediant? Si autem nolunt audire uerbum Dei, sed insaniunt ac furunt excommunicationibus, incendiis, cædibus, & omni malo: quid iucundius continget eis, quàm fortis quædam seditio, quæ illos é mundo exterminet? Et ob hoc ridendum solummodo esset, si fieret: sicut ait sapientia diuina, Prouer. 1. Hæc in prologo.

Bulla & reformatio Lut. contra Episcopos.

Quantis vero conuitiis, opprobriis, sannis, improperiis, fœdis agnominibus, amarulentiis, calumniis, blasphemiis & execrationibus debachatus sit in omnes Ordines Ecclesiasticos: Maxime in Episcopos, per totum librum illum Teuthonicum: nemo rectius referre aut iudicare poterit, quam liber ipse. Hic satis fuerit, eius recitare Bullam, quæ in medio fere libri ponitur, In hæc sane verba. Doctoris Luth. Bulla & Reformatio. Quicũque opẽ ferũt, corpus, bona, & famã in hoc ĩpẽdũt, vt Episcopat⁹ deuastẽtur & Episcoporũ regimen extinguatur, hi sunt dilecti filii Dei, & veri Christiani: obseruantes præcepta Dei, & repugnantes ordinationibus Diaboli. Aut si hoc non possint regimen tamen illud saltem condemnant ac vitã. Cõtra vero, quicũque manu tenẽt Episcoporũ regimẽ, eisque obediũt volũtaria obedientia hi sunt Diaboli ministri proprii, & repugnant

Dei ordinationi ac legi. Pro hac vero Bulla, pulis Germanię persuadēda, plurimos add scripturæ locos, quos in Episcopos vi trax retorsit. Quos eo facilius admiserunt, & re adductos putauerunt Laici, quo infens sunt abusibus & auaritiæ technis, quæ ul tendebantur, vti quiritabantur Lutherani Aulis & Consistoriis Episcoporum, per Offi lium Procuratorumque rapacitates, quas be ibi commemorat Lutherus. Longe itaque au cissimum turbulentissimumque facinus agg sus est rixator iste, qui non solum per libellos c uitiosos, sed & per ipsum Euanglium pacis, m xime turbauit Germaniam: Quemadmodu fecit olim Iudas proditor, cui dixit Domin Iuda, osculo (quod pacis & amicitiæ symbo erat) filium homins tradis? Sic profecto & L herus Euangelio pacis præcipitauit in bella d seditiones Germaniam. In qua non solum ci tas vna contra aliam, & gens aduersus gente prouincia aduersus prouinciā pertinaci odio i surgit: Verum etiam plebs contra Senatum i eadem ciuitate, populus aduersus Principe suum, & Princeps aduersus Imperatorem suū, bella seditionesque meditatur. Et quanto quis que plus iactitat Euangelium, magisque pr cæteris Euangelicus videri desiderat, tanto ar dentius aspirat ad tumultus, Cur ita? Quia per suasit Lutherus, tanto verius Euangelium esse, quanto plus tumultuum parit. Nam longe an tea Vuormaciæ in conspectu Cæsaris, coram

Ex Euangelio pacis fecit Luth. buccinam bellorum ac seditionum

omnibus

omnibus Imperii Principibus & Ordinibus, dicere palam ausus fuerat, Sibi plane omnium iucundissimam faciem istam in rebus esse, videre, ob verbum Dei studia & dissensiones fieri. Eum quippe esse verbi Dei cursum, casum & euentũ: Sicut dicit. Non veni pacem mittere, sed gladiũ. Cæterum Rex Anglorum, cuius superius habita est mentio, caute prospiciens, quo ea machinatio tenderet: admonuit Illustrissimos principes, Saxoniæ Duces, Fridericum, Ioannem, & Georgium, fideliter quidem & amice: sed sero & nimis tarde, per locorum distantiam. Priusquam enim literæ eius redderentur, iam per vniuersam Germaniã, longe lateque inuulgata erat noua Lutheri translatio Teuthonica. Libet tamen hic illius Regis piam recitare admonitionem. Literas has (inquit) obsignaturo mihi venit in memoriam, Lutherum in suis aduersũ meneniis excusare se, quo minus ad reliqua respondeat, impediri transferendo Biblia: Visum est igitur hortari vos, vt omnium rerũ maxime prouideatis, ne id permittatur facere. Nam ut bonum esse nõ negem, in quauis lingua legi scripturam sacram: Ita certe periculosum est, ex eius versione, cuius mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, vt bene scripta male vertendo peruertat: Vt populus ea se legere putet in scriptura sacra, quæ vir execrabilis ab execrãdis hausit hæreticis. Hæc Rex ille quàm prudẽtissime. Quis enĩ satis enarrare queat, quantus dissidiorũ turbationũque et ruinarũ fomes et oc

Regis Angliæ admonitio, contra nouam translationem Lutheri.

Qualis trãslatio noui Test. per Luth.

casio fuer t ea noui Testamenti translatio: qua vir iurgiorum, data opera, contra veter &probatam Ecclesiæ lectionem, multa imm uit, multa decerpsit, multa addidit, & in alii sensum detorsit: multas adiecit in marginib passim glossas erroneas atque cauillosas, & præfationib. nihil malignitatis omisit, vt in p tes suas traheret lectorem. Inuenti sunt igi ex Germanis, qui ex ea translatione admisso eo passim errores, & mutationes collegerun alii supra Mille, alii pauciores. Inter quos sa Hieronymus Emser præcipuam laudem pro ruit, qui non solum notauit, ac populo ædi Lutheri errata in translatione: Verum etia propriam translationem, quæ probato & rec pto Ecclesiæ textui latino per omnia conson ret, velut Antidotum contra Lutheri vene euulgauit, non sine grandi Catholici populi solatione. Ex eo enim labore didicerunt Cath lici, vbi errasset Lutherus, & gloriantes de s Euangelio Lutheranos, poterant cum fiduc confutare. Antequam vero prodiret labor Em seri, mirum in modũ multiplicabatur per Ch cographos nouum Testamentum Lutheri, v etiam sutores, & mulieres, & quiliber Idiot qui Teuthonicas literas vtcunque didicerant, nouum illud Testamentum, tanquam fonte omnis veritatis, auidissime legerent, quicunqu Lutherani erant: illudque sæpe legendo memo riæ commendarent, in sinu secum portantes co dicem. Ex quo tantam intra paucos menses sibi

Arrogantia Laicorum & mulierum ex nouo. Test. Luth.

doctrinam

doctrinam arrogabant, vt non solum cum Laicis partis Catholicæ, verum etiam cum sacerdotibus & Monachis, atque adeo etiam cum Magistris & sacræ Theologiæ Doctoribus, disputare de fide & Euangelio nõ erubescerẽt. Quin immo repertæ sunt mulierculæ, quæ propositis Thematis æditisque libellis Theuthonicis, ausæ fuerint vltro prouocare: & quidem procacissime insultantes, ignorantiamque improperantes & contemptui habentes viros, non modo Laicos, atque priuatos homines: Verũ etiam quoslibet Doctores, & Licentiatos totius facultatis Theologicæ, ac totas etiam Vniuersitates: Id quod de Argula, Nobili quadam muliere, compertum habetur. Eoque audaciæ, abiecto muliebri pudore, processerunt mulieres Lutherisæ, vt etiam ius officiumque publice in Ecclesia docendi, tametsi Paulus aperte contra diceret ac prohiberet, sibi vsurparent. Nec deerant eis defensores viri Lutherisci, qui dicerent, Paulum eatenus prohibuisse docendi munus mulieribus, quatenus adsint viri, qui docere sciant & valeant. Vbi vero cessent aut negligant, nesciántve viri, ibi optime licere mulieribus vt doceant. Et Lutherus ipse longe antea docuerat mulieres quoque Christianorum vere sacerdotes esse, atque adeo quicquid è Baptismo repserit, vere Papam, Episcopum, & sacerdotem esse Iuxta illud petri dictũ. Vos autẽ genus electũ, regale sacerdotiũ, gẽs sancta &c. Cũ igitur mobile vulgus vbique magis intentũ sit & auidum

Luth. ad nobilitatẽ Ger. & in Sermo. de nouo Test.

1. Pet. 2.

Studia Laicorum circa nouum Test. Luth.

ad res nouas late diuulgandas, quàm ad res
ſuetas in ſuo ſtatu conſeruandas: factum eſt,
turba Lutheranorum longe plus operæ impe-
rit dicendis ſacris literis ita translatis, quàm
pendit populus Catholicorum, vbi Laici et
curam potiſſime in ſacerdotes & Monachos
iicibant. Vnde contigit nonnunquam, à Lai-
Lutheranis plures ſcripturæ locos ex tempe
citari in colloquiis, quàm citarentur à presby-
ris & Monachis Catholicis. At iam dudum p
ſuaſerat Lutherus turbis ſuis nullis dictis ha-
dam eſſe fidem, niſi quæ ex ſacris literis profe
rentur. Idcirco reputabantur Catholici ab ill
ignari ſcripturarum, etiam ſi eruditiſſimi eſſe
Theologi. Quinetiam palam aliquando cora
multitudine contradicebant eis Laici aliqui,
quam mera pro concione dixerint menda
aut figmenta hominum. Accedebant & alia in
commoda. Nam cum antiqui Theologi, multi
retro annis peritiam linguarum & politiores
teras neglexiſſent, Lutherus mox ab initio pe
Philippum Melanchtonem, & per Zuinglium,
Oecolampadiumque & Bucerum (antequam
ab eo in nõnullis articulis diſſentire cœpiſſent)
totam vere iuuentutem, eloquentiæ literis lin-
guarumque ſtudio deditam, ac ingenio ex a-
cutis et expolitis Eraſmi Roterodami opuſ-
culis pulcherrime excultam, in partem ſuam
traxit. Iuuenes vero & ingenio alacres & laborũ
patiẽtes, mox in ſacris literis (quibus Lutherus
vnicũ tribuebat ſenſũ, & eũ ſolũmodo literalẽ)

Contemptis & vexati Theologi à Lutheranis.

ita

ita profecerunt literaliter, vt vel XXX. annorum Theologi tam prompti in citādis scripturæ locis non viderentur, quàm erant illi: Qui & de peritia linguarum & de styli elegantia superbiē tes, mox quoslibet veteris farinæ Theologos, nō solum contemnere, verum etiam prouocare cœperunt, maxime, quando ad populum verba faciebant. Quod si quis nouitatibus eorum contradiceret, mox prætendebant lectionem Græcam vel Hebraicam, aut aliquem ex vetustissimis autoribus, & confestim plenis conuitiorum plaustris inuehebantur in Græcarum & Hebraicarum literarum ignaros Theologos, quos odiose sophistas, asinos, porcos, animalia ventris, & inutilia pondera terræ vocitabant: super addentes etiam ronchos & cachinnos immodestissime: Ac vnum Lutherū, velut verum Theologum populo commendātes, eius aduersarios velut ignaros, immo hostes veritatis, & ob alimoniam sibi præcisam aut imminutam Luthero inuidentes, inuidiosissime traducebant.

Cæterum si quos Deus misericorditer præseruaret sibi, ne Saxonico huic Baal genua sua flecterent, sed pio zelo ei resisterent, & contra eum publice vel scriberent vel prædicarent: ii mox illud Pauli nimiū verum esse experiebantur. Omnes qui pie viuere volūt in Christo Iesu, persequutionē patientur. Cum enim Lutherani dicerent populo placentia, cōtra ignauiam auaritiāque & luxuriam: Item, cōtra scortationes & cōcubinatus Clericorū quiritantes, falsāque iacta

Vexatio Concionatorum Catholicorum

2. Tim. 3.

rēt libertatem Christianam, qua liberi essent ab omnibus præceptis Ecclesiæ, papæ, Episcoporum, & Conciliorum: Ac scripturarum fa probarent, nihil esse ieiunia, orationes, vigi & alia pœnitentiæ opera: Christum satis fecisse pro peccatis nostris: sufficere solam fidem: opera nostra bona non esse meritoria, sed peccata etiam si optime fiāt: et id genus multa, eaque omnia prompte, alacriter & eloquenter. Catholici vero, iuxta debitum officii sui, reprehenderent populum de peccatis: reprobarent nouas Lutheri dogmata: iuberent obedire præceptis & ritibus Ecclesiæ: docerent ieiunandum orandum, aliisque bonis operibus insistendum esse, vt dignos faciamus pro peccatis nostris fructus pœnitentiæ. Inde profecto factum est, vt populo maxime essent plausibiles quidem Lutherani, odibiles vero Catholici Concionatores: adeo, vt in plærisque ciuitatibus leues iuuenes, nouitiique & aduenæ homines Lutherani, etiam quorum vita libidinibus, Apostasia, & aliis sceleribus contaminata erat, non solum facile admitterentur ad prædicandum populo: verum etiam præferrentur grauibus & maturis viris, pastoribus & prioribus: qui honeste sēper cōuersati, fidelissime populū verbo & exēplo docuerāt. Et nō raro euenit, vt veri & legitimi pastores (quamlibet chari ac venerabiles ātea fuerant) aut vi pellerentur tumultuante plebe, aut subsānationibus iniuriisque quotidianis fatigati fractique vltro cederēt, aut subtractis cēsib. Decimisque

Expulsio. Pastorum.

eimiſque & oblationibus, ad extremam redacti inopiam, aliunde ſibi victum quærere cogerentur: triumphantibus interim atque etiam diſcentibus nouis prædicatoribus, qui ſequacem populum verbo noui Euangelii ſui ducebant quo vellent: maxime vero in odium Cleri & in licentioſam omnis malitiæ libertatem: ita vt protinus formidabiles forent, non ſolum Clero iruptionem frendentis populi anxie timenti & in horas expectanti; verum etiam Senatui & honeſtiſsimis quibuſque ciuibus & Magiſtratibus In quorum bona domoſque plebs obærata fraternam (quia eſſent eorum fratres in Chriſto, immò in ciſta) diuiſionem meditabatur. Erat enim tempus (de quo prædixerat Apoſtolus) cum ſanam doctrinam non ſuſtinerent, ſed ad ſua deſideria coaceruarent ſibi magiſtros, prurientes auribus. Mira itaque erat tum Lutheranis & ſtrenuitas & induſtria, ad propugnandā ſectam ſuam. Multi omiſſa redomeſtica, ſcribebant hinc inde amicis, vt eam rem magnopere curarent. Multi in ſpeciem veri Euangelii, parentes & amicos relinquebant, vt nouum proclamarent Euangelium ſuum: per quod ſane cō ſtaret, nos eſſe hactenus miſere deceptos á Papiſtis, & reuera omnes ęquales & fratres in Chriſto. Et quod pernicioſiſsimum erat toti Germaniæ, Lutherus iactitabat & multi cum eo, Germanis in eam vſque diem nunquam germane ac ſynceriter predicatum fuiſſe Euangeliū: Se autem verum proferre Euangelium quod multis

2. Tim. 4.

Strenua propugnatio Lutherani Euangelii.

tis sæculis sub scamno latitasset. Siquis fide
contra mutiret, mox tota plebeiorum concio
eum exasperabatur, tanquàm ventris gratia
uangelio resisteret. Lutherani vero se passim
tis insinuabant vltronea peregrinatione vrbi
non ob aliud sane, nisi vt Euangelium suum
inculcarent. Et re sea, cum magnam haberet
ciem pietatis præ consuetis Ecclesiæ minist
qui præfixa & certa habebant stipendia: mul
profecto à vera Ecclesiæ fide auertit, qui ma
perpendebant illud Christi. Gratis accepis
gratis date, quam istud eiusdem. Dignus est
perarius mercede sua. Et illud Pauli. Quis mil
tat stipendiis suis vnquàm? Item, Si nos vob
spiritualia seminauimus, magnum est, si carn
lia vestra metamus? Quanquam vero Luthe
ni Concionatores, posteaquam radices egisse
nõ minus essent in rem propriam intenti & au
di, quàm Catholici: attamen in prima plantati
ne, mira eis erat & industria & liberalitas. Pri
mum nunquam, ne obiiceretur eis illud Apo
stoli ad Romanos. Quomodo vero prædicabũt
nisi mittantur? Et illud eiusdem ad Hebræos.
Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vo
catur à Deo, tanquam Aaron: curabant occul
tis literis & nunciis, vt ab ipsa plebe vel ab al
quo Optimatum, quem scirent suæ factioni fa
uere, vocarentur in vrbem aliquam bene muni
tam & populosam: aut si non vocarentur, vel vl
traneum sibi fingebant exilium, vel necessariam
sibi a Tyrannica euangelii persecutione fu-

Matth. 10.
Luc. 10.
1. Cor. 9.

Astutia subrepende in alienas Cathedras.

Rom. 10.
Heb. 5

gam

gam (etiamsi propriis illaqueati facinoribus profugissẽt obtendebãt, vt eo facilius admitterentur. Vbi vero aliquos nacti fuissent amicos in ea ciuitate, cui Euangelium suum annunciare intendebant : procurabant per illos, vt saltem semel aut iterum permitterentur, populo Christi gratis annunciare verbum Dei. Quod si compotes voti fierent, mox incendebant plebem in odium Cleri: sin minus, clanculum agebant in angulis, donec quosdam in partem suam tractos, permouerent ad solicitandos alios, qui à Magistratibus & Senatu obtinerent, siue precibus, siue minis, vt liceret eis verbum Dei libere prædicare. Odiosũ sane videbatur optimatibus, negare aut prohibere verbum Dei, ne gratis annunciaretur populo. Itaque licet periculosum videretur, Lutheranos admittere: tamen periculosius videbatur reiicere verbum Dei, & fraudare populum pastu Euangelico. Vnde factum est, vt in populosissimas quasque Germaniæ vrbes Imperiales, Lutheri Euangelium sub eo prætextu irrepserit exceptis perpaucis, maxime Colonia Agrippina, quã tot millia sanctorũ Martyrum, qui ibidẽ vel passi sunt, vel religiose colũtur: ab ist luepre seruare hactenus meruerũt. Multũ præterea promouit nouũ istud Euãgeliũ Chalcographorũ ac Bibliopolarũ mẽs, industria, ĩpẽsa & opera. Nã quicquid pro Luthero erat, quã diligẽtissime ac emendatissime imprimebatur. Quicquid vero pro, Catholicis ignauissime ac vi-

Studium & munitia Typographorum & Bibliopolarum.

triosissime. Et quæ Lutheri aut pro Luthero
rant, Chalcographi suis sumptibus imprim
bant, & in maximo quidem numero, vt latiss
me dispergerentur. Nam Apostatarum, qui re
ctis Monastetiis ad sæculum redierant, infin
tus iam erat numerus, qui victum ex Lutherani
libris quæritantes, in speciem Bibliopolarum l
gè latéque per Germaniæ prouincias vagaba
tur. Quæ vero Catholicorum erant, velut ind
cta & veteris barbariei triuialia scripta, conte
nebant Chalcographi: nihil eorum imprime
tes vltro, sed nonnulli ob inopiam rei familiari
compulsi, aut maxima lucri spe proposita ind
cti, alienisque sumptibus & impensis adiuti
quædam ex iis imprimenda suscipiebant: Ea
men ita neglectim, festinanter ac vitiose impri
mebant, vt maiorem gratiam eo obsequio refe
rent Lutheranis, quàm Catholicis. Si qui eori
iustiorem Catholicis operam impenderent, h
à cæteris in publicis mercatibus Francofordiæ
& alibi vexabantur ac ridebantur, velut Papistæ
& sacerdotum serui. Quamuis vero Cæsar
aliique Principes ac Reges Catholici, seuerissi-
mis Edictis prohibuissent Lutherica aut impri
mi aut venum exponi: adeo tamen non profece
runt Edictis suis, vt Lutheranis Bibliopolis plus
inde lucri accresceret. Quippe cum Magi-
stratus & Senatores, quibus inquirendi & ani-
maduertendi cura commissa fuerat, vel conni-
nerent malitiose, vel inuitè & neglectim rem il
lam curarent, velut odiosam & coram populo

detractione plenam. Bibliopolæ harum rerum non ignari, & ab Inquisitoribus ipsis occulte nõ nunquàm præmoniti, quæ Lutherica erant, reponebant in occulto, in publico prostantibus quisbusdam prophanis & alterius negocii libris Vnde fiebat, vt emptores, Lutherica quærentes cogerentur ea, prætexẽte Bibliopola metum & periculum, charius & maiori precio emere ex occulto, quàm empturi fuissent in publico.

Nouum. Test Lutheri à multis principibus prohibitũ.

Aberat tum procul à Germania Imperator Carolus V. graui ac diuturno bello, quod à Rege Franciæ indictum sibi Vuormaciæ, consistenti fuerat, implicitus. Frater eius Ferdinandus, Archidux Austriæ &c. Imperialis tum Vicarius seu locũ tenens, aliique Principes Catholici: videntes noua Lutheri translatione populos maxime in sectam Lutheranam allici ac induci, editis mandatis præceperunt, vt quicũque subditorum nouum Lutheri Testamentum, aut quoslibet alios eius libros domi haberet, traderet in publicum iis, quibus recipiendi cura esset demandata. Et in plærisque sane locis subditi Principum, quibus dictabat conscientia, ne contra Papæ Cæsarisque & aliorum principum suorum Edicta & prohibitiones, vetitos domi retinerent libros, obedienter tradiderunt eiusmodi libros, qui & alicubi in unum congesti rogum, publice combusti sunt. Optimis enim quibusque videbatur Lutherus, nimis malitiose grassari in sacras literas noui Testamenti. E quo tũ Canone, audaci cẽsura reiiciebat Epistolã ad

Impia censura Luth. in libros noui Test.

Hebræos, Epistolam Iacobi, Epistolam Iu[illegible] & Apocalypsim Ioannis. Quas sane & atro[illegible] bus infamabat calumniis in suis præfationib[illegible] In prefatione vero generali, etiam in sacrati[illegible] ma Euangelia audacissime manum mitteb[illegible] volens in primis repudiandam esse vetusti[illegible] mam hanc & omnibus Christianis notam ac[illegible] ceptam opinionem & sententiam, Esse scili[illegible] Quatuor tantum Euangelia, totidemque Eua[illegible] gelistas: reprobãs per hoc etiam sacratissimas[illegible] guras, & visiones, atque mysteria scripturarum[illegible] quæ Quaternarium illum numerum præmõs[illegible] rant in Genesi, in Ezechiele, in Apocalypsi &c. Reiiciebat item diuisionem librorũ noui Testa[illegible] menti in Legales, Historiales, Prohpetales & Sa[illegible] pientiales, uulgo vsitatam. Iubebat prætereaca[illegible] uere lectorem, ne ex Euangelio, legis aut docti[illegible] næ librum faciat: Sicut factum fuit hactenus (in[illegible] quit) & quædam præfationes Hieronymi quo[illegible] que docuerunt. Euangelium enim non require opera, aut præcepta præscribere, sed solum fidem in Christũ docere, & dulciter consolari credentes, affirmabat. Et data opera, ipse plæra que loca scripturę aliter vertebat, in aliumque sensum trahebat, quã habebat Ecclesia: Præsertim vero in iis locis, quę notissima cũctis vulgo erant. Qualia sunt. Oratio Dominica, salutãtio Angelica, Canticum Marię, & Canticum Zacharię: vt ex iis populus eo facilius crederet, Ecclesiam non habuisse hactenus verum textum Euangelicũ. In oratione igitur Dominica, quæ

Mutauit multa Lutherus in textu noui Test.

à Matthæo

à Matthæo commemoratur sexto capitulo, mox immutauit initium, dicens. Noster pater in cœlo, tuum nomen sit sanctum. At vniuersa Ecclesia & omnis Germania hactenus sic dixit: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuum nec Græci aliter habent. In medio autem illius orationis pro supersubstãtiali posuit Quotidianum quod Lucas dicit. In fine addit integram clausulam, quam vel antiquissima Ecclesiarum exemplaria ante annos DCC. aut DCCC. scripta nusquam habent. Etenim ait Ecclesia. Sed libera nos à malo. Amẽ. Lutherus vero sic ait: Sed libera nos à malo: Quia tuum est regnum, & virtus, & gloria in sæcula Amen. Cætera tria habẽtur Lucæ 1. In salutatione itaque Angelica, vbi Ecclesia ait: Aue gratia plena, Lutherus ait: Aue gratiosa, seu amabilis. Teuthonice, duholdselige. Hoc est, digna amari. In Cantico Mariæ, quod Magnificat vulgo dicitur, vbi Ecclesia legit aut canit. Beatã me dicent omnes generationes, Luther ait: Beatã me glorificabunt omnes filiorum filii. Denique in Cantico Zachariæ, quod per omnes Matutinas legitur, ac Benedictus appellatur, vbi Ecclesia canit. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Lutherus sic vertit. Quo ad viuimus in sanctitate & iustitia, quæ ipsi placita est. Hæc exempli gratia commemorata sint.

Luth. in sermo. de destructione hierusalẽ

Ex quibus facile cognoscitur, Lutherum pessima intentione nouum Testamentum eo

tempore in linguam vertisse Germanicam, Cartu
cet vt conuinceret, aut saltem persuaderet pe eat
lo, Ecclesiam in textu sacro sæpe errasse & lib
Germanos (quod postea publice iactare dissi
sus fuit) hactenus vsque ad prædicatio com
suam nunquam antea verum & Germa lo ve
audiisse Euangelium. Ipse tamen met cessa
aliquot annos, priorem, suam æditionem min
plæriſque locis mutauit: adeo sane, vt ex natu
Matthæi Euangelio adnotauerint quidam pote
cos XXXIII. In quibus aliter habet secu re
da æditio eius, quàm prima, quæ posteriore liun
quinque annis præcesserat. Nec his versio viru
bus contentus, Latinam quoque editionem, ap mul
pria sua Teuthonica in multis diuersam, ad cess
cit, anno post primam æditionem septimo, si mit
licet, vt non solum Germanos: verum etia tes
Latinos quoslibet in sacra Euangelii lectio vot
perturbaret. Et ne vlla esset malitiæ consum me
tio, æditit eodem anno & alios libellos turbu co
lentos Teuthonice. E quibus duo ad perturba gil
dum præcipue destinati erant: vnus vitam Mo san
nasticam, alter vitam Coniugalem: Prior inscri era
ptionem habebat. De vitandis hominum do Mi
ctrinis: Posterior, De vita Coniugali. Prior mul ab
to scripturarum prętextu damnat omnia præce ler
pta & instituta Ecclesiæ, quæ in sacris literis ex eu
pressa, ō sunt: Qualia sunt, Ne in Quadragesi de
ma vescamur ouis aut carnib. Itē, Vt dieb. Qua
tuor tēporū, & in Vigiliis Apostolorū, ex præ
cepto Ecclesię ieiunetur. Itē, Quod Benedicti, et

Duo scandalosi libri Teuthonici Luth.

Cartu-

Cartusiani à carnibus abstineant. Item, Ne liceat Monacho habitum religiosum abiicere, & libere ad seculum redire &c. Posterior, fœdissime contra naturalem pudorem loquitur de commixtione maris & fœminæ: probans ex illo verbo Dei, Crescite & multiplicamini, Necessarium esse eiusmodi commixtionem non minus, quàm cibum, potum, somnum, & alia naturæ opera: Addens, Quemadmodum vir nõ potest mutare sexum suum, ita nec possit carere muliere: quia non sit liberum aut consilium, sed res necessaria & naturalis, vt omnem virum oporteat habere mulierem, & omnem mulierem habere virum. Et hoc sit magis necessarium, quàm edere, bibere, screare, dormire, vigilare, &c. Ideóque teneantur sacerdotes Monachique ac Moniales, sua relinquere vota, nuptiisque operam dare. Et de impedimentis Matrimonij, gradibúsque affinitatis & consanguinitatis nihil non perturbat ac suggillat, quicquid ibi sancti Patres præter expressam scripturam constituerunt. Nec iis melior erat liber eius Teuthonicus, quem de abusibus Missæ inscripsit, translatum ex Latino, De abroganda Missa. In quo sane tantum pestilentiæ in populum contra pios Ecclesiæ ritus euomuit, vt nisi inexhaustæ esset malitiæ, omne pus totius virulentiæ suæ ibi egessisse videretur.

Acta & Scripta Martini Lutheri, Anno Do
M. D. XXIII.

Liber Luth. De sæculari potestate, contra Principes.

VBi vero accepit, à Catholicis Prin
bus nouum Testamentum suum
hiberi, ne emeretur, ac publicis
ctis præcipi, vt emptum tradatur
ctis Commissariis aut Præfectis, ita pro
in sæculares quoque Principes & ira exas
maledico calamo debacchatus est, vt om
maledicendi vires, & omnia conuitiorum
in eos solos reseruasse, In Papam vero &
scopos nihil antea euomuisse videri pot
Mox igitur post initium Noui anni subse
tis, ædidit librum Teuthonicum, De pote
te sęculari, ad principem suum Ducem S
niæ Ioannem, qui tunc, fratre seniore ad
viuente, nondum Elector erat. Ad quem
tanta mordacitate in principes libere inuei
est, perinde ac si is, ad quem scribebat, aut
ceps natus non esset, aut ab aliis principib
velut hostis, aut Apostata degener, ad igno
le vulgus defecisset. Quis enim non miret
principē tot retro clarissimis nobilissimis
Auuis illustrem, æquis auribus accipere
tuisse hæc ignobilis ex plebeia fece Apostat
in eo libro verba. In Misnia, inquit, in Ba
ria, in Marchia, aliisque in locis promulga
runt Tyranni Edictum, vt noua Testamen
hinc inde in præfecturas tradantur. Hic subd
ti sic agant. Non foliolum, non literam vnam
tradant

tradāt, sub periculo salutis suæ. Quisquis enim id fecerit, is tradit Christum Herodi in manus. Illi enim agunt velut Christicidæ, sicut Herodes. Hoc autem ferre debent, si iubeatur, irruptionem in domos fieri, & vi tolli siue libros siue bona: Temeritati resisti non debet, sed ferenda est, non autem iustificanda: nec ad eam præstari obsequium, aut sequela, aut obedientia, ne vestigio quidem aut digito vno. Tales namque Tyranni agunt, sicut agere debēt principes mundani. Mundani principes sunt: Mundus autem inimicus est Deo, Idcirco & ipsos quoque facere oportet, quod Deo contrariū, mundo autem consentaneum sit: vt scilicet non fiant infames, sed principes mundani permaneant. Ne mireris igitur, si contra Euangeliū furunt, & fatue agunt: Oportet ipsos titulo nominique suo satisfacere. Et scire debes, quod ab initio mundi admodum rara auis est Princeps prudens, adhuc multo rarior princeps probus: Sunt communiter maximi fatui, aut pessimi nebulones super terram. Quapropter semper pessima quæque ab ipsis expectanda sunt, & parum boni sperandum est: præsertim in rebus diuinis, quæ ad salutem animarū pertinēt. Ipsi enī sunt lictores & carnifices Dei, quibus vtitur ita diuina in vltionē malorū, & ad externā pacē cōseruādā. Magnus Dominus est Deus noster, idcirco & tales, nobiles scilicet, Illustres & diuites carnifices & lictores, eū habere oportet & vult, vt habeāt opes, honorē & timorē ab om

Sæculares seu mūdani Principes.

nib⁹ copiose & abũde. Placet diuinæ eius vo-
ti, vt carnifices eius vocitemus clementes
minos: ad pedes eorum procidamus, eisque
omni humilitate subiecti simus: sed eatenus
quatenus artificium suum non extendant nis
longe, vt ex carnificibus pastores fieri velle
Si Princeps prosperatur, vt sit prudens, prob
aut Christianus, hoc è magnis miraculis vn
est, & preciosissimum signum diuinæ gratiæ
per eam prouinciam. Nam iuxta commune
cursum euenit secundum illud Esaiæ 3. Da
pueros Principes eorum, & effœminati, dom
nabuntur eis. Et Osee 13. Dabo tibi regem in
rore meo, & auferam in indignatione mea. M
dus nimis malus est, nec dignus, vt multos h
beat Principes prudentes & probos: Oporte
ranas habere Ciconias. Hæc ibi Lutherus i
odium & despectum Principum sęcularium
ad Principem & protectorem suum. Et adhu
multo minacius seditiosiũsq; paulo post in hæ
verba subiũxit. Hi sunt (inquit) Christiani Prin
cipes nostri, qui fidem asserunt, Turcámque de
uorant: Immo vero pulchri socij, super quibus
bene confidẽdum est, vt eiusmodi pulchra pru
dentia aliquid efficiãt: nempe, vt præcipitio col
lum frangant, terrasque & homines in clades
& miserias perducant. Ego autem excęcatis ho
minibus, perque fideliter cõsulerẽ, vt prospiciãt
sibi à quodam paruo dicto, quod Psal. 106.
habetur. Effundit cõtemptum super Principes.
Ego vobis iuro per Deũ, si neglexeritis, vt hoc
paruum

Talis vtique thesaurus fuerunt nostro tẽpore Rex Poloniæ Sigis. & Dux Saxoniæ Georgius.

Minæ Luth. contra Principes.

paruum dictũ ſuper vos veniat cũ impetu, perdi
ti eſtis, etiã ſi vnuſquiſq; veſtrũ tam potẽs eſſet,
quàm Turca eſt, & nihil proderit vobis inflari
ac furere. Et iam magna eius dicti pars in effe
ctum proceſſit. Nam admodũ pauci ſunt Prin-
cipes, qui non habeãtur pro fatuis aut nebulo-
nibus: Cauſa huius eſt, quia & tales ſeſe demõ
ſtrant, & populus communis fit intelligens: &
Principum plaga, quam Deus contemptum vo
cat, potenter progreditur in plebe & communi
populo. Et vereor, ne prohiberi non poſſit, niſi
Principes agant, vt Principes decet, & incipiãt
rurſum cũ ratione & modeſtia gubernare. Non
ferent, non poſſunt nec volunt veſtram Tyran-
nidem petulantiãmque diu perferre, boni Prin-
cipes & Domini: Secundum hoc agere ſciatis,
Deus non vult diutius permittere. Nõ amplius
nunc mũdus eſt, vt olim, quando hominẽ ſicut
feras venabamini & exagitabatis &c. Interea,
dum ſic fureret Lutherus, quidã Germani piã
ac eruditam Regis Angliẹ aſſertionem, qua glo
rioſe ac fortiter defendit à Lutheri Captiuitate
Babylonica, Septẽ Eccleſie Sacramẽta: cœperũt
à Lutheranis calũniis aſſerere, & mẽdacia in os
& calamum Lutheri retorquere, D. Ioannes
Eckius Latine, D. Thomas Murnerus Teutho
nice. Et hic feſtiuiſſime, cũ enumeraſſet & con
uiciſſet Lutheri mẽdacia Quinquaginta, è libel
lo vno ipſius in Regem ædito, Quinquageſi-
mo & vltimo eius mendacio appinxit in margi
ne coronã inſignẽ, eò quod inſigniſſimum, &

Defenſiones libri Regis Angliæ.

Coronatum mendacium Luth-

velut rex quidam cæterorum eius mendacio illud esset. Nempe dixerat in fine libri sui Lutherus, Latine quidem sic. Auirulentia & mendaciis abstinui, quibus liber Regis refertus est. Teuthonice vero in hũc sensum. Ego quoque circũcirca dimicaui, at nullus adhuc vnume vllius mendacij arguere potest. Hoc non eius mẽdacium, Murnero visum est coronagnum, cum satis constet, omnes, quotquot illum scripsere, aduersarios, quam plurimorũ sum semper arguisse mẽdaciorũ. Nam vnus Io. Dietenbergius, pius & eximius Theologus in duabus duntaxat Confutationibus, quas eum deuotis & de Confessione scripsit, arguit & conuicit eum DCCC. & LXXIIII. mendaciorum, præter alia innumera, quæ aliis in sponsionibus suis illi non falso nec iniuste imputauit. Cæterũ ex Anglis quoque viri Dei Regem suum à Lutheri obiectionibus & calumniis defenderunt æditis libris: Nempe D. Ioannes Fyscherus, Episcopus Roffensis: vir iuxta summæ ac omniiugæ eruditionis, & integerrimæ vitæ famæque ac pietatis, qui vt summus est Theologus & trium linguarum præcipuarum peritissimus, grauissime sane & copiosissime cõfutauit, Duos præcipuos & Antesignanos inter hæreticos huius temporis, Lutherum & Oecolampadium: hunc libris Quinque, De venerabili Sacramento Eucharistiæ: Illum gradi primum volumine, contra assertionẽ XLI. articulorum, quos in Bulla sua damnauerat Pa-

Libri Ioan. Fyscheri, Episcopi Roffensis.

a Leo X. Deinde alio libro, pro defensione Regię assertionis. Alio item libro, pro defensione sacri sacerdotij. In quibus sane omnibus, & mira vsus est modestia contra immodestissimum, & profunda in confutandis erroribus & mendaciis, citandisque tum scripturæ tum veterum autorum testimoniis, eruditione. Cuius sane initium in Regij libri defensione, propter insignem aduersarij malignitatem, ex iusto dolore est aliquanto acrius, quàm summa viri lenitas & māsuetudo loqui cōsueuerat. Sic enim ait. Christi vox in Canticis est. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas. Qua plane monet, hæreticos esse capiendos, antequàm adolescant. Nam hi vulpinis fraudibus vineas, hoc est, Ecclesiam Christi demoliri student. Optarim igitur, vt hanc vocem audiissent hi, quibus ex officio incumbit, hæreticos, dum paruuli sunt, comprehendere. Neque enim hodie tam grauius esset in Ecclesia tempestas, & rerum omnium perturbatio, si Lutherus, dum esset vulpecula, fuisset repressus. At nunc euasit in vulpem grandiusculam, annosam & veteratricem, tot dolis, astutiis, artibus instructam, vt medium teneri difficillimum sit. Sed quid dixi, vulpem? parum est, canem dixissem rabidū, immo lupum rapacissimum, aut sæuissimam quandā vrsam, quę raptis catulis, furore quodā agitur: vel magis hęc omnia simul. Multos enī hoc mōstrū intra se bestias alit. Sed & eiusmodi nomēclaturis apprime gloriatur, Seipsum enī

Qualis bestia Lutherus est.

appellat vrsam & Leænam. Nam & vtranq futurum Catholicis pollicetur. Lutherum quit) habebitis vrsam in via, & leænam in se ta. In eiusmodi monstrum euasit ex vulpec iam tandem Lutherus. Alter Anglorum, Regem suum egregie defendit, est Guilielm Rosseus: vir acutissimi sane ingenij, ac insign tum eruditionis, tum eloquentiæ: Qui m dexteritate & facete ludens & grauiter ob gans, certissimis testimoniis, ita conuicit L therum, & in os eius improbum omnia ip mendacia retrusit, vt is contra ne hiscere q dem ausus fuerit: Quemadmodum & Epis po Roffensi, neque Lutherus, neque Luthe norum quispiam, respondere vnquam atten uit. Quoniam vero liber Rossei, Londini a tus, apud Germanos vulgo non extat: op precium fuerit, vnum aut alterum ex eo loc recitare, ex quo clarius intelligant Germa quam nulla sit apud exteros, quibus fides a probitas cordi est, Lutheri existimatio. Ait ig tur Rosseus. Vidisti lector aliquando cæcum qui pugna se cuperet irritatus vlcisci? Verum vt scire possit, quam in partem dirigat ictum elicit ab aduersario vocem, quam prolatã pro tinus prosequitur verbere, nisi citius alter s subduxerit, quam vt à cæco possit attingi. Hú cæcum mihi videtur agere Lutherus: sed ita, vt nemo vnquam magis egerit ridicule. Nam cum Rex appellatus ei respondet ad dexteram, ille contra ictum proiicit in sinistram. Itaque spe-

Guilielmus Rosseus, Qui vero nomine fuit Thomas Morus Anglæ Cancellarius.

Lutherus similis cæco dimicanti cum vidente.

cta,

cta, quæso, quàm festiuiter Lutherus hunc lu-
dit ludum. Cogita nunc videre te illum, obcæ-
catis oculis intentum stare ad ingerendum co-
laphum. Vbi estis, inquit, Domine Henrice?
Hic in proximo. Adhuc inuitat, vt accedat pro
pi⁹, nempe, vt feriat certius. Producite, inquit,
vestrum egregium contra Lutherum libellum.
Produco. Adhuc propius. Quid asserit vestra
Dominatio? an septem Sacramẽta? Assero. Ad-
huc propius paululum. Quibus doctrinis? Dei
an hominum? Dei. Iam feriendi certus scilicet,
en quàm recte librat ictum. Audiat, inquit, er-
go Dominatio vestra. Frustra colũt me doctri-
nis hominum.

Spectatum admissi risum teneatis amici.

Qui videtis hunc cæcum inscium, quàm longe
aberrarit in diuersam partem, sic exultare præ
gaudio, vt compos non sit sui, quasi egregium
colaphum infregerit aduersario. Et infra. Ve-
rum, quis nebulonem ferre potest talem, qui
Mille vitiis ostendat se possessum, atque agita-
tum à legione dæmonum, & tamen ita se iactat
stolide. Sancti patres omnes errauerunt: Eccle-
sia tota sæpius errauit: doctrina mea non potest
errare, quia certissimus sum, doctrinam meam
non esse meam, sed Christi. Videlicet alludens
ad illa verba Christi. Verba mea non sunt mea,
sed eius, qui misit me patris. Quid istud? Papa
cadet, dogmata mea stabunt. Nonne certare vi-
detur cum illo Christi. Cœlum & terra transi-
bunt, vnum iota non peribit de verbis meis?

Iactãtia Lutheri, qua gloriatur se de cœlo habere dogmata sua.

Nam cum ait. Rapuit me Dominus imprudentem in medias has turbas. Hoc plus est, quia Tulit illum Diabolus & statuit supra pinnaculum templi. Quod si quis respōdeat, Testimonium tuum non est verum: quia testimonium perhibes de teipso, Recurret illico ad nouam scripturam suam. Ego certus sum, dogmata mea habere me de cœlo. Atque ibi sistet, in hoc solo principio, velut firmissimo fundamento, quod non omnes Papæ, Reges, Doctores, homines, Angeli, poterūt euertere. Certus igitur, immo certissimus, dogmata sua habere se de cœlo: sicut certi sunt & certissimi, qui dormiunt, omnia vera esse, quæ somniant. Immò vero certus & certissimus, mentiri se vigilantem, dogmata sua esse de cœlo, quæ sua sibi murmurat conscientia, dæmonum illi præstigiis immissa. Hominibus maledicit & Angelis, quicunque dogmatis ipsius contradicunt, & eos clamat os in cœlum ponere: cōspurcare sacra, blasphemare Deum, quicunque non verentur arguere spurcissimas ipsius blasphemias. Tantummodo clamat, Anathema sint omnes, qui impetunt dogmata mea: quia certus sum dogmata mea habere me de cœlo. Hoc igitur principio à reuerendo patre petito, & à nemine concesso, sic arguit vlterius reuerendus frater, pater, potator, Lutherus, extra Ordinem sancti Augustini fugitiuus: vnus ex magistris inertibus Vuittenbergensibus, vtriusq; iuris Bacchanalius informis, & in sacra Theologia Doctor indoctus. Ego certus sum,

Mendax & stulta iactantia.

dogmata

dogmata mea habere me de cœlo, ergo dogmata mea sunt cœlestia. Et tunc vlterius sic. Dogmata mea sunt cœlestia: ergo quicunque contradicit dogmatis meis, os ponit in cœlum, & blasphemat Deum. Quoniam quidem igitur contradicunt meis dogmatibus, Pontifex, Imperator, Reges, Episcopi, sacerdotes, Laici, & omnes in summa boni: mihi licebit pro Dei mei maiestate Pontificem, Cæsarem, Reges, Episcopos, sacerdotes, Laicos, omnes deniq; bonos, anathematizare, maledictis & conuitiis incessere, atq; in omnium coronas & capita licebit ex ore meo lutum, cœnum, stercora, merdas expuere. Et rursus libro secundo in fine, idem Rosseus ait. Iam illud quam ridiculum, quod excusat se, ne videatur scilicet nimis inclementer mordere Principem. Ego profecto non dubito, Regem illi facile morsus omnes condonaturum: Quippe qui verum videat illud esse Senecæ. Raro mordet canis, qui latrat. Latratibus profecto Lutherus æquiparat Cerberum, morsu vix culicem. Verum quid ni latret strenue, vir videlicet optimus & modestissimus, quando cum insensatis, vt ait, monstris, quæ nõ sentiant, eius omnia scripta esse ipsius vnius præconia optima & modestissima, id est, hæresibus & blasphemiis tam inflata, quàm nullum vnquàm vtrem quisquam inflauit vento. Quæ monstra induruerunt etiam ex illius humillima submissione, qua sic se submisit fraterculus vicario Christi, quomodo Iudæi

Qualis scriptor est Lutherus.

se submiserunt Christo, quum datis alapis, fle-
xerunt genua, clamantes per ludibrium. Ave
Rex Iudæorum. Verum à mendaciis & virulen-
tia prorsus abstinuisse se testatur ipse, cui nihil
est aliud in calamo, quàm calumniæ, mendacia,
sycophantiæ: Cui nihil est aliud in animo, quàm
virus, tumor, inuidia. Qui nihil in capite com-
pit præter stultitias, furores, amentias: Qui ni-
hil habet in ore præter latrinas, merdas stercora:
Quibus fœdius & spurcicius quàm vllus vr-
quã scurra scurratur. Quorũ nemo repertus est
vnquàm præter istũ, tam stolidus plagepatida,
vt sibi stercus in os coniiceret, quod alij spue-
ret in sinum. Quamobrem quum sit huiusmo-
di, nihil miror, si nunc indignus habeatur, qu
cum quisquam disputet. Certe quandoquidem
totum se deuouit inferis, & obdurauit in
schismate, nec vnquam decreuit hæreses recu-
tare: statuere tamen secum debet, aliquam sal-
vt habeat ciuilis honestatis rationem, quo sibi
potius vendicet autoritatem dogmatistæ, quam
vilis in hæretico scurrę. Quod si quando voleat,
si disceptabit serio, si mendacia sua recantet, ac
sycophantias, si abegerit stultitias, furores, &
hactenus nimium familiares furias, si merdas
suas resorbeat, & sua relingat stercora, quibus
tam fœde linguam suam calamumq; conspur-
cat: non deerunt, qui de re graui grauiter, quod
decet, disserant. Verum si ad istum, quo cœpit,
modum scurrari pergat, & furere, si grassari ca-
lumnia, nugari stultitia, insanire dementia, scur-
rilita-

Indignus est Lut. cui respondeatur.

rilitate ludere nec aliud in ore gestare quã sentinas, cloacas, latrinas, merdas, stercora: faciant quod volent alij, nos ex tempore capiemus cõsilium, velimus ne sic bacchantem ex eius tractare virtutibus, & coloribus suis depingere, an furiosum fraterculum, & latrinarium nebulonem, cum suis furiis & furoribus, cum suis merdis & stercoribus cacantem cacatũmque relinquere. Et in peroratione operis hæc quoq; adiungit. Nam is eo modo rem tractat, vt plane se declaret meditari secũ, immortalitatis quoddam genus absurdissimum, eaque iam cœpisse perfrui, & totus esse, versari, viuere in huiusmodi sensu & titillatione gloriolæ, quod futurum præsumat post aliquot adhuc ætatum myriadas vt recordẽtur & loquãtur homines, fuisse olim aliquãdo apud sæculũ prius nebulonẽ quẽdã, cui nomẽ Luthæro fuerit, qui quũ Cacodęmones ĩpietate vicisset, vt dignis emblematis ornaret suam sectam, picas garrulitate, lenones improbitate, prostibula obscœnitate, scurras omnes scurrilitate superarit. Qui id studuerit, curarit, effecerit, vt velut Philosophorum sectæ, ex ipsis habent vocabula: & Gnato meditatus sit, parasiti itidem, vt Gnatonici vocentur. Sic absurdissimum genus hæreticorum, impietatis, scelerum, spurcitiæq; colluuies, appellẽtur Lutherani. Hæc Rosseus.

Quam fœda sit secta Lutherana.

Epistola Regis Angliæ ad Duces Saxoniæ.

Rex vero ipse, vbi vidisset Lutheri in Maiestatem suam furorem verius quam librum, non contra Lutherum iratus rescripsit leuiter aut

contentiose: sed grauiter cum summa & pie
& prudētia per literas admonuit periculi Sa
niæ Duces, Fridericū Principē Electorē, ve
seniorē, & fratrē Patruelemq; eius, Ioannem
Georgiū: hunc Catholicū, illū exemplo fra
Lutheranum, Itidem Saxonię Duces, Turing
Lantgrauios ac Marchiones Misnę. Quas sa
Verba Regis. literas Latine scriptas, attulit eis Nuncius Re
gis, qui à Principibus illis tū honorifice susc
ptus, tum liberaliter habitus, literisq; & mun
ribus datis, dimissus ad Regē suum rediit. Re
autē in epistola sua, quæ sane grauissima tū ve
bis tum sententiis erat, captata primū à cogni
tione beneuolentia, illos de multis periculis
quæ ipse prudenter præuidit, & Germania po
calamitose experta est: admonuit. De quibus
Dux Georgius se honeste purgauit, eiusque ad
monitioni reuerēter gratias egit. Quid vero
lij Duo Principes Regi rescripserint, vulgoni
cōpertum habetur. Verba Regis inter cæte
sic habent. Quid ad vos (inquit) & tam potētes,
& in Christi cultu tam deuotos Principes, aut
propius spectare potest, aut debet mouere ve
hementius, quàm cohibendæ factionis istius
Lutheranæ studium? qua nullam vnquàm in ter
ras nocentiorē malus inuexit Genius, aut quæ
maiorē perniciē sit allatura propediē, nisi boni
piiq; omnes obstiterint, & in primis qui plurimum & possunt & debēt Principes. Et infra.
Quanquàm non admodū decorū putē, ita me
comparare, vt cū homine tali publice cōponar

ac

ac disputem:tamen cũ Rex & propheta Dauid, non censuit indecorum, ante arcã fœderis nudũ saltare cũ quolibet:ipse certe nõ eram quẽquam habiturus indignum,quo cum in gratiã religionis,pro fidei veritate dissererem. Nunc vero,cum nihil ad rem respondeat,sed rationũ loco proferat mera deliria,alios cum illo congredi nec inhortabor nec prohibebo.Ipse certe non comittam,vt cum insaniente insaniam. Nã quisquis & æquus lector & prudens,libellũ meum cum illius libro perleget,is profecto facile iudicabit,iam nunc Lutheri Næniis satis superq; responsum esse.Quod si quis illi tam inique faueat,vt mea verba nõ sustineat inspicere aut tam insigniter instupescat,vt collatis vtrinq; locis,non sentiat rem adhuc responso nõ egere:huic nulla vnquàm responsione satisfecero.Et rursus.At nunc effecit hostis,vt orbi toti ĩclarescat alterum,nempe aut ipsum esse prorsus imbecillum,aut meas rationes admodum valuisse:quas contra nihil inuenire potuerit, præter insulsa scommata,& prorsus insana cõuitia.Quibus si me commoueri putat, egregie profecto fallitur.Etenim quantumuis ille me vocet insanum(vocat opinor plus millies)nunquàm tamẽtã insanus ero,vt ægre feram,quod insanus vocer ab insano.Itaq; aut mea me fallit opinio,aut istius in me ac Regiũ nomen cõtumeliosa spurcitia, vos haud paulo magis quã me,viri Charissimi,cõmouet.Solet eĩ generos⁹ anim⁹nobiliũ reuerẽtia quadã ĩter se colligari,

Conuitia in Regem,Generosis placere non possunt.

qua vel in hoste, qua oderint ac persequantur hominem, personam tamen honorent, ac reuereatur officium. Nec generosus ferè quisquam inuenitur vsquàm tã inciuilis ac barbarus, qui vel inimicitiis nullis adduci possit, vt scurrilem in modum, linguæ petulantia conspergat nobilem. Et infra. Nam si quid maledictis illis immiscuit, de cuius veritate poterat, quisquis rem non nosset, aliquid fortasse dubitare: nunc in animum succurret lectoribus, nihil illius maledicentiæ credendum, cui perpetuum institutum esse videat, de Principibus prorsus omnibus, atque ipso etiam Cæsare mentiendi. Neque enim istud Luthero nouum est, omnia comminisci ac fingere, quibus in odium Principum scelerate concitet, atque extimulet populum. In quod negocium promouendum, sceleratorum hominum cateruam iamdudum contraxit atque adiunxit sibi. Itaque nulla vnquam factio fuit ita seditiosa, pestilens, nepharia, quæ sic religionẽ omnẽ tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrũpere, Respublicas omnes euertere machinata sit, vt nũc ista cõiuratio Lutherana, quę & sacra omnia prophanat, & prophana cõtaminat. Quæ ita Christũ prædicat, vt eiꝰ Sacramẽta cõculcet, ita Dei buccinat gratiã, vt arbitrij libertatem destruat: ita fidem extollit vt operibus bonis detrahat, & inuehat peccandi licentiam: ita misericordiam subleuat, vt iustitiam deprimat, & malorum omnium causam ineuitabilem, non in Deum aliquem malum,

Lutherus calumniis populum in Principes cõcitat.

Coniuratio Lutherana.

quod

quod Manichæi saltem commenti sunt: sed in vnicum illum vere bonum reiiciat. Qui cum ad hunc modum impie diuina tractarit, velut à cœlo deiectus serpens, virus effundit in terras, in Ecclesia commouet dissensionem, leges omnes abrogat, Magistratus omnes eneruat, Laicos in sacerdotes concitat, vtrosque aduersus Pontificem, populos aduersus principes: Nec aliud plane molitur, quàm vt (quod omen auertant Superi) Germaniæ primum populus tanquam pro libertate bellum indicat Proceribus: Deinde vt Christiani contra Christianos, spectantibus & irridentibus Christi hostibus, pro Christi fide ac religione depugnent. Quod si quis forte non credat, ab vno homine nihili, tantum vnquam periculi nasci posse: huic in mentem velim subeat Turcica illa rabies, quæ quum nunc tot per terras & maria se diffundens, maxima ac pulcherrimam totius mundi partem occuparit, à Duobus olim nebulonibus sumpsit initium: Vt interim taceam factionem Bohemicam, quæ & ipsa quis nescit, quàm exiguo vermiculo in quam immanem Draconem, haud absque magno Germaniæ malo, quam propere adoleuit? Ita procliue est, malam segetem, nullo demetente, crescere: Nec vllus vnquàm socio caruit ad nocendum, neque tam imbecillus est quisquam, quin securo possit ac tanquam lusurum spectanti, lethale vulnus infligere. Hæc Rex Angliæ, non minus amanter & fideliter, quàm prudenter &

Quam seditiose scribit Luth.

Attende Germania.

Responsum Ducis Georgij ad Regē Angliæ.

vere. Ad quem rescribens, pius & Catholi
Princeps Dux Saxonię Georg. inter cęteta
& grauiter & copiose cōmemorat, sic ait. N
la vnquam sollicitudo animum meū magis
sit, quam & factionis illius, cum primum
cta videretur, prohibendæ, & postea, cū pa
grassaretur, cohibendæ coërcendęque. N
Quartus iam agitur annus, quod Ioāni Ec
Luthero ac Carolstadio, primis pugnæ tā
licis ducibus, de certis capitibus Lutheran
ctrinæ, disputandi locū, in vrbe Academia
nostra Lipsiensi, non alio consilio dedi, qu
vt vtriúsque partis rationibus diligenter e
sis, veritas patesceret, & rebus Parisiensis
phordiensisque Academiæ iudiciaria autor
te cōpositis, omnia contentionū seminaris
lerentur. Sed Lutherus: quia vt rei progre
satis indicauit, in Iudicū sententia parū spe
nebat, & perturbandi omnia libidine arde
anteuertit iudicij calculos, & ante victoriā,
tis varij generis libellis, triūphos ostentauit
sane si in mea manu fuisset, nequaquā libello
post ab illo conscriptorū, æditionē Typogr
phis impunē permisissem. Statim enim sen
quid homo factiosus moliretur, & quorsum
tandē si non obsisteretur, prorepturus esset. N
cū videret omnibus bonis hoc vnice in votis
se, vt Ecclesiastici quidā abusus ad pristinæ re
gionis seueritatē corrigerentur, hac velut pe
sona tectus, magno spectatorum plausu, in oc
bis pene vniuersi Theatro, Tragœdię suę Prin
cipium

Astutia Lutheri à Duce Georgio statim deprehensa.

cipium dedit. Verum haud ita multo post, cum ea conuellere tentaret, quæ ne moueri quidē, religione nostra salua, tuto possunt: prudentes viri facile sub pellē ouina latere vulpem depræhenderunt. Iam vero posteaquam inaudita hominis ipsius audacia eo profecit, vt non modo mediocres viros, eruditionis pariter & integritatis opinione celebres, petulanti calamo inuaderet: Verum etiam, quod nemo facile expectasset, in Angliæ Regem, omnium humanorum ornamentorum laude spectatissimum, maledicentiæ suæ frenos laxaret, certissima tum perfrictæ frontis, tum malicioſæ mentis argumenta omnibus de se dedit. At vero nullis verbis consequi queam, quam impudentis eius libelli scriptionem inique tulerim. Continuo enim, vt de ea resciui, & edictis, ne in ditione mea vel venderetur vel legeretur caui, & in Bibliopolam, qui primus hic venum exposuerat, acerba carceris multa animaduerti. Et infra. Porro non mediocriter etiam animum meum leuat, quod cum præ cæteris Germaniæ Proceribus, in Lutheri scriptis ac concionibus nunc apertius, nunc obscurius impetar: Accidat hoc mihi commune cum Heroibus alioqui laudatissimis, Carolo Cæsare, eius nominis Quinto, in cuius verba iurasse gloriosum mihi duco: & Hérico Octauo, potētissimo Anglorū Rege: Cū quibus equidē vituperari malim, quā cū Lutherana colluuie laudari. Neq; enim quo minō probi Christianiq; prīcipis officiū facere per

Conuitiator Principum Lutherus.

gam, iste vllis vel minis vel cõuitiis efficiet, rursus post pauca. Atqui hominis scripta, inde atque nocentissimos hostes à ciuitate pariter & finibus meis, quacunque ratione tur, aberceo. Id quod diligenter adeo pe quor, vt cum nuper, præter expectationẽ m exiisset Germanica illa noui Testamẽti tra tio (cuius Epistola quoque tua mentionem cit) eius libri exemplaria omnia, quotquot portata ac diuendita fuerant, mea ipsius pe nia, ab iis qui emerant, redimerem. Nimir quod iam tum animus hoc mihi dictaret, & gentior librorum inspectio satis indicaret, gratia susceptum à Luthero hunc vertẽdi la rem, vt hac arte vniuersam scripturam suo modo translatam, ad dogmata sua confirma da detorqueret. Nam quia videbat fieri nõ se, vt absurda illa sua Paradoxa, veterum Th logorũ, à quorum doctrina pariter & vita pe cul abest Luther⁹, scitis astrueret, scripturæ plicitate aliquoties in alienum atque adeo pugnantem sensum flexibili, ad eum modum abuti instituit. Quod autem cõsilium callidi aptiúsque ad simpliciorum animos captando capere potuisset, quam vt vniuersam noui Te stamenti scripturam, nouo genere, tum inter pretationis, tum annotationis, in suum iudici deflexam, velut hamum esca tectum, vulgo po rigeret? Alioqui aut nullis, aut non nisi stupi dissimis persuaderet, vt bonorũ, ita & malorũ necessitatem à Deo pendere. Quod dogma ci

Nequitiosa Translatio noui testamẽ. per Luth.

in

in Philosophis suis Ethnici homines non tolerarint, nos Christiani, quib⁹ fidei doctrina clariori veritatis luce affulsit, in Luthero amplectemur? Quod si semel cum Luthero recipimus, omnia euenire necessario, iam sane omnis humanæ rationis vis, omne consilium, ius denique omne, quo vel præmium bonis, vel pœna malis decernitur, frustra esse cōperientur. Hæc & id genus multa Dux Georgius grauiter & ex animo (vt erat syncerus & sine fictione) ad Regem Angliæ. Idem Princeps, posteaquàm vidit libellum Lutheri Teuthonicum, ad Nobilem quendam Hartmannum de Croneberg æditum, in quo multis iniuriis & calumniis ille eum publice traduxerat: cœpit per literas Lutherum interrogare, an fateretur eum libellū vere suum esse. Is autem, ferox Principum cōtemptor, mox ferocissime illi respondit, plus fere iniuriarum ingerens in epistola, quàm fecerat prius in libello. Quamuis in Lipsica disputatione longe aliter de eo Principe sensisset, atque etiā publice scripsisset antea. His igitur verbis exorsus est epistolam in Teuthonico. Cessare à furendo & insaniendo cōtra Deū & Christū eius, loco mei obsequij, in primis, Inclemens Princeps ac Domine, vestrę illustris Inclementiæ literas simul cum libello seu epistola, quam ad Dominum Hartmānum à Croneberg scripserim, accepi, & feci mihi præcipue legi eum locum, de quo vestra Illustris Inclementia queritur, tanquàm de atrocibus in-

Iniuriæ Lutheri contra Ducem Georgium.

Ferox & cōtemptrix epist. Luth.

iuriis, quę ad animã, Iusiurãdũ & famã spe-
Ille enim libellus antea & hic & alibi excu-
est. Cũ igitur scire desideret vestra Illustris
clemẽtia quibusnã verbis in eo state velim,
ue respõsum meũ est, mihi tãtundẽ valere
vestra III. Incle. vtcunque accipiatur siue
stando, siue pro iacẽdo, sedẽdo aut currẽdo,
post pauca. Nã si vestra III. Incle. non men-
tur inciuiliter, me vestrã animã, honorẽ &
nã famã lædere, Christianam veritatẽ nõ ita
lerate criminaretur & persequeretur. Atta-
hoc nõ primũ est, quod à vestra III. Incle.
niatus ac male accusatus sum. Et in fine sic
bet. Vuittenbergæ Octauo die Ioãnis XXII.
Cum hac subscriptione. Martinus Luther, D.
gratia Euangelista Vuittenbergẽsis. Paulo a-
te ædiderat Romæ insigne in Lutherum vo-
men, Doctor Ioannes Faber, Episcopi Con-
tiẽsis tũc in causis Ecclesiasticis vicarius, Quo-
cũ admodũ copiose ex scripturis & vetustis-
mis quibusq; autoribus, Græcis & Latinis, Po-
testatẽ Papæ, Sacramẽta Ecclesiæ, & sacros
tus assereret: In Germania quoq; excusum e-
denuo, nõ solũ Lipsiæ iussu supradicti Princi-
pis, Ducis Georgij, verum etiã Coloniæ Agrip-
pinæ, vbi titulum istum promeruit, vt diceretur
Malleus in hæresim Lutheri. In quem sane li-
brum nihil aliud scripsit Lutherus, quam atro-
cem quandam calumniam Teuthonice in præ-
fatione sua, quam præfixit Expositioni Septimi
capitis Epistolæ beati Pauli, primæ ad Corin-
thios,

Volumen Ioannis Fabri, qui postea factus est Episcopus Viennensis.

Calũnia Luthe. in Io. Fabrum de Matrimonio.

thios. Ait enim. Prudentes ſęculi, ſtultis ſcele
ſtiſque ſcriptionibus & clamoribus ſuis, contra
ſtatum Matrimonij, mundum replent, & ab eo
cunctos dehortantur: cum tamen ipſimet inte
rim bene ſentiant, atque etiã facto ſatis demõ
ſtrent, ſe mulieribus carere non poſſe, tanquã
ij, qui non niſi ad matrimonium creati ſunt, ve
nãtur, agitãt & tractãt meretrices die noctuq;.
Huius generis quoque eſt nũc Archimorio ille
Ioannes Faber Conſtantienſis, immo famoſus
ille fornicator, qui magnũ ſcripſit librũ, Lipſiæ
nuper excuſſum, cõtra ſtatũ Matrimonij, ad de
hortandum ab eo vnumquenque: nihil tamen
amplius dicens, niſi quam multæ moleſtię & la
bores in eo ſint, Perinde ac ſi id non ſciret iam
olim totus mũdus, & aſinınum caput iſtud nos
idipſum primo doceret, quod nemo ruſticorũ
vel in villis ignorat. Si eſſem ego ipſa Caſtitas,
non ſcirem maiorem magiſque intolerabilem
iniuriam & opprobriũ, quam quod huiuſmodi
nebulones, meretricumque venatores & ho
ſtes caſtitatis, me laudarẽt. Nebulones ſunt, nõ
ſolum in cute, verum etiam in fundo ſui pecto
ris, qui digni non ſunt, vt eis reſpondeatur. Et
poſt pauca. Cum igitur Deus mulierem ita
creauerit, vt debeat & cogatur eſſe circa virum,
ſatis nobis fuerit, Deum eſſe nobiſcum: Ideo
que Matrimonium honoremus velut diuinum
nobileque negocium. Quod ſi ſcioli iſti illud
inire noluerint, dimittamus eos in ſua cęcitate
fornicari ac ſcortari, quã diu permiſerit eis de⁹.

Nos habemus verbũ Dei pro nobis, quod
nebit, & non obstupescet coram eiusmodi
sis fabris, etiam si plures forent, quàm sit a
na maris. Hac impudenti calumnia totum
bri librum, populo suspectum atque in
reddere sategit Lutherus. At vir eruditissim
non contra Matrimonium, sed pro eo, nem
quod recte connumeretur ab Ecclesia inter
ptem Sacramenta (quod negauerat Luther
eo libro scripserat, & quidem per digress
cum esset præcipua eius intentio, Confuta
bellum Lutheri de potestate Papæ. Contra
sane lõga serie deduxit (vt vberrimi est ing
respõsiones CXXVI. In quẽ & Ioãnes Eck
vir doctissimus, tres iustos perscripsit & Par
edidit libros, quibus nec Lutherus nec Lu
ranorum quispiam respondit. Quamuis
Paulus in eo capite, quod Lutherus praui
expositione peruertit, in multis argumẽti
ginitatem commendet, atque etiam Matr
nio præferat: Quippe vbi ait. Volo autem o
nes vos homines esse sicut me ipsum. Item. D
co autem non nuptis & viduis, bonum est ill
si sic permanserint, sicut & ego. Item. De vi
ginibus autem præceptum Domini nõ habeo
consilium autem do. Item. Quoniam bonum
est homini sic esse. Item. Solutus es ab vxore
noli quærere vxorem. Et adhuc multo apertius
Volo, inquit, vos sine sollicitudine esse. Qui si
ne vxore est, sollicit° est quæ domini sunt, quo
modo placeat Deo: Qui autẽ cũ vxore est, solli

Paulus virginitatẽ conuugio præfert.

citus

citus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Que autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Item. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Hæc tamen omnia Pauli dicta, Lutherus impudentissime pariter & impiissime peruertit, & in sceleratæ libidinis, cui Monachi Monialesq; sacrilegas nuptias prætexunt, patrocinium detorquet expositione sua Teuthonica, quam Epithalamion vocat. Vbi ergo Apostolus ait. Volo omnes homines esse sicut me ipsum, sed vnusquisq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic. Ibi Lutherus egregia expositione sua sic infert. Ex his sequitur, inquit, quam immaniter errent, qui Moniales inflant, quod status earum coram Deo præstantior ac melior sit Matrimonio, & fingũt ibi speciales aureolas, & nescio, quot prerogatiuas ac dignitates, easque vocant sponsas Christi, quæ potius Diaboli sponsæ sunt, cum non vtantur castitate, sicut ea vti oportet: Nempe, non vt coram Deo melior sit: sed vt super terram liberiores aptioresque reddat homines ad insistẽdum verbo Dei, quam Matrimonium. Et post pauca. Cum vero hic simus in eo loco, vbi Paulus Matrimonium tam sublimiter extollit, & donum diuinum vocat, nos quoque amplius considerabimus & ostendemus, Matrimonij sta-

Lutheri calũniæ contra sacras virgines

Luth. præferit coniugiũ cunctis statib. religiosorum.

tum omnium maxime ſpiritualem eſſe, falſo & inique quoſdã Ordines dictos fuiſſe ſpiritu les. Matrimonium vero ſtatum ſæcularem. Sp vice verſa, Matrimonium dici debere vere ſpi ritualem ſtatum, vt eſt: Ordines vero vere ſæcu lares ſtatus, vt ſunt. Mere igitur peruerſum ab ſum verborum mundo intulerunt, ac omnibus impoſuerunt: ſeducentes, vt diceretur ſæcula re, quod ſpirituale erat: Spirituale vero, quod re vera ſæculare erat. Et infra. Vbi Paulus ait, Virginitatem à Deo præceptam non eſſe, non magis quam Matrimonium: hoc eſt, liberã omnibus eſſe debere, Per hoc auferat ab ea omnem honorem, qui ei ab altis prædicatoribus datus hactenus fuit. Vbi enim non eſt præceptum, ibi coram Deo nec meritum vllum eſt nec præmium, ſed libertas quædam ſecundum ſe. Coram Deo enim tantundem valet, ſiue ſis ſiue non ſis virgo. Et ſicut ſupra dicit, Qui vocatus eſt ſeruus, libertus eſt domini: Ita & hic dici poteſt, Quæ vocata eſt virgo, mulier eſt coram Deo: & quæ vocata eſt mulier, coram Deo virgo eſt. Coram Deo enim omnia æquiualent, nec vlla eſt diſtinctio perſonarum, nec meritum operis: ſed ſolummodo æqualis fides in omnibus & per omnia. Eum librum Latine tranſlatum, confutauit inſignis Theologus, Doctor Conradus Kollin, Ordinarius Theologiæ Profeſſor Coloniæ, in Cœnobio Prædicatorum: ſed ita copioſe, vt prima pars Confutationis in ſex haud ita breues libros extenſa ſit, vſque adeo exquiſi-

Luth. contra Virginitatem

Confutatio Epithalamij per D. Con. Kollin.

exquisite ad singula illius dicta respōdit. Summatim vero dicit à Luthero per Epithalamium suum lasciuum, verum Paulini textus sensum deprauatum: Pauli virginitatem negatam (viduū enim fuisse affirmat) patrias Germaniæ leges abrogatas: Religionum famam denigratam, continentiæ apud Deum & fructum & aureolam sublatam: Cleri celibatum fœdis ac vetitis nuptiis conspurcatum, Digamiam Clericis admissam: Sancta nostra prophanata, Ecclesiæ pulchritudinem deformatam: Monialium pudicitiam in fornicum turpitudinem versam, pia Monasticorum vota conculcata: Breuiter Christū de cordibus hominum cum omni pietate & religione pariter eiectum, Turcæ doctrinam Germanis traditam, eique ad occupandum vi Germaniam, quam perfidis Apostatis ille repleuit, eo libro paratam esse viam. Exierat iam à Io. Cochlæo æditus de gratia Sacramentorū liber vnus, alter item de Baptismo paruulorum, Argentorati. Quorum sane priorem vt vidit Luthe rus, mox in eum parauit respōsionem: adeo quidem ludicram & conuitiosam, vt ipsemet diceret suo Neseno (quē postea in Albi miserè submersum, spe miraculi, vanis immurmurationibus frustra in vitā reuocare tentauit) si pro bacchanalibus illis ineptire videretur, ipsum Nesenum eius ineptiæ sibi autorem esse, & satis quidem imperiosum. Atque vt maior appareret cōtemptus, septem ludendo carmina præmisit, Quorum sic habet initium.

Ludicra respōsio Lut. cōtra Ioan. Cochlæum.

Arma virúmque cano, Mogom qui primus ab oris,
Leucoteã, fato stolidus. Saxonáque vemens Littora, multum ille & furiis vexatus & æstro,
Vi scelerũ, memorẽ rasorum cladis ob ira

Libellus Ioannis Coc. adversus Cucullatum Minotaurum.

Huic eius libello protinus respondit Cochlæus, haud multum dissimili ludendi genere, temporis opportunitate inductus. Nam paulo ante monstrosus in propinquis Vittenbergæ finibus visus fuerat uaccæ partus, qui caluo capite, monastico cernebatur circundatus cucullo, vt scilicet monstrosum illum nobis portenderet Apostatam, qui cucullum suum paulo ante abiecerat: licet ipse aliter interpretari frustra conaretur. Titulus itaque libelli sic habebat. Aduersus Cucullatum Minotaurum Vuittenbergensem Ioannes Cochlæus de Sacramentorum gratia, iterum. Initium vero libelli pro carminibus carmina reddebat in hunc modum.

Carmina in Lib.

Monstra bouémque cano, Boreæ qui primus ab oris,
Teuthonicas terras profugus conspurcat, & omnem,
Sub specie monachi violat pacémque fidemque.
Vi Sathanæ, sæuis furiis agitatus, & æstro
Diræ Thesiphones, vltrici Anathemate pœnas

Expo-

Exposcente furit, mugitu vastus inani
Semiuiri lacero sub semibouisque cucullo.

Cæterum Typographus Coloniensis, qui libellum inscio Cochlæo excudebat, hæc verba, pro sui excusatione, in frontispicio præmisit. Criminationes, inquit, Lutheri, quibus ex ordine hic respondetur, patticulatim singulis responsionibus ex industria prætexuimus, vt æquus iudex, re æqua lance expẽsa, cognoscat, omni Minotauro nõ deesse suum Thesea. Sub finẽ vero libelli sic ait Cochlæus. Sed quid mirum, si hoc in libro, quantũlibet breui, ter mutaueris super vna eademq; re sententiã, qui hoc idem super eadem re, ter quoq; feceris prius in vno folio tuæ assertionis? Quem igitur non tædeat, tecum, qui vsq; adeo varius mobilisque & impudens es, disputare? Ad ea vero nihil amplius respondit, neque Lutherus nec complicũ eius quispiam. Ædidit vero alium libellum Lutherus, de formula Missæ & communionis: adeo sane imperiosum, vt arrogauerit sibi ius cõstituendorum rituum, quod ipse prius immani superbia, nec summo Põtifici nec Generali Cõcilio permittere volebat. Hoc est igitur eius libri exordium. Hactenus (inquit) libellis & sermonibus egi inter populos, vt corda primũ ab impiis opinionibus cæremoniarũ auocarem: Christianũ & cõmodũ arbitratus me facere, si causa fierem, vt absq; manibus cõtereretur abominatio, quam Sathan per hominẽ pẽti in loco

Inconstans Luth.

Liber Lut. de formula missandi.

ſancto ſtatuerat. Proinde nihil vi aut impetu
taui, nec vetera nouis mutaui. Et poſt pauca
Quare de formula (inquit) aliqua pia miſſa
(vt vocant) & communicādi agemus: ac ſic ag
mus, vt non amplius ſolum verbo doctrinæ
da regamus, ſed manum quoque apponam
publica adminiſtratione in opus perducamu
nulli prorſus præiudicantes, ne aliam ample
& ſequi liceat &c. In hunc eius librum ſcrip
Propugnaculum quoddam Eccleſię, longe cl
riſſimus Theologus: vir & vitæ innocentia,
eruditionis vbertate inſignis, Iudocus Clicht
ueus, Doctor Pariſienſis. Qui antea Antiluthe
rū quoq; ſcripſerat: Ternos autē libros compl
ctitur opus vtrunque, & eos quidem tum ſty
facilitate, tum doctrinæ multiiugis copia & va
rietate conſpicuos. Ad quos tamē omnes, qui
Latini ſunt, Teuthonicus Euāgeliſta perpetuo
tacet: caute diſſimulans, ne quid eorum Germ
niæ plebes, in quas Apoſtolicam ſibi arrogata au
toritatem, intelligant. Hic autem breuitatis gra
tia ſuffecerit, recitare pauca ex iis, quæ vir ille
ad Lutheranum reſpondit exordium. Seuera
(inquit) dignum eſt cenſura, quod impias vo
cat Lutherus Cæremoniarum opiniones, in Ec
cleſiaſtico officio fieri ſolitarum. Nam veteris
legis ritus, in oblationibus & ſacrificiis illius
temporis obſeruari conſuetos, nemo ſanæ mē
tis impios dixerit: Cum iuſſerit ſæpiſſime Do
minus in Exodo, Leuitico, Libro Numeri &
Deuteronomio, illos diligenter & diſtricte pro

Propugnaculum Iudoci Clichtouei.

Verba Clichtouei.

legis

legis illius decursu custodiri. Quis igitur nisi plane improbus, & mente parum constans, Nouæ legis Cæremonias, magisterio spiritus sancti institutas, & sacrorum mysteriorũ significatiuas, promouentesq; populum in maiorẽ diuini cultus reuerentiam, appellauerit impias aut sacrilegas? Et infra. Quæ obsecro nocẽtior posset induci pestis in Ecclesiam Dei, aut quæ magis horrenda confusio, quàm vt tandem nulla habeatur certa forma, celebrandi diuinum Missæ mysterium? Quod omnium, quæ in Ecclesiastico geruntur ordine, excellentissimũ est & supremũ. Cunq; vniformis fuerit ritus apud Hebræos, immolandi atque manducãdi agnũ Paschalem typicum, quam diu veteris Synagogæ decursus agebatur: nonne pudendum esset & abominandum, ipsum verum agnum Christum immolari in altari, multiformi ritu & vario, atque pro cuiusque nutu permutando? Et rursus. Verũ percontari nunc (inquit id unum à Luthero velim, in qua potestate hæc facit, & quis dedit illi hãc potestatem, vt antiquam formam celebrandi diuini mysterij immutet, & nouam fabricet? Si enim dè cœlo se missum contendit, aut à Dei spiritu, ad moliendum id opus, signa sui Apostolatus ostendat oportet, quibus fidem faciat, à Deo ipsum esse quod tẽtat. Huiusmodi autem signa nec dum cuiquam conspecta sunt aut cognita. Hæc ille. Ægerrime autem ferebat Lutherus, Vuittenbergæ coram oculis suis perdurare adhuc veteres Cære-

De vniformi ritu celebrandi Missam.

Iniuriæ Lut. contra Ecclesiam Omnium Sanctorum Vuittebergæ.

monias in Ecclesia Collegiata, quæ memo-
& venerationi Omnium sanctorum dedic-
erat. Dux enim Fridericus, Elector, quamuis
mis multa Luthero contra Ecclesiam permi-
bat, non tamen omnē pro libitu impietatem
passim admittebat, vti admisit postea frater e
Nondum licebat Luthero, viuente illo, sacrile-
gas inire nuptias: nondum euacuare aut spol-
re personis & bonis Monasteria: vi cogere a
pellere pastores Catholicos &c. Ait itaq; i
fine istius libelli sui, quem de formula missa
di ædiderat. Nec vos aut quosuis alios abste-
reat, quod in nostra Vuittenberga adhuc perse-
uerat Topheth illa sacrilega, quæ Principū Sa-
xoniæ impia & perdita pecunia est: Ecclesia
dico oīm Sanctorum. Nam tātum est, miserē
Deo, apud nos antidoti per copiosum verbi
Dei, vt pestis illa in angulo suo languens, non
nisi sibi ipsi pestilens sit. Denique vix tres au
Quatuor porci & ventres, sunt in ipsa illa per-
ditionis domo, qui pecuniam illam colūt: Ca-
teris omnibus simul & vniuerso populo insi-
gnis nausea & abominatio est. Accidit eo an-
no res in eum vsq; diem apud Germanos in-
audita, & facinus plane audacissimum, contra
omnes & leges & Canones, ac maxime nefa-
rium atque sacrilegum. Nempe ciuis vnus op-
pidi Torgauiæ (vbi plærūq; residere solet Dux
Saxoniæ Elector) ausus fuit ex vno Monasterio
Nymicensi clā abducere Vuittenbergā, Nouem
virgines sacras pariter: & quidem in tempore

Nouē Monialos vna nocte raptæ & abductæ Vuittenbergam.

sacratissi-

sacratissimo, quo omnis populus maxime occupari solet cultu Dei & deuotionis studio: In peragenda passionis Christi memoria, confitendisque peccatis, & in sacratissima Eucharistiæ communione. De quo sane scelere vsque adeo nihil doluit Lutherus, vt mox ædito libro illud toti Germaniæ inuulgauerit: Iuxta illud Salomonis. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas: Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et secundum illud Esaiæ. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderũt. Laudans igitur impium Raptorem illum, quem vocat Leonardum Koppem, ait in Teuthonico in id ædito libello. Fecisti opus nouum, de quo prouinciæ homineſque cantabunt & loquentur, quod multi velut ingens incommodũ proclamabunt. Qui autem cum Deo sentiunt, velut ingens commodum glorificabunt, vt sis certus, Deum ita ordinasse, & non esse opus aut consilium tuum proprium: ac flocci facias illorum clamorem, qui pro omniũ pessimo id opere habebunt, & existimabunt neque ordinatum neque commissum à Deo. Vah Vah, dicẽt, stultus Leonardus Koppen, à damnato & hæretico Monacho circumuentus, audet Nouem Moniales vna vice abducere è Monasterio, & adiuuare, vt vota sua vitamque Monasticã abnegent ac deserant. At dixeris hic. Hoc vero est pulchre seruare secretum & occultare, immo prodere ac vendere, vt in me concitetur totum

Prouer. 2.

Esa. 5.

Verba Luthe ri de raptu illo.

Cœnobium Nymicense, quando iam audi-
me illum fuisse raptorem. Respondeo (in-
Lutherus) immo vero fœlicem raptorem,
& Christus raptor erat in mundo, quando
mortem suam Principi mundi auferebat a-
& vasa sua, ipsumque ducebat captiuum.
& tu has miseras animas ex carcere humane-
rannidis eduxisti, & quidem opportuni-
tempore in Pascha, quo Christus suorum
que captiuitatem captiuam duxit. Et ne
rationis aut pudoris ferali huic sceleri reli-
esset, Lutherus in fine illius libelli sui no-
natim commemorat Nouem Moniales illas
mine & cognomine vnamquanque prop-
quæ omnes erant genere nobiles: In perpe-
sane dedecus & opprobrium tot inclytarum
miliarum: quas tam insigni scelere diffamat-
que vt completior fieret ea iniquitas, septi-
miserrimarum Apostatarum illarum, Catha-
na de Bore, post biennium in sęculo, vaga i-
ter scholares Academicos conuersatione Vi-
tenbergæ exactum, mox vt diem obierat Du-
Fridericus Elector, facta est Luthero (si Diis p-
cet) vxor: Monacho Monialis, perfido perfi-
da, flagicioso flagiciosa: scilicet vt esset dignum
ollæ operculum, & par pari facile coniunge-
retur, & mentiretur eis Paulus, dum ait. Ha-
bentes damnationem, quia primam fidem in-
ritam fecerunt. Tantum vero erat odium Lu-
thero, non modo in Papam, verum etiam in
vniuersam Ecclesiam Catholicã, vt iis, qui mani-

Nomina Monialium à Luthe. expressa.

1. Tim. 5.

Duo libri Luthe. ad Bohemos.

feste

feste foris sunt, quales sunt Pighardi & Hussitæ, mallet coniungi, quam ad Catholicos, quibus tot antea annis communicauerat, redire. Scripsit itaque duos libros ad eos, quos Papæ inimicos putabat: Vnum quidem ad Vualdenses, quos Pighardos dicimus, per Bohemiam. Morauiámque dispersos: Alterum vero Latine ad Senatum Pragensem, tanquã ad præcipuos Hussitas. Quanquam ante paucos annos, vtrosque, velut hæreticos & schismaticos, etiam publicis scriptis fuerat insectatus. Etenim in Pighardos atrociter inuectus est, tum in Decem præceptis, tum in Resolutionibus suis. Hic sane in hæc verba. Quod si etiam tempore Apostolorum, non fuisset Purgatorium, vt superbit fastidiosus Pighardus, nunquid ideo credendũ est hæretico, vix Quinquaginta annos nuper nato, & fidẽ tot sęculorũ falsam fuisse contendendũ? maxime cum ipse nihil aliud faciat, quàm quod dicit, Non credo. Et sic probauit omnia sua, & improbauit omnia nostra: Quasi non & lignũ & lapis non credãt. Illic vero sic. Verum, inquit, ne Pighardi, hęretici infœlices, suas partes à me adiutas confidant: Qui præ nimia ruditate nobis Teuthonicis, superbissimo fastidio indignati, imponũt, quod Sanctos Dei colamus, & Idola faciamus: & ideo contra nos aceruum versuum scripturę cõgregant. In quibus prohibetur, ne adoret quis nisi vnũ Deũ. Simul impij peruersores scripturę, & subdoli calumniatores pietatis nostræ. Ita enim ru-

Luth. in resolutione conclu. 15.

Luthe. De X. præceptis c. 1.

ſtici illi nos tandem docent, quod ſolus D
ſit adorandus, & gloriantur, ac ſi nos idip
negauerimus. Poſteaquàm vero miſer Ap
ta publicum Eccleſiæ Romanæ hoſtem ſe
re cœpit: Inimicis eius, quos antea conde
uerat, pudendis blandiciis muliebriter ad
tus eſt, vt ſocius eorum fieri mereretur. Ai
tur ad Vualdenſes Teuthonice(quem libe
poſtea tranſtulit Ionas, adulator & inter
Lutheri) Circunfertur libellusquem veſtri
myſtæ Germanice, nunc & Bohemice, æd
runt, ad inſtituendos in ſumma Chriſtian
pueros. In quo inter reliquos articulos &
continetur, Chriſti corpus ſub Euchariſti
cramento non naturaliter contineri, neque
eſſe adorandum. Quod dogma veſtrũ, nos
manos non mediocriter cõmouit. Neque en
ignoratis, quomodo vos per veſtros Lega
rogauerim, vt huic articulo, de quo vos pa
obſcurius diſſerere videbamini, iuſto ſuper
libello ædito, lucem adderetis. Et infra in
tiam eorum calumniatur & conculcat omn
ſacra noſtra. Et tamen his(inquit) cæremoni
hoc genere adorationis, omnia templa, mona
ſteria, breuiter omnes anguli pleni ſunt, & to
tus cultus Papiſtici regni nihil aliud fuit, quàm
aſſidua ſubſannatio, ſub hac voce, Aue rex Iu
dæorum, Cum enim tot ſint templa Cathedra
lia, Collegiata, & plures Monachorum ſectæ,
quàm auium ſpecies: tot cœnobia, tot altaria,
tot ſacella: tamen in his omnibus, vix inter Mil
le

Luthe. ad Vualdẽſes de Euchariſtia.

Calũni e Luthe. in Catholicos de Adoratione Euchariſtiæ.

le vnũ reperias, qui ſpirituali adoratione Deũ honoret, omnes vero ex æquo rideant & ſubſannent externa hac hypocriſi. Et potiſſimum ſic ridetur Chriſtus & Deus, feſto Paſchatos & Corporis Chriſti in omnibus Miſſis, vt vocãt, in pompa & proceſſione, vbi in auro & argento circumferitur Euchariſtia. Ibi multum honoris externi exhibetur Deo, qui tamẽ nihil aliud eſt, quam deriſio Dei, cum abſit fides & ſpiritus ſanctus. Et rurſus. Nos (inquit) certi ſumꝰ, vobis per donum inenarrabile Dei contigiſſe puram doctrinam & magnam lucem verbi, etiam ſi ſit infirmitas forſan adhuc & ſatis erratorum in moribus & vita. Et poſt pauca. Quanquam apud nos necdum tam bono ordine, in externa diſtributione Sacramẽti omnia cõſtituta ſunt, vt de vobis audio. Orate vero & vos pro nobis, vt aſſiduum exercitium, tum verbi, tũ etiã charitatis, & bonæ vitæ apud nos ſit: preſertim, cum è luto illo Papiſtici regni nuper eluctati ſimus. Et ſub finẽ libelli. Obteſtor (inquit) vos per charitatem Chriſti, ne meum ſcriptum in eam partem accipiatis, quaſi veſtris erratis me titillarim. Sed tamen cum ſciatis, vos in toto orbe hactenus tanquam peſtilentiſſimos hæreticos proclamatos: hic teſtimonium vobis perhibere volui, quod propius accedatis ad puritatem Euangelij, quam omnes alij, quos ego cognouerim. Quid autem de Bohemis Huſſitis olim ſenſerit Lutherus, in Galatis ſuis luci-de quidem declarauit. Sed cum pœniteret eum

Blandiciæ Lutheri ad Pighardos.

Dãnatio Bohemorum.

Luth. In cõmentario ad Galatas c. 6.

paulo post eius sententiæ, verba illa deinc
à Typographis eius omissa sunt. In prima
men æditione adhuc permanent. Etenim
Apostolus ait. Alter alterius onera portate.
Lutherus pulcherrime declarat, non esse ab
clesia propter malos discedendum. Hi, inqu
hanc peruertunt doctrinã, qui volunt sua o
ra portari, & solum commodis aliorum frui
vehi: Vt qui indoctos, inutiles, iracundos,
ptos, difficiles, morosos, dedignantur habe
socios vitæ: sed quærunt humanos, suaues,
nignos, quietos & sanctos homines: Hoc
volunt, non in terra, sed in paradiso: non i
ter peccatores, sed inter Angelos: non in m
do, sed in cœlo viuere. Quibus quoque tim
dum est, ne & hic recipiant mercedem suam,
in hac vita suum regnum cœlorũ possedeni
Nam cum sponsa nolunt esse lilium inter s
nas, nec cum Hierusalem in medio gentiu
posita, nec cum Christo damnari in medio i
micorum. Euacuant enim crucem Christi i
seipsis, & ociosam ac stertentem aliisque hum
ris vectatam charitatem habent. Proinde qu
fugiunt talium societatem, vt boni fiant, nil
aliud faciunt, quam vt pessimi omnium fiant
Quod tamen non credunt: quia propter chari
tatem fugiunt germanum officium charitatis
propter salutem fugiunt verum compendium
salutis. Ecclesia enim tunc semper fuit opti
ma, quando agebat inter pessimos. Et post pau
ca. Consequens est (inquit) quod Bohemori
disci-

diſcidiũ à Romana Eccleſia nulla poſſit excuſa
tione defendi, quin ſit impiũ, & Chriſti omni-
bus legibus contrarium: quia contra charitatẽ,
in qua omnes leges ſummantur, perſtat. Nam
hoc, quod vnice allegant, ſeſe timore Dei &
conſcientiæ, defeciſſe, ne inter malos ſacerdo-
tes & Pontifices viuerent: hoc eos maxime om
nium accuſat. At longe aliter ſcripſit poſtea, *Eorundem iu*
tum in Babylone ſua, tum in aſſertione XLI. *ſtificatio.*
Articulorum. Et longe poſt, ad Senatum Pra-
genſem, de inſtituendis miniſtris Eccleſiæ. In
quo ſane libro, hunc in modum narrare cœpit.
Poſteaquam præualente (inquit) Sathana, Bo-
hemiæ regnum, Epiſcopis & ſacerdotib⁹ (quos
vocant) ſublatis, vaſtum ac ſolitarium relictum
eſt, autoritate Pontificum Romanorum: miſe-
ra ac dura neceſſitate adacti fuiſtis, quotannis
in Italiam mittere Clericos veſtros, pro Ordini
bus Papiſticis emendis. Quod vicini Epiſcopi
prorſus non dignarentur eos ordinare, cũ pro
obſtinatis hæreticis vos haberent. Ea vero ne-
ceſſitas, quanta ſuper vos incommoda & peri-
cula ſecum traxit? Et infra. Facta eſt tandẽ hac
ratione copia crudeliſſima quibuſlibet nebulo
nib⁹, Apoſtatis, & quos alioqui nulla pars ter-
rarũ ferre potuit, ad veſtrũ miniſteriũ peruenie
di, ita vt in fabulam abierit hæc miſera veſtra
neceſſitas: Videlicet, quod Bohemis dignus ſit
ſacerdos, qui apud Teuthonas laqueos & cor-
uos meruit. Sic Bohemiam repleri oportuit in-
ſigniter ſceleratis ſimul & indoctis paſtoribus,

vel lupis potius rapacibus. Hinc manat cal
illud & Babylonia confusissima in clarissimo
gno vestro, dum partim necessitate habendi
nistros, partim impotentia corrigendi sit,
quisque doceat quod voluerit: aliud in alio
co prædicet: nonnulli ficto sacerdotis titulo,
pulos ludificentur: alij Parochias emant: alij
intrudantur: successor contraria antecessori
tuat. Et rursus. Nunc (inquit) postquam vo
Bohemos propriis malis monitos fecimus,
Papisticis Ordinibus valedicatis: addam & vo
generalem causam, qua suscitemus & vobis
toti orbi nauseam & Apostasiam, ab execra
illis & abominandis ordinibus. Et infra. Et p
ne salutis nostræ ratio cogit necessario, ab illo
tum execratis & damnatis ordinibus abstine
re. Væ enim illis, qui huic aduersario Dei
Baal Peor, sese initiauerint iam scientes & pr
dentes. Verum hæc ratio præ cæteris Natio
bus, vos Bohemos maxime mouere debet. N
vobis non modo in conspectu Dei, quēadmo
dum cæteris, sed & turpe corā hominibus est
ordines ab hoste vestro tum petere, tum susci
pere, qui Ioan. Huss & Hieronymum Pragen
sem, cum multis aliis pessimo nomine exusst
qui semper vos extinctos voluit: qui vos hæ
tici nominis opprobrio, sine fine, sine modo,
per orbem conspurcat: cuius pestilentibus co
natibus vos tanto sanguine restitistis. Necdum
tamen illū sanguinariū Tyrannum suorū flagi
tiorū pœnitet, nec reuocat sanguinis īnocētes

Contra Papam suadet Luth. Bohemis.

damnati

damnati exemplum, nec restituit sacrilegum Christiani nominis spolium. Hæc & id genus multa, in Papam quidem atrocissime, & in sacros ordines impiissime: sed ad Bohemos omnino inaniter & vanè deblaterauerit. Illi enim Lutheranos longe magis odio habent, quam Catholicos. Nam adhuc hodie perdurat Pragæ Ecclesia Catholica in priscis patrum ritibus, & per omnem Bohemiam est passim reperire sacerdotes, Monachosque Catholicos, vt non sit dubium, si Lutherus Pragæ deprehenderetur, grauissimas datutus esset pœnas libri, vsque adeo impij, falsique & famosi. Scripta enim eius publico Senatus Edicto ibi sunt interdicta generaliter. Nec fœliciori auspicio scripsit & ad Iudæos Teuthonice, quod Iesus, Deus & saluator noster, natus sit vere Iudæus. Quamuis enim & in eo libello grauissimis Catholicos oneraret calumniis, multisque blandiciis applauderet Iudæis: Iudæorum tamen nullum prorsus ad Christum conuertit, sed magis in Christianos exasperauit, & in Christianæ fidei contemptum incitatos, in Iudaica cæcitate obdurauit. Plebem denique Germanicam fœdissimis adulationibus ac rudissimis scripturæ prætextibus constituit alio libello iudicem doctrinarum & decretorum, non modo Papæ & Episcoporum: verum etiam Generalium Conciliorum. Sic enim ait inter cætera. In huiusmodi negocio, nempe ad iudicandũ doctrinas, & ad instituendum ac destituẽdum Doctores, aut

Luth. ad iudæos: in quos postea inuectiuas scripsit acerbissimas.

Adulatio ad plebẽ, de iudicãda doctrina

animarum curatores, nihil prorsus attende-
oportet, hominũ leges, iura, mores, vsum, co
suetudinem, &c. Siue à Papa, siue ab Imperato
re: à Principibus aut Episcopis, ita statutum si
An mundus totus aut dimidius ita tenuerit, s
ue vno aut Mille annis durauerit. Anima enim
hominis res æterna est, super omne quod tem
porale est: Ideo æterno duntaxat verbo regi de
bet. Item Hominum (inquit) verba ac doctrin
constituerunt & ordinauerunt, Iudicium super
doctrinis committendum esse Episcopis, Do
ctoribúsque & Conciliis: Quicquid illi cõclu
serint, totum mundum accipere debere pro iu
re & pro articulo fidei. Vide autem, ista gloria
tio eorum, qua vniuersum mundũ sub iugum
miserunt, quàm impudenter ac stulte pugnat
contra legem & verbum Dei. Christus enim di
recte cõtrarium statuit, auferens ab Episcopis,
Doctisque & Conciliis vtrunque: Nempe ius,
& potestatem iudicandi doctrinas, ac tribuens
vtrumque vnicuique & omnibus Christianis
vniuersaliter. Quando ait Ioan. 10. Oues meę
cognoscunt vocem meam. Item. Oues meę nõ
sequuntur alienos, sed fugiunt ab eis: quia non
cognoscũt vocem alienorum. Item. Quotquot
venerunt, fures sunt & latrones: Oues autem il-
los non audiunt. Hic omnino clare vides, cu-
iusnam sit ius iudicandi doctrinas. Episcopus,
Papa, Docti, & vnusquisque habet potestatem
docendi: Oues autem iudicare debent, an illi
doceant vocem Christi, an alienorum. Quæso,

quid

quid hic contradicere queant Aquarum Bullæ, quæ strepunt, Concilia Concilia, Oportet Episcopos, doctos & generalitatem audire? Putasne verbum Dei cedat tuo veteri vsui, consuetudini, Episcopis? Nunquam. Quis iam nō videt hic, omnes Episcopos, Collegia, Monasteria, Vniuersitates cum toto corpore suo, contra hoc alarum verbum Christi furere: quod impudenter adimunt ouibus iudicium doctrinarum, quod sibi ipsis vendicant, per proprias cōstitutiones & temeritates. Idcirco & certissime pro latronibus & furibus: pro lupis & Apostaticis Christianis habendi sunt, tanquam ij, qui hic manifeste conuicti sunt, quod verbum Dei non solum abnegant: verum etiam contra illud statuunt aguntq;, sicut decuit Antichristū: regnúmque eius facere, iuxta prophetiam S. Pauli. 2. Thess. 2. Et infra. Seditiosa illatione cōcludit, velut victoriæ certus, quod per hoc solum abunde meruerint, vt ex Christianitate pellantur, & fugentur velut lupi, fures & latrones, qui contra Dei verbum & voluntatē super nos dominantur & docent. Ipse tamen superbissime, ius ferendarum legum, quod Papæ, omnibusque Episcopis & Conciliis vult ademptum, sibi arrogauit & vsurpauit, non solum in rebus Ecclesiasticis: verum etiam in ciuilibus. Ædidit enim eodem anno diuersos suarū legū libellos Teuthonicos. Vnū de formula baptizandi: Alterum de institutione cultus diuini, Tertium de communi fisco. In quē deputabat

Vocem pastoris audire & sequi, nō iudicare debēt. Vocem autē alienorum nec audire nec sequi debent vere oues Christi.

Fures & latrones hæretici sūt: Nō ij, qui ordinarij & legitimi pastores cōstitutii sunt.

Leges Lut.

Liber de Cõmuni fisco.

primum sane fundos, & bona omnium Monasteriorum campestrium, Ordinis Benedictini (istercienſis, Cœleſtini &c. De quibus ait, melius fuiſſe, ſi nullum eorũ fuiſſet vnquam ſuper terrã: Cum autẽ iam ſint, optimum fore, vt interire ſinantur: aut ſi commode fieri queat, funditus & omnino tollantur. Deinde ſimiliter addicebat communi fiſco fundos & bona atq; etiam oppida Epiſcopatuum Collegiorumq; & Capitulorum, niſi forte magis placeret, ſæculares ex iis Principatus facere. Et vniuerſaliter omnes beneficiorum Eccleſiaſticorum prouentus cenſusq; & bona, eidem fiſco adiudicabat. Cæterũ Cœnobia fratrũ mendicantium, in ciuitatibus, iubebat conuerti in ſcholas puerorũ & puellarũ, aut in alios publicos vſus ciuitatis. In diſtributione vero, prima pars Paſtoris & Cõcionatoris erat, atq; Præpoſitorũ fiſci & cuſtodum templi. Altera Rectoris ſcholæ vtriúſq; ſexus. Tertia pro ſenibus & infirmis. Quarta pro Orphanis, Quinta pro plebe obærata, Sexta pro mercenariis aduenticiis, Septima pro ædificiis, Octaua pro coëmẽda ſiligine tempore fertilitatis. Cautũ præterea fuit, ne poſthac vllus admittatur Terminari⁹ Monachus, aut Stationarius, nullus aduentitius ſcholaris, nullus mẽdicus &c. Abſente tum procul in Hiſpaniis CAROLO Cæſare, celebrabantur Comitia Imperialia Nurenbergæ à Vicario Imperij, fratre eius Ferdinando, Archiduce Auſtriæ &c. In quibus ſane multus uariúſq; tractus fuit in negocio

Comitia Nurenbergæ habita.

gocio fidei. Nam & Adrianus Sextus, Roma, Pontifex, quendam eo miserat Archiepiscopũ, Frãciscum Cheregatum, virum disertum, cum plenissima instructione, & paterna oblatione ad mitigandos animos Germanorũ, ne prorsus à Sede Apostolica abalienarentur. Nam & ipse Germanus erat, & summa laude integritatis versatus fuerat in Aula Cæsaris, cui & fidelissimus extiterat Præceptor disciplinarum, non solum apud Germanos: verũ etiam apud Hispanos, quos & rexerat, dum abesset procul in Germaniis Hispaniarum Rex Catholicus, Cæsar. At quanto benignius sese offerebat Pontifex, tanto ferocius agebant Lutherani. Quippe Luther⁹ ipse vbi vidisset Breue Apostolicũ Adriani (quo is à Lutherismo dehortabatur Christianos, vt erat vir doctissimus ac summus Theologus) conuitiosissimum in eum ædidit libellum. Et reliqui Lutherani maxime quiritabantur cõtra abusus Ro. Curiæ, de quibus tamen abolendis, Põtifex ipse benignissime omnem operam suam vltro pollicitus fuerat. Proposuerant quidem Imperij Principes quædam Grauamina, quibus inique grauari videretur Natio Germanica, nõ solum à Curia Romana, verum etiam ab Episcopis & Prælatis Germaniæ: Et proposuerant ea non modo Nurenbergæ in Comitiis, verum etiam Vuormaciæ prius coram Cæsare. At Lutherani omnia ad sinistram & inimicam intentionem suam detorquentes ac de-

Liber Centũ Grauaminũ Germaniæ.

prauantes, sumpta inde occasione, ædidi-
runt librum tum Latine tum Germanice, cui
Titulum fecere. Centum Grauamina Ger-
maniæ. In quibus sane recensendis non so-
lum maligne in odium Papæ & Cleri om-
nia exaugebant, & in peiorem partem in-
terpretabantur: Verum etiam impie plæris-
que antiquissimis Cæremoniis Ecclesiæ, qui-
bus Episcopi & Clerici in suis functionibus
rite vtuntur, derogabant, & abrogatas vo-
lebant. Atque vt odium in Papam adhuc
magis adaugeretur in populo, adiunxerunt
etiam summas omnium Annatarum, quas to-
tius orbis Episcopi, loco primitiarum, sum-
mo Pontifici, in confirmatione sui, adnume-
rare solent vt longe grauissima exactio & infi-
nita prorsus pecunia videretur quotannis à
Papa exigi inique. Cumque Principes Nu-
renbergæ Imperiale promulgassent Edictum,
vt contra nouitates Lutheranas Concionatores
vterentur probatis Ecclesiæ doctoribus, & receptis Euangeliorum expositionibus, Lutherus illud friuolo commento in partem suam trahens, ædidit libellum contra peruersores ac deprauatores Cæsarei Mandati. Ea sane ratione, eoque doli prætextu, vt populus existimaret, Principes in Edicto stare à parte Lutheri.

Acta

Acta & Scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXIIII.

OBierat iam diem Papa Adrianus Sextus: vir Germanus & vitæ priuatim integerrimæ, qui cum audiisset, ac certis testimoniis comprobata accepisset, præclara & merita & miracula Beati Bennonis, Misnensis olim Episcopi: retulit eum solenniter singulari Sedis Apostolicæ autoritate, in numerum Diuorum. Cuius rei sollicitus maxime erat eiusdem Ecclesiæ, Misnensis Episcopus, Ioannes à Schleinitz, vir nobilis iuxta piúsque & eruditus, ac itinerum laborumque tolerantissimus: Qui ope & consilio pij ac maxime Orthodoxi Principis, Saxoniæ Ducis Georgij, ossa & reliquias Beati Patris, Bennonis iam Canonizati, venerabiliter in maxima populi frequentia, ex terra & vetusto tumulo in altum subleuauit, ac annuum eius memoriæ festum Autoritate Apostolica instituit. Ea igitur celebritas & fama pietatis antiquæ, maxime obscuratura videbatur barbaricas Lutheri nouitates. Vnde factum est, vt ira inuidiáque accẽsus, cõuitiosissimum simul & impiissimũ ædiderit mox libellũ Lutherus, cui Teuthonice hũc dedit Titulũ. Aduersus nouũ Idolum, & antiquũ Diabolum, qui Misnæ exaltandus est: Festinans nimirum, vt suo libello populos ab ea deuotione auerteret. Sed frustra pium ac inclytũ cœlicolam oppugnauit impius & infamis Terri-

Canonizatio S. Bennonis.

Celebris populi cõcursus in die S. Bennonis.

gena. Tanta enim populi frequentia & fui tunc, & quotannis eo die, quo S. Bennonis re liquiæ solenni Apotheosi sublimitatæ sunt, co solet, vt Deus ipse videatur pia populi simplici tate ac deuotione, irridere ipso facto stultos & impios versuti & verbosi Apostatæ conatus. Nam Misna vix Decẽ Miliaribus distat à Vuit tenberga: vrbs vtráque ad ripam Albis posita, nobilissimis Principibus claritatem accepit hæc à Marchionibus Misnæ, quorum maximus numerus ibi sepultus requiescit: Illa à Ducibus Saxoniæ, vt Electori Saxonico propria sit. Et eo itaque opere Dei Lutherus, si non esset im pia rebellione prorsus obcæcatus, merito con syderare deberet, se frustra calcitrare contra stimulum, cum tot habeat in propinquo etiam ex rustica plebe aduersarios perpetuo. At vir temerarius, inani fiducia plenus, vane spe rabat, se pestilenti conuitiorum libello auersu rum ab ea celebritate populum. Mille igitur mendaciis detractionibúsque suggillabat, non solum vitam miraculaque Bennonis: verum e tiam pium factum Papæ Adriani, ac probatissi morum retro sanctorum pietatem, Gregorij Se ptimi, & Thomæ Aquinatis: non timens, historiæ veritatem vbique peruertere. Etenim Sanctum Bennonem calumniabatur, quod adulatus fuerit contra Cæsarem Henricum Quartum, Gregorio Papæ septimo, eíque adhæserit inique contra ius & fas, & in omni scelere adiuuerit illum. Quid ergo (inquit) ex-

Blasphemiæ Lut. in sanctos Dei.

altant

altant nunc Misnenses? Multiplicem latronem & sanguinarium, causam omnis calamitatis in Germania, hostem Euangelii, ac socium Antichristi, cui adhæsit, eiusque iniquitatis particeps factus est. In Gregorium vero Papam septimum, cui multa est laus in vera historia, hanc ferebat ex solio Vuittenbergensi sententiam, Quod contra Imperatorem Henricum Quartum egerit, velut proditor & nequam: quod filium contra Patrem concitauerit: quod in excommunicatione illum moriri dimiserit, idque totum fecerit propter temporales opes pompasque & potentias. At satis constat ex historiis, illum Gregorium ab Imperatore inique vexatum, obsessum atque eiectum fuisse, & in exilio diem obiisse, longe ante obitũ Henrici Quarti: atque etiam ante dissidiũ, quod inter patrem & filium post in Imperio exortum fuit. Cæterum cum Adriani sexti vita sic esset apud Germanos laudibus celebrata, vt citra eorum offensam vituperari non posset: aliis cauillis eius autoritatem & famam labefactare conatus est. Ait igitur in eodem libello. Primum vt à summo exordiamur, pulchre contigit, vt Sathan iste Misnensis exaltaretur per Papam Adrianum. Quanquam enim audio de illo Adriano, quod fuerit splendidæ ac laudatę vitæ, fuit tamen (vt huiusmodi hypocritæ solent) pessimus hostis Dei & eius verbi. Propter ipsum duo admisit homicidia Bruxellis duosque martyres

Calumniæ in Adrianũ PP. VI. & in S. Thomam.

Christo parauit, ac eos ignorãs nolensque
sanctos exaltauit. Et post pauca. Agitur hic
modum Papaliter, Quemadmodum & Co
stantiæ in cõcilio actum fuit, vbi Ioannes H
& Hieronymus Pragensis, damnati & ex
sunt, vere sancti filii & martyres Dei. Contra
ro Thomas Aquinas, fons & sentina omnis
reseos, errorisque & extinctionis Euangelii
cut indicant libri eius) exaltatus fuit: Ita & n
nc facere oportet Magistrum Adrianum. Ve
sanctos, Ioannem & Henricum, exusit Bru
lis: nunc contra exaltat Bennonem, imo ipsu
met Diabolum. Singulare Ro. Pontificum o
cium est, oportet eos ita agere, veros sanctos i
terficere, falsos sanctos exaltare: verbum Dei
nare, suam propriam doctrinam confirmare,
deinde dicere, Totum fieri in honorem Dei
sanctorum eius &c. Cæterumad huiusmodi en
calumnias grauiter ac erudite respondit Teu
honice Hieronymus Emser, qui & vitã B. Ben
nonis longe prius elegantissme descripserat
bro Larino, antequam Lutheri nomen fuisset
bi cognitum. Et Adrianum Papam à Lutheri ca
lumniis vindicare poterant verba omniũ Prin
cipum, & Statuum Imperii, quæ Nurenbergæ
Comitiis responderant Nũcio Apostolico: Nẽ
pe, quod nouerint illum ex nobilissima Germa
nica natione originem traxisse & natum esse, ei
usque eximias ac præstãtes animi & corporis do
tes virtutesque, toto fere orbe, etiam dum in mi
noribus fuisset, celebratas, iãpridem perspicuas

Dilutio Calumniarum.

habeant

habeant &c. Mortuo autem Adriano Papa, post longam in conclaui consultationem, electus est Iulianus de Medicis, Agnatus Leonis X. Florentinus, Cui inditum est nomen CLEMENTI Septimo. Qui cum audisset, Imperialia Comitia rursus celebrari Nurenbergæ, transmisit eo insignem inter Cardinales, integritate sapientiaque & eruditione virum, Reuerendissimum Dominum Laurentium de Campegiis Bononiensem: Qui post obitum vxoris suæ, ex Academia Bononiēsi, vbi Patri suo Clariss. Iurisconsulto, in publica Iuris professione successerat, Romā euocatus, mox Auditor Rotæ factus fuit, & breui sic ĩter cæteros Rotæ Auditores sciētia & probitate emicuit, vt dignus videretur, qui in arduissimis Papæ negociis mitteretur in Germaniam ad MAXIMILIANVM Imperatorem. Apud quem ita se gessit, vt eius fauore fieret primum Episcopus Eltrensis, deinde & Ro. Ecclesiæ Cardinalis. Is igitur nō solum Papæ, viro alioqui prudentissimo, verū etiam toti Cardinalium cœtui, quorum iudicio nihil exactius habet orbis: aptissimus vno omnium voto visus est, vt mitteretur Legatus de Latere, non solum ad Germaniam, verum etiam ad Vngariam & Bohemiam, Nam vltra eruditionem multamque, & longam rerum experientiā, habebat etiam familiarem cum plærisque Germaniæ Principibus notitiam, & amicitiam. Ille ergo Roma egressus Calendis Februarii, per Italiæ vrbes iter faciens, ac-

Card. Campegius Legatus Clementis VII.

Aduentus Legati ad Comitia Nurenbergæ.

honorificentissime vbique exceptus, Bononiæ in patria sua (vbi & Episcopus erat) diebus aliquot substitit in domo paterna, & Missam solenniter in Cathedrali Ecclesia celebrauit, præsente maxima populi multitudine. Vbi vero Germaniæ fines attigisset, acceptis Principum et Nurenberga literis, properantius ad illos perrexit. Cumque illuc peruenisset, obuios quidem extra portam habuit omnes fere Principes (nam vnus aut alter mala ualetudine retinebatur) Germaniæ, simul cum ipso Imperatoris locum tenente, Archiduce Austriæ Ferdinando. Verum ab illis benigne admonitus, vrbem illam non eo habitu intrauit, quo solent Legati Apostolici Cardinales, propter circumfusam plebem Lutheranam, quæ assiduis concionibus à suis Prædicatoribus, concitabatur in odium & contemptum Papæ totiusque Cleri. Ne igitur in summo honore despectui, risuique fieret per habitum sollennem, &, illi populo insuetum, communi habitu, quod per syluas & campos ierat, per mediam vrbem vsque ad hospitium suum, cui nomen erat Aureæ Cruci, inter conducentes Principes processit, sine Clero & sine præuia cruce. Clerus nanque, qui occursurus illi conuenerat in æde Diui Sebaldi, retentus est ibi clausis valuis, ita vt ne videre quidem illum potuerit intrantem. Posteaquam datus ei fuerat Senatus & confessus Principum in Curia vrbis, gemina ibi oratio habita est: Vna ab Episcopo Scarensi, Ordinis minorum, Italo Potentia-

Duæ orationes ad Principes.

no

no, viro disertissimo, qui in comitatu & familia Legati erat: Altera ab ipso Legato, qui summa grauitate, post captatam ex paterno Papæ erga Nationem Germanicam affectu, suoque in Germanos multiplici officio & obsequio, beneuolentiam, orabat Principes & Ordines Imperii, vt gliscenti Lutheranæ factioni, quæ machinaretur non modo religioni & Sedi Apostolicæ, verum etiam vniuersæ Reipublicæ legibus bene constitutæ, vltimum exitium: fortiter obsisterent, serio contrairent, ac efficaciter Papæ Cæsarisque sententias exequerentur. Se pro antiqua erga ipsos beneuolentia & diuturna cum Grmanis familiaritate, præstitutum omnia pollicebatur, quicquid honeste à Sede Apostolica impetrari possit: maxime quantum ad Nationis grauamina spectaret, modo darent ipsi operam vt extincta hæresi Lutherana, crudelissimis Turcarum conatibus bellisque & irruptionibus potenter obuiari queat. Post paucos deinde dies, aduenerunt item à Rege Vngariæ & Bohemiæ Ludouico, cui nupta erat soror Cæsaris Maria, Oratores, qui in publico Principum Legatique Apostolici conseſſu, eruditam quidem, sed flebilem ac supplicem habuere Orationem: qua lachrymabiliter orabant & obsecrabant Principes & Ordines Imperii, vt Regi Regnoque Vngariæ in extremo periculo constituto, contra Turcarum impressiones, opē ferrent. Quia Vngari diuturnis bellis fatigati & exhausti, non sufficerent amplius suis tantummodo

Tertia ad eosdem per Oratores. Regis Vngariæ.

viribus, tam potenti hosti resistere. Post habitas orationes multa deliberatio Principum, varisque tractatus, totum Quadragesimæ tempus ibi desumpserunt. Tandem vero decretum est communi Principum Statuumque Imperii consensu, vt per intercessionem Cardinalis Legati, consentiente item Cæsare, summus Pontifex quàmprimum indicat liberum & Generale Concilium in Germania celebrandum, per quod dissensio Lutherana sopiatur, radicitusque tollatur: Interim vero, vt scire posset vnusquisque, quid agere aut crederedebeat, alia indicerentur Comitia, mox post festum S. Martini Spiræ habenda, propter quæ, vt eo efficacius salubriusque in iliis agi ac decerni posset, vnusquisque Principum ac Statuum Imperii, doctis in sua ditione viris id curæ & negocii committeret: vt ex Lutheri libris aliisque nouis doctrinis, bonum à malo seligerent, ne bonum cum malo pariter supprimeretur, atque etiam grauamina Germanicæ Nationis, quæ inferuntur ei tum à Sede Romana, tum ab Ecclesiasticis Germaniæ quàm diligentissime expenderent, atque ad tolerabilem modum redigerent. Cunque instructio Cæsaris, quàm Oratori suo Ioanni Hannardo inter Secretarios suos supremo, ad principes & Status perferendam tradiderat, instanter deposceret, vt Edictum Vuormaciense, quod consensu omnium communi promulgatum fuerat, efficaciter demandaretur executioni, factisque approbaretur, non solũ verbis: Additum est in Decreto Nurenbergensi, vt omnes Principes

ac Status Imperii, Editum illud, quantum eis possibile sit, exequerentur, eique & obedirent & conformarent sese. Præterea de ope Regi Vngariæ contra Turcas ferenda, cum summa & ineuitabilis posceret necessitas, vt Turcæ conatibus in tempore, & quàm primum potenti manu resisteretur: decretum fuit, vt iuxta notulam contributionis generalis, vnusquisque Principũ & Statuum, eum quoque articulum summa deliberatione expenderet, vt de eo pariter concludi ac efficaciter in proxime futuris Comitiis Spiræ decerni possit. Dum vero Nurenbergæ consisterent Principes & Status Imperii, grauis & periculosa facta est in Germania Nobilium coniuratio, autore, Francisco de Sicking quem ad res nouas impellebant seditiosis suggestionibus Apostatæ, præsertim Oecolampadius & Bucerus, Monachi vxorati & excucullati, vt sub Euangelii defensandi prætextu, Ecclesiasticorũ principatus & bona occuparet. In dixit itaque bellũ Archiepiscopo Treuerẽsi, sed ita vt mox post missas ad eũ literas hostiles, armato exercitu subsequeretur atque vnũ ex oppidis eius inuaderet, quo capto, protin' ad mœnia Treueris, ciuitatis Metropolitanę, exercitũ rectà duxit & admouit. Et nisi Archiepiscopus ipse opportunè in ea tum vrbe fuisset, & sua industria (vt erat vir prudens, ac laborum tolerans) omnes illi aditus præclusisset, actum fuisset, nõ modo de ciuitate illa: verum etiam de toto illo Archiepiscopatu: Immo de omnibus vt mul-

Coniuratio Nobiliũ per Franciscũ de Sic King.

Obsidio. Treueris.

torum erat metus) Episcopatibus Collegiis & Monasteriis Germaniæ. Nam ex vrbis illius direptione, totus eius exercitus ditari potuisset, ac mox innumera seditiosorum turba, ad illius famæ odorem se illi coniũctura fuisset: haud secus, atque solent corui & vultures ad cæsa congregari cadauera. Cæterum vbi primus irrumpentis impetus est fortiter ab Archiepiscopo pressus, additus est obsessis animus & propugnandi alacritas, vt nulla deinceps obsidentibus esset spes vrbis potiundæ. Intra paucos itaque dies, dum frustra obsideret vrbem, & vicinorum Principum auxilia metueret Franciscus, obsidionem soluit, exercitumque inglorius dimisit. Archiepiscopus vero, cum fœdus iniisset cum Duce Bauariæ Ludouico, Comite Palatino Rheni, Principe Electore, & cũ Principe Philippo Lantgrauio Hassiæ, quorum vtrique non contemnendis pollebat viribus opibusque, & cæteris ad bellum necessariis rebus: ut ei vlciscereturiniuriam opem illorum implorauit. Tres itaque principes isti, coniunctis in vnum viribus, primum profecti sunt per Francofordiã vrbem Imperialem (quæ super Mogonum fluuium pontem habet lapideum, operose constructum) aduersus Hartmannum à Croneberg. Cuius munitissima arx, in edito colle sita, cũ suo iecto oppido eiusdem nominis, nempe Croneberg, non multum vltra Germanicũ miliare vnum, à Francofordia distabat. Is enim Hartmannus, vir pulcher, fortisque & opibus florens, quum

Oppressus bello & arce sua exutus Hartmanus à Croneberg.

quum literis libellisque à Luthero illectus in se-
ctam, sanguine item & familiaritate Fracisco cõ
iunctus, aduersus Archiepiscopũ Treuerensem
palam auxiliatus illi fuisset: dignus visus est, qui
primus daret pœnas. Verum vbi vidit Principes
illos magno cum apparatu belli, cum curribus
& equitibus peditatuque, & magnis Bombardis
aduentare, relicto in arce valido præsidio, clam
aufugit. Principes igitur admotis machinis &
Bombardis, cœperunt horribili fragore ferreos
globos eiaculari è Bombardis magnis & oblon-
gis, quibus validissime quatiebantur & muri
& petræ: adeo, vt sonitus ille etiam Franco-
fordiæ in ædibus ciuium exaudiretur. Obses-
si autem, videntes se neque viribus resistere,
nec vim fragoris & oppugnationis diu susti-
nere posse, pacti vitam, tradiderunt arcem,
qua tradita, incolumes dimissi sunt. Per eum er
go modum pulcherrima est exutus possessio-
ne bonorum auitorum Hartmannus ille, quam
Hassiæ Lantgrauius in hodiernum usque diem
obtinet. Cæterum iidem tres Principes im-
petum belli conuersuri erant in Cardinalem
& Archiepiscopum Mogontinum, non quod
ille vllam bello causam per sese dedisset: sed
quod Nobiles nonnulli, qui officiales & stipen-
diarii eius erãt, Frãciscũ adiuuissẽt cõtra Treue-
rẽsem. Ne tamẽ temere bellũ ei inferri videre-
tur, cõuentũ est vtrinque, vt Frãcofordiæ prius
res per colloquiũ discuteretur. In quo sane tra-
ctatu, excusata quidẽ fuit etiã ab aduersariis ip-

Tractatus de pace Trium Principum. cũ Cardinale Moguntino.

ſiuscardinalis perſona, tanquã per ſeſe innocens ab omni culpa. Verũ incuſati fuerũt Nobiles aliquot: vtpote Frobenus ab Hutten, Curię Archiepiſcopalis Præfectus. Caſparus Lerchus Marcalcus, & quidam alii. Quin etiam de Capitulo Maioris Eccleſiæ Moguntinæ nonnulli Canonici habebãtur ſuſpecti, quod conſilio & auxilio Franciſcum illum adiuuiſſent. Niſi igitur Cardinalis & Archiepiſcopus Moguntinus reos illos dederet, trium Principum arbitrio puniendos, fore dicebant, vt ei bellum inferretur. Dum autem ſuper ea re conſultaret Cardinalis & Franſciſcus, qui nondum profligatus, ſed adhuc potens erat, magna polliceretur auxilia: Quemadmodum & alii Nobiles, atque etiam frater eius Germanus, Dominus Ioachim, Marchio Brandeburgenſis, Princeps Elector &c. Qui omnes ſuadebant, bellum potius ſuſcipiendum eſſe, quàm faciendum iuxta voluntatem illorum trium Principum: ipſe Cardinalis, qui pacem maxime amabat, vt humani ſanguinis effuſionem præcaueret, maluit vel innocens pecuniaria pœna mulctari, quam bello experiri fortunam. Conuentum eſt igitur poſt varias interloquutiones, vt propter damna, per Franciſcum auxilatoreſque eius Treuerenſi Archiepiſcopo illata, Cardinalis numeraret XXV. Milia aureorum, Nobileſque eius & veniam peterent de auxilio iam præſtito, & bona fide promitterent, ſe de cætero nullũ Franciſco aduerſus Treuerẽſem, cõſiliũ auxiliumue præſtituros. Quod

cum recusarent facere illi, relicti sunt arbitrio suo. Cæterum Cardinalis non poterat eos cõtra pacis pacta retinere apud se. Alii vero Principes habuerunt illos pro hostibus. Itaque Lantgrauius Hassiæ in itinere, quo domum reuertebatur, vi occupauit arces & oppida Domini Frobeni ab Hutten, Equitis Aurati, Magistri Curiæ Moguntinensis: viri alioqui prudentissimi, ac magnæ tum autoritatis, tum opulentiæ: Qui postea in tumultu rusticorum, multa enituit virtute, ac bona sua recuperauit. Instabat autem iã hyems, quæ sua asperitate prohibebat, vel castra metari in campo, vel obsidere arces aut oppida. Tres itaque principes aduersus Franciscum confœdarati, dimisso exercitu, domũ redierunt, vt primo Vere rursus in arma conuenirent. Fauerat gratiose Francisco princeps Elector, Palatinus Rheni, multis retro annis: Atque etiam interposuit se, velut sequestrum & arbitrum pacis, inter Archiepiscopum Treuerensem & Franciscum illum. Verum vbi vidit Franciscum æquas pacis conditiones recusare, suisque viribꝰ auxiliisque nobilium confidere plus ęquo, relicto eo, cœpit adiutare partes Archiepiscopi. Cœpit igitur inde labare fortuna Francisci, qui ad eam vsque diẽ multis successibus bellicis clarus habebatur. Nam grauissima intulerat damna Hassiæ lantgrauio, dum puer esset ille, patre adhuc infans orbatus: & vrbem Metensem obsidens, florentissimam ciuitatem ad dispendiosas pacis conditiones coegerat, multisque aliis formidabilis

Gesta Francisci de Sicking.

extiterat. De quo scripserat occulte ad Vlric
Huttenum suum Lutherus, se plus confiden
erga illum gerere, maioremque in eo spem ha
bere, qnam habeat in vllo sub cœlo princip
Dolens ergo Lutherus Francisci aliorumqu
Nobilium, qui maxime Euangelici dicebantur
casum: nactus ex Decreto Nurenbergensi cau
landi occasionem, furiosissimis cõuitiis in Prin
cipes, vindictæ libidine, debacchatus est, Etem
ædidit libellum Teuthonicum, cui hunc in fro
tispicio dedit titulum. Duo Cæsarea mandata,
discordia & contraria ad Lutherum spectantia
Intus vero in libello premisit Epistolam adom
nes Christianos Germaniæ, & eam vsque adeo
atrocem, vt in modum rabidi canis, irasci ac lea
haliter (si Deus permisisset) mordere videretur.
Post quam, ceu præfationem quandam, subiun
xit Edictum Vuormaciense, cui mox adiunxit
Mandatum Nurenbergense, quod scriptum fu
it ad Comites à Mansfelt. Ad cuius finem rur
sus euomuit in Principes, quicquid in præfatio
ne reliquum iræ suæ fecerat. Ait igitur in præfa
tione. Hæc Duo Imperialia Mandata imprimis
curaui, ex magna compassione super nos mise
ros Germanos, si forte Deus per hoc Principes
quosdam & alios tangere dignetur, vt palpare
ac sentire possint (nõ enim opus est videre, por
ci & asini videre possent) quam cæce ac obsti
nate agant, Turpe quidẽ est, Cæsarem & prin
cipes manifeste mendaciis niti: at turpius est, e
os simul ac semel contraria ædere mandata, si
cut

Seditiosa scripta Luth in Principes.

Luth. contra duo Mãdata Imperialia.

cut hic vides, vbi præcipitur, vt mecũ agatur iuxta Edictum Vuormaciense: contrarium nihilo minus mandatũ recipiatur, vt in futuro Conuẽtu Spirensi primum tractetur, quidnam boni & mali sit in doctrina mea. Hos certe oportet esse ebrios ac væsanos Principes. Et infra. Boni principes (inquit) & domini, uos nimium festinatis mecum, homine paupere & vnico, ad mortem: & vbi hoc factum fuerit, iam vicistis. Si autem haberetis aures, quæ audirent, aliquid rati vobis dicturus essem. Quid si Lutheri vita apud Deũ tanti æstimetur, vt nisi viueret, nullus vestrum vitæ aut dominii sui certus foret, eiusquo mors omnium vestrum calamitas fieret? non iocandũ est cum Deo. Pergite modo alacriter, occidite & exurite, ego non cedam, si Deus vult: hic sum & vos perquam amice rogo, cum occideritis ne me suscitetis iterum, ac denuo occidatis. Deus dedit mihi, vt video, negotium non cum rationalibus hominibus, sed Germanicæ bestiæ debent me occidere, si dignus sim, perinde ac si lupi aut porci me dilaniarẽt. Item. Et si occiderint me talem facturi sunt necem, quam nec ipsi, nec filii eorum, superare poterũt. De quo eos mallem præmonitos, & certe eis non opto, sed nihil prodest. Deus excæcauit & obstinauit eos Et rursus. Vere vere præ manibus est infortuniũ quoddam, & ira Dei inualescit, quam vos non effugietis, si sic perrexeritis. Quid vultis boni Domini? Deus vobis nimis prudens est, statim effecerit vos stultos. Nimis item potens est, sta

tim

tim vos interfecerit. Pars vna eius Dicte dicitur. Deposuit potentes de sede. Hoc vobis nunc dictum sit, boni domini, si non attenderitis. Hæc ille in sua præfatione. In peroratione vero adhuc vehementius seditiosiusque in illos inuectus est. [In fine (inquit) oro omnes pios Christianos, vt dignẽtur simul precari Deum pro eiusmodi miseris & excæcatis Principibus, quibus nos Deus tribulauit in magna procul dubio ira: Ne sequamur eos, ad proficiscendum aut ad contribuendum contra Turcas. Quandoquidem Turca decies & prudentior & probior est principibus nostris, Quid huiusmodi fatuis contra Turcam prospere succedat, qui Deum tam alte tentant & blasphemant? Hc enim vides, vt miser mortalis vermiũ seu tarmiorum saccus, Imperator, qui vitæ suæ nec vno ictu oculi certus est, impudenter se iactitat verum & supremum Catholicæ fidei defensorem. Et infra. De his cõqueror ex imo cor de cunctis probis Christianis, vt mecum commisereantur super eiusmodi stolidos, fatuos, insanos, furiosos & amentes Moriones. Aliquis decies potius mortuus esse deberet, quã tales blasphemias & contumelias Diuinæ Maiestatis audire. Immo promeritum est præmiũ, quod persequuntur verbum Dei: ideo debent sic palpabili cæcitate puniri ac impingere. Deus nos ab ipsis liberet, aliosque nobis ex gratia det Regentes Amen. Hæc est irati Lutheri conclusio. Lutheranis autem ciuitatibus non adeo displicebat

Conuitia in Principes.

Conuitium in Cæsarem.

Nurenbergense Decretum. Nam cum multos haberent Concionatores disertos, linguarũque peritos, sperabant, vbi res in examen deduceretur, eos scripturis præualituros esse. Mense igitur Iulio congregati Spiræ Oratores imperialium ciuitatum, quorum magna pars Lutheranæ erat sectæ: Decretum illum explanando, sic inter sese decreuerunt, vt liberæ ac imperiales ciuitates: eæ præsertim, quæ apud se haberent sacræ scripturæ honestas, doctas, expertas ac intelligentes personas, ipsis summa diligentia committant, vt super punctis & articulis, nostram sanctam fidem Christianam tangentibus: & iis præcipue, qui summe ad malum intellectũ disputabiles sunt: fideliter ac cum diligentia considentes debite perpendant, suamque consultationem in scriptis offerant Senatui, qui eam suis Oratoribus ad futurum conuentum Imperialem destinãdis tradat, vbi omnibus oĩm ciuitatũ cõsultationibus in vnum collatis, vna ex omnibus cõmunis fiat consultatio, qua ibi vtãtur. Hinc operosa scripturientium Apostatarũ diligentia, suas in vrbibus passim iactabat lucubrationes, per quas vincẽdi essẽt Papistæ indocti. Interim tamẽ & Principes, iuxta Decreti tenorem, suis Theologis præcipiebãt, vt Luthericos libros diligẽter examinarẽt. Hinc illi Quingẽti articuli, quos I. Cochleus ex 36. sermonib. Lutheri excerptos cõfutauit, vt breui opusculo illo Pricipib. indicaret, quãta foret dãnabiliũ articulorũ sylua, si ex omnib. Lutheri scriptis, rigido examine, in-

Decretum ciuitatum Lutherarum spiræ.

vnum volumen colligi deberent : Cum tanto numerus eorum , ex paucis breuibusque & popularibus sermonibus collectus sit , & iuste reprobatus . At vero Imperator CAROLVS, in Hispaniis tunc degens , vbi accepisset Decreti Nurenbergensis exemplar, suoque consilio prudentissimo cuncta mature ac diligenter expendisset : mox rescripsit Principibus & Statibus Imperii Epistolam , bene quidem longam: sed multo acerrimam , grauitatisque & autoritatis plenissimam. Qua non modo Decreti formam reprobauit & reiecit , verum et iam conuentum Spitę habendum, modumque tractandi, seuerissime ĩhibuit. Sic enim inter cætera ibi ait. Cũ que nos in proximis Vuormacię habitis Comitiis, in Principum Electorum aliorumque Principum , & omnium Ordinũ sacri Romani Imperii, generali cõgregatione , vnanimi illorum consilio, scitu et consensu, Lutheranam doctrinam ac hallucinationem, velut hæreticam, maligam ac venenosam, sub magnis grauibusque mulctis & pœnis , publice denunciari ac interdici , omnesque præterea scripturas librosque Luthericos, posteaquam à Sanctitate Apostolica iure ac ordine Christiano legitime reprobati ac damnati fuissent, deleri atque comburi curauimus : Vos & cõmunes Status in nouissimis Nurenbergæ actis Comitiis, solum propter iniuriosos & conuitiosos Lutheri libellos, indecorasque Impressiones & picturas, ordinationem proposuistis atque dedistis, eam vnicuique, quã

Epistola Caroli impe. ad Principes cõtra Decretũ Nurenbergẽse.

tum

tum ei obseruare possibile sit, imposuistis: Quasi nos in priorib. nostris Mandatis & Edictis aliquid noui, onerosi, aut iniqui proposuerimus ac constituerimus, & non facilius æquiusque foret, in prioribus antiquis, laudabilibus Catholicisque ritibus & ordinationibus permanere, quàm ita alienos ac inauditos abusus acceptare ac tenere. Et infra. Quod autem vos & Status pariter, tanquam pro vobis ipsis proposuistis, ac decreuistis ad proxime futurum diem S. Martini, in nostra & imperij vrbe Spira, generalem ac vniuersalem Germanicæ Nationis cõuentum celebrare, atque in eo uias, media, & ordinationes considerare ac proponere, qualiter, quibusque modis & formis, cum cultu diuino, aliisque Ecclesiasticis officiis & Ordinationibus, constitutionibúsque & cõsuetudinibus agendum seruandumque sit, vsque ad futurum generale Cõcilium: Vt interea periti sacrarum literarum, aliæque eruditæ personæ, quicquid fidei non consonum, sed contrarium videatur, in scriptis compræhendant, dubiaque & alia pro viribus determinent. Talia nos neque possumus neque volumus vllo pacto vel admittere vel permittere, Sed sicut nos, tanquã defensorem ac Protectorem Sedis Apostolicæ, in primis decet ac conuenit, maxime præcauere, ne Dei omnipotentis ac sanctitatis Apostolicæ iram & indignationem per hoc in nos concitemus. Quanta enim iniuria, contumeliáque & dedecus sanctæ, diuinæ ac Catholicæ Ecclesiæ

Inhibitio Diætæ Spirensis.

irrogaretur, si pius Dei timor & obedientia e modo læderetur ac minueretur, vt Germanica Natio sola, quæ hactenus timoratissima iudicata est: quæ & Catholicæ Ecclesiæ mandata constitutionesque obedienter continue obseruauit, tale quid præsumeret ac moliretur, quod omnes alij Principes Christiani, simul cum ipso Papa, neque incipere neque intendere auderent? vt diuinas ac laudabiles Catholicas ordinationes, consuetudines, constitutiones ac ritus, qui tot annis hactenus in tota Christianitate, in solatium omnium fidelium animarum & hominum, perfecte ac sine contradictione obseruati sunt, reiiceret ac aboleret: A quibus sane nullus vnquam recessit, quem iustum Dei iudicium ob hoc nõ grauiter punierit. Quamuis inhumanus & impius Lutherus illis præsumat solus obsistere, ac dulci suo veneno, quantum queat, inficere, atque in anima & corpore perdere mortales, seque per suam astutam malitiam coram hominibus magnum & conspicuum reddere. Et rursus. Cum igitur nos (inquit) ex supra memoratis aliisque bene fundatis rationibus, eiusmodi vestram & communiũ Statuum intentionem, actionémque velut iniquam cognoscamus, comperiamusque, nisi id in tempore præueniremus ac prospiceremus, quantum damni, abusionum, turbationum, seditionumque in vniuersa Christianitate, præsertim vero in Germanica Natione, inde sequi possit: petimus à vobis, & iniũgimus vobis, sub

Grauissima prohibitio.

iura-

iuramento, quo vos nobis ac sacro imperio estis obstricti, & sub vitando crimine læse Maiestatis: sub nostro & imperij Banno ac Rebãno: sub priuatione item ac destitutione omniũ gratiarum ac priuilegiorũ, quæ ab Antecessoribus nostris Romanis Imperatoribus ac Regibus, à nobis quoque & sacro imperio obtinuistis: Ad hęc, sub pœnis, in nostro Imperiali Edicto propter hoc Vuormaciæ ædito, contentis: Ex imperiali potestate serio mãdantes, vt vos ab illo nostro Mandato & Edicto nulla via aut forma discedatis, nihilq; contra illud agatis aut faciatis, sed illud, quantũ possibile ad vos spectat & attinet, omnino ac simpliciter obseruetis & exequamini: Præsertim vero in prædicta Statuum intentione, de Concilio aliisq; disputationib⁹, declarationibus & interpretationibus, quæ Catholicam fidem concernũt, nequid vllo pacto, absq; Apostolicæ Sanctitatis nostraq; aut Generalis Concilij autoritate, ordinatione ac admissione, attentetis, agatis, aut peragatis: sed id totũ in proximum generale Concilium, quod sanctissimi Patris nostri Papæ autoritate & cõsensu, vt dictum est supra, indici debet ac indicetur, differatis, atque in his omnibus vos exhibeatis obedientes: Quemadmodum iuxta conscientiam obligationémque vestram, Deo Omnipotenti, Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, Apostolicæ Sanctitati & nobis tanquã vestris, à diuina prouidẽtia præordinatis, Superioribus capitibũsq; facere tenemini, & quàm clarũ vo-

bis est, nostram & Imperij grauem indignationem ac supradictas mulctas & pœnas cuitare. Hæc serio dicta volumus. Data in vrbe nostra Burgis in Castilia. XV. Die Iulij, Anno &c. XXIIII. Imperij nostri Romani Sexto. Hæc Cæsar Teuthonice. Cum autem dissoluto Conuentu Imperiali Nurenbergæ, Legatus Apostolicus ob securitatem cum Sereniss. Principe & infante Hispanię, Austriæ Archiduce &c. FERDINANDO, fratre & locum tenente Cæsaris, inde abiisset Stutgardiam, ibi ambo communicatis consiliis particularem quorundam Principum Conuentum Ratisponæ celebrandum instituerunt ad certum diem, nempe Natalem Ioannis Baptistæ. Conuenerunt itaque illuc die præfixo: personaliter quidem Cardinalis Campegius, Legatus de Latere, cum Archiduce & locum tenente prædicto. Item Matthæus Cardinalis & Archiepiscopus Stalzburgensis, Duces vtriusque Bauarię Illustriss. Principes, Vuilhelmus & Ludouicus: Bernardus Episcopus Tridentinus, Ioannes Administrator Ecclesiæ Ratisponensis: Natalibus Palatinus Rheni, & Dux Bauariæ. Per Oratores vero & Consiliarios suos, pleno mandato instructos, comparuerunt hi Episcopi. Vuigandus Bambergensis, Georgius Spirensis, Vuilhelmus Argentinensis, Christophorus Augustensis, Hugo Constantiensis, Christophorus Basiliensis, Philippus Frisingensis, Sebastianus Brixinensis, & Ernestus Administrator Parauiensis, supra-

Dieta particularis Ratisponæ.

pra-

pradictorum Ducum, Vuilhelmi & Ludouici fratres Germanus. Hi sane omnes pio fidei Catholicæ zelo accensi, vt Lutheranæ factioni efficacius resistere possint, vltronea confœderatione sese constrinxerunt atque etiam corroborauerunt. Antequam igitur acre illud Cæsaris Rescriptum in Germaniam venisset, immo & antequàm factum fuisset, Principes isti vltro cõcluserunt ac decreuerunt, ante omnia, vt Cæsaris Edicto Vuormaciensi obediretur. Deinde, vt Euangelium interpretaretur iuxta eorum, qui ab Ecclesia probati & recepti sunt, expositionẽ patrum: Vt concionari nemini liceat in Ecclesia, nisi ei qui ab Ordinario loci, aut eius Vicario seu Officiali, examinatus prius sit & admissus: Vt in sacratissima Missa Sacramentorúmque administratione, & vniuersaliter in Catholicæ Ecclesiæ Cæremoniis, Ieiuniis, Orationibus, oblationibus, cæterisque ritibus antiquis, nihil immutetur: Vt sacerdotum Monasticorúmque illicita coniugia prohibeantur & puniantur, Vt Typographi nihil excudant, nisi rite prius examinatum ac probatum. Atque inter alia multá, insigni prouidentia & seueritate constituerunt, vt filij subditorum suorum, qui Vuittenbergæ literis operam darent, intra tres Mẽses inde auocarentur, & studendi gratia illuc nõ redirent, sub pœna amissionis omnium beneficiorum & hæreditatum: Nec ad ullum deinceps beneficium Ecclesiasticum, in terris suis vllum Vuittenbergæ Studentem admitterent,

Decretũ Ratisponense Catholicum.

neque in Gymnasiis suis vlli lectioni præfic rent. Item, Ne quis Lutheranum, quem aliqu eorũ ob excessus & demerita, pscripsit, in ter suis recipiat: sed proscriptus ab vno, ab omni habeatur proscript⁹. Deniq; vt si quis eorũ o ista vllã à subditis suis rebellionẽ aut seditio nem pateretur, reliqui ei forent auxilio & con silio. Legatus præterea Apostolicus, cum in telligeret Laicorum animos grauiter offend improbis Clericorum abusibus & perditis mo ribus, hæresimq; Lutheranam non paruam in de habuisse occasionem: egit cum Principibus illis, vt ex Consiliariis suis delectu quodam de putarent viros expertos, qui articulatim consig narent excessus & defectus, scandala item de abusus Clericorum Germaniæ. Ipse quoq; ex suis in eum delectum deputauit Ioãnem Coch læũ, quo & interprete vtebatur in iis, quæ Ger manice proponebantur. Insignem itaque ex o blatis per Delectum articulis, fecit ac promul gauit Constitutionem, qua remoueret abusus, vitãque reformaret Clericorum, quàm & reli qui Principes gratam ratamq; habuere. Dux insuper Saxoniæ Georgius, Princeps per om nia Catholicus, cum accepisset Mandatum Cæ saris signatum, simul cum Edicto Vuormatiẽ si, publicauit vtrunque per omnem ditionem suam: seuerissime præcipiens cunctis subditis suis, vt Cæsaris Edicto & Mandato in omni bus punctis & articulis parerent, atq; etiam a certime comminans, se omnem ibi transgres-

Cõstitutio Legati, pro reformatione Cleri

Edictũ ducis Saxoniæ Georgij.

sionem

sionem vlturum esse. Est enim Princeps, non modo pius & religiosus, verumetiam Cæsaris & amantissimus pariter & obseruantissimus, Exemplo gloriosæ memoriæ Patris sui, Ducis Saxoniæ ALBERTI, quo non alius fuit Maximiliano Cæsari, huius Cæsaris auo, in bellis aut vtilior aut fidelior: maxime in prima illius iuuenta, quando filio suo vnigenito, Principi Philippo, Imperatoris nostri parenti, adhuc paruulo armis recuperaret prouincias auitas, quas Francorũ Rex, mortuo clarissimo ac bellicossimo Principe CAROLO, Duce Burgundiæ, materno eius auo, Cæsarisque nostri Proauo, inique occupauerat: priusquã nuptias cum filia eius vnica, MARIA celebrasset Maximilianus ille, Friderici III. Imp. filius.

Dux Saxoniæ Albertus.

Cæterum soluto Conuentu Ratisponensi, frater Cæsaris, Princeps Ferdinandus, & Legatus Apostolicus, per Danubium secundo flumine descenderunt inde in Austriam. Viennæ aliquandiu residentes, vbi Princeps longe vltra iuueniles annos maturus & seuerus, disertus item & ingeniosus, fratris sui, Cæsaris, Edictum quàm animosissime est exequutus: In duobus præsertim hæreticis, Iacobo Peregrino, presbytero Parauiensis Diœcesis, & Casparo Taubero, & Viennensi: Quorum vtrunque de hæresi Lutherana suspectum, conuictum & confessum, ac legitimo iuris processu condemnatum, per viros eruditos, tum Theologos tum Iurecõsultos, ad reuoca-

Executio Edicti in hæreticos Viennæ.

tionem & pœnitentiam clementer induxit. Vbi vero ciuis ille in hæresim, quam publice abiurauerat, recidisset, vltimo affectus est supplicio. His enim verbis reuocationem suam ipse Teuthonice concluserat.

Reuocatio Caspari Tauberi.

Cum igitur ego, Casparus Tauber, aliquot libros à damnato hæretico Martino Luthero æditos, contra Imperiale Edictum, & contra Clemẽtissimum Principis mei Domini Ferdinandi mandatum retinuerim, atque etiam proprios ipse tractatus perscripserim, & in iisce multas iniurias & scandala, multiplicesque hæreses & errores damnatos complexus fuerim: Quibus & ego & alij Christi fideles, sub Euangelij colore, ab omni obedientia, tum diuina tũ alia, ad omnis generis mala & temeritates, cõtra Deum animarúmque nostrarum salutem seducti fuimus: voueo & promitto, me de cætero, quoad vixero, eiusmodi damnatos libros, seu magnos seu paruos, nunquam lecturum aut retenturum, nec supradictos errores, omnesque damnatas hæreses prædicaturum, disseminaturum, defensurum aut asserturum esse. Si vero ista transgressus fuero, tunc iuxta formam iuris, ego à sæculari potestate, tanquam cõuictus hæreticus, puniar. Hoc totum confiteor in conspectu Ecclesiæ his literis, quas ego manu propria subscripsi. Lutherus autem, vt alia quoque ratione plebem & sibi cõciliaret, & Principibus infensam redderet, scripsit Teuthonice libellũ, De negociatione & vsura. In quo sane, permulta

Luth. contra Mercatores.

multa recensuit grauamina Germaniæ à nimia Mercatorum auaritia, vt videretur plebi & patriæ amantissimus, & publicæ vtilitatis erga populum communem studiosissimus: Sed eo tendebat popularis auræ captator, & seditionum machinator nequissimus, quo plebem egenã fortius in Principes, propter Mercatorum grauamina, tanquam in socios furum & lucrorum iniquorum participes, concitaret. Sic enim ibi inter multa alia decernit. Reges (inquit) & Principes deberent hic attendere, & secundum ius strictum talia prohibere. Sed audio eos habere ibi & caput & partem. Atque euenit iuxta dictum Esaiæ 1. Principes tui facti sunt socij furum. Interim vero fures, qui florenum vnũ aut dimidium furati fuerint, suspendunt, & negociantur cum illis, qui totum mundum spoliãt, & plus furantur, quàm omnes alij: Vt verbum illud permaneat verum. Magni fures, paruos fures suspendunt: Et sicut Romanus Senator Cato dicebat. Priuati fures iacent in turribus & carceribus: Publici vero fures incedunt in auro & serico. Quid autem Deus ad hæc tandem dicet? Ipse faciet sicut per Ezechielem dicit Principes & Mercatores, vnum furem cum altero conflabit in vnum, sicut plumbum & æs: Quẽadmodum cõburitur vrbs aliqua, vt neq; principes neque Mercatores amplius sint, Sicut timeo, iam ante fores esse, &c. Rursus vbi alia ei daretur occasio, quantumuis impudens leuisq; & inhonesta alium ædidit libellum Teutho-

Contra Principes.

Eras. lib. 4. Apoch.

Ezech. 27.

Lut. de quadã Moniali profuga.

nicum, Cui iste erat titulus. Factum quoddam, quomodo Deus quandam honestam Monialē eripuit: Cum epistola quadam M. Lutheri ad Comites à Mansfelt. Contigerat sane in oppido illorum Comitum, cui nomen est Islebē, vbi admodum insigne erat sacrarum virginū Monasterium, vt quædam Florentina, Lutherico fermento infecta, respiceret retro in mūdum, diceretq; occulte vni ex cognatis suis, se nolle diutius in Monasterio degere: quia status illi naturæ conditioniqúe suæ contrarius esset. Illam ad Abbatissam detulit: Abbatissa vero multis admonitionibus eam erudiens, cū nihil proficeret, posuit eam captiuam. Cum vero altera, quæ captiuæ curam agebat, semel ianuæ claudendæ oblita fuisset, Florentina clam se proripuit è Monasterio, atque ad Lutherum confugit. Cum autem Abbatissa & verbis & literis quereretur illam esse perituram, profugamque ac voti fracti ream: Lutherus ædidit libellū, quo probaret maximum fuisse miraculum Dei, per quod illa esset ex inferno erepta. Hæc sane sunt eius verba, in Epistola præliminari ad Comites, sub quibus & ipse natus erat. Non dubito (inquit) incredulos, vbi de hac Florentina audierint, eam mirabiliter à Deo éreptam esse ex faucibus Diaboli: Quosdam, qui Monialiū statum existimant bonum, dicturos esse, Diabolus iuuit eam, vt exiret: Alios, qui nec Deum, nec Diabolū multifaciunt, dicturos esse, Ecce, nūquid miraculum est, vt Monialis aliqua excurrat

Isleben patria Luth.

Miraculum Lutherium, si Monialis excurrat.

rat

rat è Monasterio? Ita euenire oportet. Quando autem tumultuans quispiam spiritus peregrinationem aliquam institueret, faceretq; vnum ex miraculis, de quibus Paulus ait 2. Thess. 2. Homo peccati per falsa signa & prodigia veniet. Aut quando Diabolus sineret se cruciari aqua benedicta, & fingeret se in ea magnam patiangustiam: Quemadmodũ nuper hoc anno quodam in loco factum est: hoc oporteret esse miraculum Dei. Nos autem, qui Euangelium iam scimus, & veritatẽ agnoscimus gratia Dei: neq; debemus, neq; audemus eiusmodi miracula, quæ ad confirmandum Euangelium fiunt, illudq; promouent, sic dimittere. Et infra.

In Principes pro refugis.

Quid facitis (inquit) vos Principes & Domini, vt homines ad Deum compellatis absque eorum voluntate? tamen hoc non est vestri vel officij vel potestatis ad faciendum. Ad externam probitatem compellere debetis: Sinite vota vota esse, Sinite præcepta præcepta esse: Attamen Deus ea non vult, nisi voluntariè & cum iocunditate obseruentur. Ipse dicit, Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Nonne hoc satis clarum est, Bone Deus? Patrem trahere oportet, & homo vult compellere. Quod Deus non conatur, id miser vermis vult conari, idque per quendam aliũ inuitum facere, quod ipsemet facere non potest. Non vultis cogi ad Euãgelium nostrũ, quare ergo nos compellitis ad vestrum? Cum insuper omnes scholę, tũ vniuersales tum particulares, vt vocantur, per Lu-

Sacra scriptura, Canones q; & leges iubẽt seruare vota, Quis est Lutherus, vt prohibeat?

Solitudo in scholis.

theri Euangelium in Germania euacuarentur, ac fœda imminutione & solitudine sua ingens vbique in vrbibus dedecus parerent: male audire cœperunt ob id Lutherani: Quorum nonnulli eò dementiæ prolapsi fuerant, vt vellent solum Hebraica Germanicáque lingua vtendum esse, eliminatis Græcis & Latinis. Quidam vero & illas contemnerent, afflatum sancti spiritus sibi arrogantes: Lutherus, vt eam inuidiam à se suisque in Vniuersitates & in Monachos retruderet, scripsit Teuthonice libellum generaliter ad omnes Senatores, omnium Ciuitatũ Germaniæ, pro erigendis scholis Christianis. In quo sane libello mox à principio multis laudibus iactitat suos conatus suamque doctrinã vbique prævalere & increscere, inuitis & frustra repugnantibus Tyrannis, vt omnes intelligant Dei opus esse, non Lutheri. Inter cætera enim multa vanæ gloriæ verba, sic ait. Sim ego qualiscunque, vere tamen coram Deo cum vera conscientia gloriari possum, quod in hoc non quæ mea sunt quæro, quæ tacendo possem multo melius acquirere: sed ex corde fideliter intendo & vestrum & totius Germaniæ bonũ: In quod me destinauit Deus, siue credat siue nõ credat quisquis velit, idque charitati vestræ libere ac cõfidẽter dixerim. Quisquis obedierit mihi, is procul dubio nõ mihi, sed Christo obedit. Et qui mihi non obedierit, is non me, sed Christum contemnit. Ego enim scio vtique & certo sum, quid & quorsum ego loquor aut doceo.

Iactantia Lutheri de seipsio

ceo. Vnusquisq; itē bene per se sentiet, si doctri
nam meam recte voluerit intueri. Et infra. Nō-
ne præ oculis est (inquit) quod nunc intra trien
nium sic institui potest puer quispiā, vt in XV.
aut XVIII. ætatis suæ anno plus sciat, quam ha-
ctenus omnes Vniuersitates & omnia Mona-
steria sciuerunt? Immo quid didicerunt hacte-
nus in publicis Gymnasiis & Cœnobiis, quam
vt fierent asini, stipites & trunci? Quispiam XX.
aut XL. annis studuit, & tamen nec Latine nec
Teuthonice loqui sciuit, vt taceam turpem ac
sceleratam vitam, in qua nobilis iuuentus tam
miserabiliter perdita est. Verum quidem, est an
tequam velim Vniuersitates & Monasteria per
manere, sicut hactenus fuerūt, vt nō alius mo-
dus docendi ac viuendi pro iuuentute accepta-
retur: mallem omnem puerum esse mutum, ac
nihil vnquam discere. Seria enim intentio pre-
catioque ac petitio mea est, vt hæc Asinorū sta-
bula, ac dæmonum Gymnasia, vel in abyssum
demergantur, vel in Christianas scholas com-
mutentur. Et post pauca. Inspiciamus (inquit)
priorem miseriam nostram & tenebras, in qui-
bus fuimus. Arbitror Germaniam nunquam
antea tantum de verbo Dei audiisse, quantum
nunc. Certe in historiis nullum de hoc reperi-
tur vestigium. Quod si illud sic sine gratia &
honore transire sinimus, verendum est, ne ad-
huc horrēdiores tenebras plagasque patiamur.
Chari Teuthones, emite, dum pręforibus sunt
nundinæ: Colligite, dum lucidum est cœlum &

Calumnia in Vniuersitates

Iactantia de verbo dei, verbum Dei non reuertitur vacuū. Esai. 55.

Verbū Luthe ri omnem fructum bonum euacuat.

aura serena: Vtimini gratia & verbo Dei, dum adest. Hoc enim scire debetis, verbum gratiamque Dei esse imbrem transitorium, qui non reuertitur, vbi semel fuit. Neque nos (inquit) impedire debet, quod aliqui gloriantur de spiritu, & scripturas parui faciunt. Aliqui etiam, vt fratres Vualdenses, linguas non existimant vtiles. Sed bone amice, spiritus huc spiritus illuc, Ego quoque fui in spiritu, atque etiam vidi spiritus (si omnino de propriis gloriandum est) forte plus quam illi ipsi adhuc intra annum videbũt, quantuncunque etiam gloriantur. Et spiritus meus etiam in aliquo se ostendit, cum tamen spiritus eorum in angulo sit tacitus, & nõ multo plus faciat, quam vt gloriam suam iactitet. Eadem de re ad Rigenses quoque Liuoniæ populos scripsit, grauissime conquestus de Germanorum socordia, quod non dent iusta nouæ suæ doctrinæ prædicatoribus stipendia, qui antea Papistis tam larga & ampla dederint perniciosæ doctrinæ salaria. Nunc vero, quando Deus nobis mittit, bonos fidosque & doctos homines, qui ad disciplinam castitatémque & verbo & opere promouent, & per diuinum coniugium fornicationem minuunt: Ad hæc, omni studio nobis & in corpore & in anima seruiunt, veramque nobis ad cœlum viam demonstrant, illos relinquimus: & quos omnibus impensis a finibus mundi adducere deberemus, eos tractamus in eum fere modum, quo diues homo pauperem Lazarum tractabat.

Iactantia de spiritu.

Querela de paruis stipendiis.

ctabat. Vbi vero accepisset, Henricum Sudphanum, Apostatã Ordinis Augustiniani: qui quondam in Cœnobio sui Ordinis Antuerpiæ Prior fuerat, & ad Bremẽses propter relapsum & perfidiam profugus venerat: à Diedmaris (alij Thietmarsos vocant) Daniæ vicinis populis exustum esse, Lamentabilem scripsit Epistolam ad Bremenses, qui ab illo peruersi, à suo in fide & religione deficiebant Archiepiscopo, & toto ciuitatis suæ Clero. Historiam vero in hæc verba exorsus est.

Henrici Sudphani Apostatæ exitus.

Anno Domini M.D.XXII. Henricus Sudphanus Bremam venit, non vt ibi concionatorem ageret: sed quod in animo habebat Vuittenbergam proficisci, tanquam Antuerpiæ à Tyrannis propter Euangelium expulsus &c.

Vera Historia de illo Henrico.

Sed tam vere descripsit eam passionem Lutherus, quam vere ille beatus Martyr est: homo Apostata, vir inutilis, immo perniciosus, qui ore peruerso gradiens, omni tempore iurgia seminabat, inter Laicos & Clericos: primum Antuerpiæ, Deinde Bremæ, nouissime Meldorpiæ apud Thietmarsos, vbi tandem voti fracti, perfidiæque & periurij sui pœnas iusto Dei iudicio dedit. Antuerpiæ enim propter hæresim Lutheranam comprehensus, eam publice & reuocauerat & abiurauerat, ac paulo post relapsus, vltimo afficiendus erat supplicio, nisi effracto carcere aufugisset. Nam & reliquos Cœnobij sui fratres ita infecerat Lutherico fermento, vt nulla esset remedij spes:

Vnde & solo æquatum esse ferunt totum illud Monasterium.

Acta & Scripta Martini Lutheri, Anno Domini. M. D. XXV.

Dissidiũ inter Luth. & Carolstadiũ.

TRuperat iam in apertas inimicitias dissimulata æmulatio inter Lutherum & Carolstadium: Quorum hic aliquid, ille totum esse volebat, vterque vanæ gloriæ cupidus ex æquo. Præstabat ingenio, facũdia, stylo que Lutherus: Carolstadius rude ingenium suum, velut cotem duram, multo studio atque labore sic excoluerat, vt Luthero ipsi semper visus sit magnus & eruditus Theologus, antequam in quibusdã aduersari cœpisset. Etenim tantus apud Vuittenbergenses erat, priusquam aduersaretur, vt vetitas & sacrilegas nuptias eius summo studio ac maxima celebritate promouerint ac decorauerint. De quibus & propriam confingebant Missam, quam & in lucem ædere non sunt veriti, Cuius sane introitus sic habet.

Missa propria de nuptiis Carolstadij.

Dixit Dominus Deus, non est bonum, hominem esse solum: faciamus ei adiutorium, simile sui.

Versus.

Adhæ ebit homo vxori suæ, & erunt duo in carne vna.

Oratio vero seu Collecta sic.

Deus qui post tam lõgam & impiam sacerdotum

dotum tuorum cæcitatem, .·. Beatum Andræã Carolstadium ea gratia donare dignatus es, vt primus, nulla habita Papistici iuris ratione, vxorem ducere ausus fuerit: Da quæsumus, vt omnes sacerdotes, recepta sana mente, eius vestigia sequentes, eiectis concubinis aut eisdem ductis, ad legitimi consortium thori conuertãtur. Per dominum nostrum Iesum &c.

.·. Beatum quo nihil mi serius paulo post visiũ est.

Prosa item seu Sequentia sic.

Prosa de Andræa Carolstadio.

Deus in tua virtute Andræas Carolstadius gaudet & lætatur thalamo copulatus.

Piscatio Episcopi ipse primum factus piscator est vxorum.

.·. Fornicatores seu seruos fornicationũ.

Sacerdotes :. Pornolatras diu ad normam reduxit matrimonii.

Is legibus ius Romanum tuis Deus victor strenuus subiugauit.

Consilium Pauli tui sequens, & iam bonum se ostentans coniugem.

Mirantibus inuitisque Papistis, vxorem quę sitam ædibus nuper suis intulit.

Atque magno decore sacerdos inscripsit titulos coniugatus Domine.

Illum sacerdotem vere tuum credimus.

Christi filii tui atque fraterculum.

Nos ergo concubinis nostris grauati te Deus poscimus,

Vt illius, qui patres nostros sectatus antiquos tibi placet:

Nos imitatione gaudeamus in æternum.

Item secreta sic.

Sacrificium nostrum quæsumus Domine benignus suscipias, vt quod tuæ Maiestati in Andreæ Carolstadii nuptialibus primitiis deuote offerimus, eius efficacia à cũctis scortationis defendamur periculis. Per D.N.

Postremo Complenda sic.

Sint nobis Domine auxilio sumpti Sacramenti mysteria, & sicut Andreæ Carolstadii cõnubiali celebritate lætamur: Ita fac quæsumus, sacerdotum coniugia toto orbe fœliciter auspicentur, fœlicius succedant, & quã fœlicissime finiantur. Per Dominum nostrum Iesum &c.

Quam vana vero spes & nefaria precatio illorum, & quam infœlix fuerit earum nuptiarũ auspicium, ex subsequentibus planius intelligetur. Ferunt illum à vicino quodam Principe carnes ferinas ad nuptiarum celebritatem petiisse, qui mittere statuerit ei carnes asininas pro ceruinis, mactato & excoriato asino molit oris, cuius partes in frusta dissectæ, atque vasi inclusæ, pro ceruinis comederentur, donec aures & vngulæ asini in medio vasis reperirentur.

Cæterum absente in Pathmo conficta Luthero, Carolstadius Vuittenbergæ nitebatur re exequi quæcunque verbo doceret Lutherus. Sæuiebat itaque in sanctorum imagines, & in priscum Missæ ritum, vnde magnam nactus famam, ipsi Luthero pene par esse videbatur. Lutherus aũt ex Pathmo sua domum reuersus, inuidia tactus, vt famam illius obscuraret, facta eius publice pro concione reprobauit, illumque in conspectu

Inuidia Lutheri in Carolstadium.

ctu populi palam redarguit: Eo sane prætextu, non quod facta secundum se mala essent, sed quod non fuissent Principis autoritate attentata: Ille, cum esset facundia impar Luthero, coram populo confusus, eam iniuriam alta mente reposuit, nec vnquam postea ex animo Luthero fauit. Cum autem Vuittenbergæ, obstante Luthero, non posset opiniones suas vulgo communicare, abiiit tandem illinc Orlamūdam: Quod sane oppidum ad Salam fluuium situm, eiusdē erat Principis, cuius & Vuittenberga. Nactus ibi ex fauore populi scribendi libertatem, aperte reprehendit Lutherum, non modo de Missa & de Imaginibus: verum etiam de Sacramento Eucharistiæ. Lutherus id ægre ferens, Domi quidem per Vniuersitatem: In aula vero Principis per Georgium Spalantinum A secretis satagebat, vt Vuittenbergam reuocaretur Carolstadius, per iuramentum Vniuersitati præstitū vt prædicaret, prælegeret ac disputaret, iuxta officiū suū, sicut fecerat prius. Vbi vero ille cūctaretur, & per literas populi excusaretur, missus est ipse Lutherus ad oppida Principis sui ad Salā sitavt cōcionando auerteret, à Carolstadianis opinionibus eos populos. Cum autem parum proficeret, & multi ex plebe quoque in faciem ei resisterent, & contra Imagines ex veteri Testamento scripturas obiicerent: ipse per Iuniorem Principē, Ioannē Frideicū, qui erat filꝰ fratris Friderici Electoris, effecit tādē, vt cūctis Ducū

Gesta Carolstadii.

Proscriptio in eum per Lutherū procurata.

Hic princeps factus postea Rector, à Carolo Cæs. uictus & captus & est

Anno 1547

Reditus eius in Saxoniam.

Saxoniæ oppidis & finibus interdiceretur Carolstadio. Ille itaque proscriptus, miserrime cũ infœlicissima & illegitima vxore sua, inter turbas & seditiones tumultuantium in Franconia rusticorum vagatus, nunc Rotenburgi ad Tauberum fluuium latitabat, nunc ad maternos lares Carolstadium, Franconiæ oppidum Mogono adiacens, confugiebat, nusquam tuto consistens. Tandem vero cæsis vbique seditiosis rusticis, cum pessime audiret ac suspectus haberetur infœlix Carolstadius, tanquam autor seditionum, tumultuumque incentor, & rusticorũ ductor, eo necessitatis & miseriæ redactus est vt inimici sui infensissimi Lutheri opem implorare coactus fuerit. Qui sane, aucupandæ hinc gloriæ occasionem nactus, vt non solum verbo: sed & facto maxime Euangelicus uideretur, preces inimici sui exaudiuit, eiusque excusationem Teuthonicam per Typographos euulgauit, cui adiecit ipse præfationem. In qua non solum gloriabatur se suo summo inseruire inimico, sicut Christus docuit, verum etiam petebat, vt illius excusationi acquiescerent, tum Principes, tum populi: licet ipsemet eum antea æditis libris de seditione maxime suspectum reddidisset. Effecit præterea, vt pateret illi reditus in Saxoniam: Ea tamen lege, vt is suas contra Lutherum opiniones, neque verbo neque scripto, publice assereret. Ille igitur Vuittenbergam reuersus, cum præ pudore conspectus eorũ hominum, apud quos antea opibus honoribusque & dignitate

Miseria Carolstadii.

dignitate floruisset, ferre non posset: secessit in glorius in proximum oppidulum atque in circumiacentes villas: Vbi aliquandiu vitam miserrime sustinuit, factus ex Theologiæ Doctore & Archidiacono Vuittenbergensi, miser agricola & rusticus indoctus, qui arare nesciens, per inopiam arare cogebatur, equos habens indociles, quorum vnus hac, alter illac ante aratrum pergebat, aut procedente vno, stabat aut retrocedebat alter, cunctis risui atque etiam commiserationi esset arator vicinis. Quibus & vxor eius merito miserabilis videbatur, vt quæ ex Nobili familia orta ac nobiliter educata, pessimo exemplo & infœlicissimo auspicio nupsisset, contra ius & phas, sacerdoti, homini ignobili & alienigenæ, tot deinde modis infami, proscripto, inopi & abiecto, apud quem ne rustico quidē aut cibario pane saciari posset: Cuius maritum falsum falso in nuptiis beatum dixerant Vuitenbergenses, & præ omnibus grauissime accusauerat eum seditionis Lutherus non solum priuatim per literas: verum etiam publice per duos bene prolixos libros. In quorum priore sic ait. Etiāsi iamverū esset, & me credere oporteret, Doctorē Carolstadium non intendere neque cædes neque seditiones: attamen dicere me oportet, eum habere spiritum seditiosum atque auidum cædis, sicut Alstetensis · quadiu in violenta imaginum demolitione perseuerat, temerariumque vulgus ad se allicit. Et post pauca. At dixeris. Nō erit sic obstinatus, sinet se doceri, & ab hu-

Miseria eius vxoris.

Luth. contra cœlestes prophetas lib. 1.

Carolstadius sæpe monitus audire noluit.

iusmodi cæptis desistet. Quis? Doctor Carolstadius? Verba quidem pulchre scit dicere, & scriptis euulgare, quod velit doceri, ac melioribus acquiescere. Si autem serio intendit, ego aureus sum. Quando audiuit aut cessit vlli? Quoties monuit eum Philippus Vuitenberge, ne sic tumultuarerur cum Moyse, cum imaginibus, cũ Missa & cum Confessione? Cumque ego redirem, & contra eius Iconomachinam & Missi prædicarem, quare non destitit, nec auscultauit? Item Quando Doctor Iustus Ionas, & Dominus Theodericus de Billa, inter nos tractarent, quàm pulchre cedebat, seque moneri sinebat vt me etiam ad extremum citaret iudicium super Missa tumultuantium. & infra. Ista quoque causa non leuis est, quod cum cœlestibus conuersatur Prophetis, é quibus Alstetensis spiritus prouenit, vt constat: ab his discit, ad hos contũgitur: hi occulte serpunt in terra vagantes, & congregantur in vnum ad Salam, vbi nidificare intendunt. Impotens Diabolus nusquam vult proficisci, nisi ad loca nostra, vbi nos prius per Euangelium spacium & securitatem parauimus, & nostrum solummodo nidum vult defœdare ac perdere, sicut vpupã cum merula ludit &c. Et in Epistola Theunonica ad Argentinenses, Quod me (inquit) criminatur D. Carolstadius, quod expulerim eum, ferre possem, rem ita habere: vellem & bene, Deo volẽte, excusare. Gaudeo autem eum abiisse ex terra nostra: Opto quoque, vt apud vos non esset, eique consulendum

Id est Munceri secta

Cauẽdum à spiritu Carolstadii.

lendum fuisset, vt ab eiusmodi querela abstinuisset. Vereor enim ne mea excusatio eum per quam duriter sit accusatura, Caueat à fallaci illo spiritu, quisquis potest, hoc suadeo: hic nihil sub est boni. Mihi ipsi sane propemodum persuasisset Ihene, propter quandam scripturam, vt eius spiritum non commisceremem cum spiritu Alsterensi illo seditioso ac cædium auido. At, vbi venirem, Orlamundam, ad Christianos eius, Principũ iussu: bene comperi, quid seminis ipse ibi seminauerit, vt gauderem me non lapidibus & stercoribus eiectum fuisse, Vbi nonnulli ex eis talem mihi dabant benedictionem, Abscede in Mille Diabolorum nomine, vt collum frangas priusquam oppidum exieris, &c.

Furor & immanitas Tho. Muncri.

Turbulentissima vero fax belli seditionisque fuit Thomas Mũcerus presbyter, qui maiori væsania quam Carolstadius, Lutheri verba in opus deducere parabat. Quippe non solum imagines sanctorũ, sed etiam ipsa Templa & Monasteria diruere, Sacramenta penitus abolere, Episcopos presbiteros & Monachos occidere atque etiam Principibus omnem gubernandi potestatem eripere, conabatur. Homo sane in quietissimus iuxta & audacissimus, qui nullo de fatigatus labore, nullo absterritus periculo, longe lateque discurrendo seminabat discordiarum zizania: populum vndique concitans primo in Clerum, deinde & in Principes. Aperuit primum ipsi Luthero sua Consilia Vuitenbergæ, quæ cum ille non probaret

Luth. in epistola ad Duces Saxoniæ.

Munceruseua eius opidis eiectus fuit.

(vt affirmabat) alio conuersus, omnia tentauit donec simpliciores Turingiæ populos in omne pertraxit calamitatem. Antea tamen longe per multas discurrens prouincias, plebem concitauit, vbicunque ad concionãdum fuisset admissus. In plærisque autem locis, mox vt notabatur eius intentio pessima, eiectus fuit antequam occulta seditiosę machinationis scintilla in apertum prorumperet incendium. Sic eiectus fuit ex Praga Bohemię, sic ex Gutterbach oppido Marchiæ, sic ex Zuiccauia oppido Electoris Saxoniæ sic ex Hallis in Alpibus oppido Comitatus Tyroli, sic ex Alstet, vbi ficta fuerat Lutheri Pathmos. Nam cum ibi pastorale sibi usurpasset officium, Lutherus vehementer incusabat eius conatus, per Epistolam Teuthonicã ad duos fratres Saxoniæ Duces, atque effecit, tandem, vt inde pelleretur. Pulsus autem peruenit Mulhusen, oppidum Imperiale Turingię, atque ibi & in circumiacẽtibus pagis & castellis, tam ciues quam rusticos ad nefandissimas quasque impietates concionando Pertraxit: Nempe, vt abolerent omnem cultum diuinum, eiicerent Clericos & Monachos, spoliarent templa & Monasteria: diffringerent Imagines. Ciboria & Baptisteria: conculcarent diuina Sacramenta, aliaque id genus multa committerent dictu nefanda & piis auribus abominabilia. Nec iise facinoribus & sacrilegiis contenti, processerunt vltra ad opprimendas Potestates sęculares, ad rapienda bona aliena: ad subiugandos sibi Comites à

Gesta Munceri in Mulhusẽ

Stolberg,

Stolberg, à Suartzeburg, à Honsteyn, à Mansfelt &c. ad opprimendos Nobiles, ad diruendas arces &c. Operæ precium sane fuerit ipsiusmet impulsoris apponere tonantia ac sesqui pedalia verba. Sic ergo scripsit Teuthonice ex Mulhusē ad rusticos Turīgię. Purus timor Dei in primis. Chari fratres, quam diu dormitis Quam diu voluntati Dei non astipulamini, eo quod vobis videatur deseruisse vos? Ah quoties vobis dixi, quomodo esse oporteat. Deus nequit se diutius manifestare, stare vos oportet. Et post pauca. Cauete igitur, ne sitis meticulosi, negligentes: Nolite adulari diutius peruersis fatuis, impiis Nebulonibus. Incipite & bellate bellū Domini, tēpus est valde: Instruite omnes fratres vestros, ne diuinū irrideant testimoniū, alioqui omnes peribitis. Tota Germania, Gallia, & Italia in motu est: Magister incepturus est ludum, Nebulones perire oportet. Fuldæ in hebdomada Paschali Quatuor Monachorum Collegia deuastata sunt, Rustici in Klegau, Hegau, & Nigra sylua sunt in armis, Trecenta Millia, & tumultus fit indies maior ac maior. Id vnum timeo, ne stulti homines consentiant in falsam aliquam concordiam. & infra. Supra modum sūme summe nessarium est, Pergite Pergite. Nolite misereri, si bona verba vobis Esau proponat, Genesis 33. Nolite respicere calamitatem impiorum. Ita vobis supplicabunt benigne, flebunt, obsecrabunt, sicut pueri: Nolite misereri, Quemadmodum Deus per Moysen Deut.

Tonitrua & sesquipedalia uerba Mūceri

Mendacia eius.

Crudelitas animi.

7. mandauit, atque idipsum manifestauit & nobis. Sollicitate in Pagis & oppidis, præsertim Metallarios, aliosque bonos compotores pariter qui ad ista valebunt. Non oportet nos diutius dormire, &c. Imperiosissime præterea & iniuriosissime scripsit quibusdam Comitib. de Mãsfelt, seque iactitabat seruum Dei cum gladio Gedeonis contra impios. Fiebant ista Quarta hebdomada Paschæ, quo tempore diem sibi vltimum clausit Dux Saxoniæ Fridericus Elector. Cæterum frater eius Dux Ioannes, ad tanta facinora velut dissimulans aut desperans, cunctabatur. Patruelis autem eius, Dux Georgius, quam primum de tantis malis certior factus est, mox facinorosis turbis obuiam iturus, conscripsit exercitum, Equites & Pedites, ac tormentorum bellicorum vim ingentem. Vocauit insuper in auxilium quosdam Principes, Generum suum, Philippum Hassiæ Lantgrauium, Ducem Hericum Brunsuicensem, atque etiam Duos Electores, Moguntinum & Brandeburgensem, fratres Germanos. His omnibus vltimum imminebat exitium, nisi coniunctis viribus, festinanter seditiosas turbas aggrederentur. Nam & eorum rustici in rebellione & motu erant.

Apparatus belli contra rusticos.

Venerat Muncerus ex Mulhusen in Franc-Kenhusen, vbi collecti erant seditiosi, quos adeo iactanter confortabat in scelere, vt diceret, se omnes Bombardarum globos exceptum esse sine damno in manica sua. Verum longe aliter accidit. Principes enim quam pri-

Iactantia Munceri.

mum venerunt in conspectum seditiosorum, ita terruerunt eos, vt mox literas deprecatorias ab eis missas acceperint, In hæc verba. Nos confitemur Iesum Christum. Non sumus hic, vt nociamus cuiquam, sed propter diuinam iustitiã conseruandam. Neque sumus hic, ad effundendum sanguinem. Si vos quoque vultis idipsum, nihil mali faciemus vobis. Secundum hæc sciat vnusquisque quid agat. Quibus ita responsum est à Principibus. Cum vos ex deliberata iniquitate, ac seductoria doctrina falsi vestri Euangelii, multipliciter contra Redemptorem nostrũ Iesum Christum, cædibus, incendiis, variisque in Deum impietatibus, præsertim in venerabile Sacramentum, aliisque blasphemiis vos contaminetis: Ideo nos, tanquam ii, quibus à Deo gladius commissus est, hic congregati sumus, ad puniendum vos, tanquam blasphematores Dei. Nihilominus autem, cum arbitremur, plærosque miseros homines male ad hęc seductos esse ex Christiana charitate decreuimus, si tradideritis nobis falsum prophetam, Thomam Munczerum, simul cum complicibus suis, viuum foras, vosque dedideritis & clementiæ & indignationi nostræ, nos in hunc modum vos recipiemus, & ita geremus nos erga vos, vt iuxta qualitatem causæ, clementiam nostram intellecturi sitis. De his vestrum, petimus responsum festinanter.

Literæ rusticorũ ad Principes & illorũ responsũ.

Cædes rusticorũ in Franckenhusen.

Rustici vero Muncerum tradere nolentes cum præoccupassent collem extra oppidũ, tor-

mentorum ictibus inde pulsi, ad oppidum con fugiebant. Principes autem insequuti ac simul irrumpentes, oppidum ceperunt, trucidatis supra sex millia ruisticis, & alius seditiosis in eo prælio. Infœlix autem Muncerus, post prelium in lecto simulata ægritudine repertus, venit in manus Principum, missusque in propinquam eamque munitissimam arcem, Helderung, traditus est in custodiam Domino Ernesto, Comiti de Mãsfelt, viro pio & Catholico, cui miser minacissime paulo ante scripserat intra triduum. Principes autem belli reliquias persequuturi, duxerũt copias ad Mulhusen: quibus post prælium & Dux Saxoniæ Ioannes iam Elector, fratre mortuo se coniunxit. Ciues autem, videntes se viribus longe impares, emiserunt Oratores, quiim petrata venia, vrbem dederent. Principes vero non statim veniam aut impunitatem pollciti sunt, sed voluerunt ciues habere suæ clementiæ & indignationi obnoxios, iuxta qualitatem causæ singulorum. Quod audiens Munceri socius Monachus Apostata, cui nomen erat Fistulator noctu clam cum sociis 400. au fugit. Verum circa Isennacum compræhensus, reductus est vnde fugerat. Muncerus tamen longe melius clausit diem suum, quam Fistulator. Hic enim Apostaticè obduratus, sine confessione & contritione, tanquam bestia mortem ictu gladii suscepit. Ille vero magna fertur fuisse ductus pœnitentiâ summa deuotione & errores reuocauisse, & venerabile Sacramentum præuia confessione ritu

Exitus Munceri & Fistulatoris.

Catho-

Catholico, sub vna specie accepisse, priusquam ictum gladii subiret. Hic est Munceri exitus, & hæc præmia seditiosorum in Turingia. Luther rus vbi ista Vuittenbergæ accepisset, mox ædidit libellum Teuthonicum, cum isto titulo. Terribile factum & iudicium Dei in Thomam Mücerum, in quo Deus manifeste illius spiritum mendacii arguit ac damnat. Et in præfatione sic ait. Hic vides, quomodo iste cędium spiritus sese iactat, Deum loqui & agere per ipsum, eiusque esse voluntatem: & agit, perinde ac si omnia cum ipso sint victoriæ. Et antequam circumspicit, iacet cum aliquot milibus in luto. At si Deus per eum loquutus fuisset, id non contigisset. Deus enim non mentitur, sed firmiter tenet verbum suum. Cum igitur Thomas Muncerus fallat: constat, eum sub Dei nomine per Diabolũ, & locutum esse, & egisse. Hæc quidem vera est sententia, sed non minus in Lutherum, quam in Muncerum competit. Nam & Lutherus multa falso prophetauit, ac seipsum multosque alios fefellit. Et ne longe diuertamur, in hoc ipso negocio tumultuum & seditionum, persæpe inuentus est falsus vates & Pseudopropheta. Nam in ea epistola Teuthonica, quam inscripsit, Fidelẽ admonitionem ad omnes Christianos, pro seditione & rebellione præcauenda, sic ait. Quanquam non inuitè audio, Ecclesiasticos in eo stare timore & sollicitudine: Videor mihi tamen certus esse, nec vllus mihi metus est, de vllo tumultu aut seditione futura, ea præsertim, quæ

Verba Luthe ri in Mũcerũ iam interfectũ

Lutherus sæpe falsus pro pheta fuit.

penetret ac totam turbam inuadat. Et infra. Inspice (inquit) facta mea. Nonne ego Papæ, Episcopis, presbyteris & Monachis, solo ore absque omni ictu gladii, plus ademi, quàm illi hactenus omnes Imperatores, Regesque & principes, cum tota potentia sua ademerunt? Quare? Quia Daniel 8. cap. dicit, Hunc regẽ absque manibus conterendum esse. Et Paulus. Iste destruetur ore Christi. Ego vtique certus sum, verba mea non esse mea, sed verba Christi. Oportet igitur & os meum illius esse, cuius verba loquitur. Idcirco nõ opus est, petere corporalem sedi tionem, Christus ipse iam quandam incepit ore suo, quæ Papæ nimis grauis erit. Vide igitur, vt exerceas, & promoueas sanctum Euangeliũ: doce, loquere, scribe, & prædica, quomodo leges humanæ nihil sunt. Prohibe & dissuade, ne quis fiat sacerdos, Monachus, aut Monialis, & quisquis in eo statu sit, vt exeat: non præbe amplius pecunias pro Bullis, candelis, campanis, tabulis, templis: Sed dic, vitam Cristianam consistere in fide & charitate, & sine nos ista duos adhuc annos agitare: tunc videbis, ubi Papa episcopus, Cardinales, presbyter, Monachus, Monialis, campana, turris, Missa, Vigiliæ, cuculla, cappa, rasura, regula, statuta, & totum examen ac congeries Papalis regiminis maneat, Tanquam fumus euanescet. Hæc ibi. Sed falsus est vates iste. Iampridem enim abiit biennium, posteaquàm, ista scripsit, & per

Intentio ac diraspes tut. contra Eccles.

gratiam ac misericordiam Dei, manent illa adhuc omnia, vt ex proprio Lutheri iudicio intelligamus, os eius non esse (vt iactat) os Christi, qui vera loquitur & veritas ipsa est: sed potius os Diaboli, qui mendax est & pater eius, Ioan. Viii. Quod autem de corporali quoque seditione mentitus sit, ipsiiusmet verba declarent quibus in funere sui Principis Friderici Electoris vsus fuit. Sic enim ait. Communis querela omnium nostrum est, quod bonũ Principem perdidimus. Omnium vero pessimum est, quod caput hoc decipit, nunc præsertim his grauibus admirandisque temporibus, quando tota Germania in seditione est: vt timendum sit, nisi Deus præueniat, totam Germaniam deuastatũ iri &c. Sic & in primo libello de seditione rusticorum Sueuiæ, ait per calumniam ad Principes Primum inquit, nemini super terram possumus acceptam referre hanc calamitatem & seditionem, quàm vobis Principibus & dominis: præsertim vobis cæcis Episcopis, stolidisque presbyteris, & Monachis. Et quemadmodum falso prophetauit sibi victoriam: Muncerus ita false quoque prophetault rusticis victoriã Principib. cædẽ, Episcopis & Clericis exterminiũ Lutherus. Ait igitur in iam dicto libello, quẽ falso inscripsi Exortationem ad pacem, super XII Articulis rusticorum Sueuiæ: cum re vera esset potius dehortatio, à pace, ad bellum, & confortatio seditiosorum in scelerato proposito. Gladius (inquit) vobis Principibus super

Querela Lutheri de seditione.

Non minus mendax propheta fuit Luther quam Muncerus.

collum iam imminet, adhuc tamen putatis tam firmiter sedere vos in sella, vt nemo vos excutere possit. Hęc securitas & obstinata pręsumptio franget vobis collum, hoc videbitis. Ego vobis antea persæpe prædixi, vt caueretis ab illo dicto Psal, 104. Effundit contemptum super Principes: Vos ad hoc luctamini, & vultis super caput percuti, contra quod nulla iuuat admonitio nec vlla exhortatio. Cum sitis igitur causa huius iræ Dei, in vos procul dubio exundabit, si nondũ vos cũ tempore emendaueritis. Signa in cœlo, & prodigia in terra destinantur vobis, boni domini, nihil boni vobis portendunt, nullum quoque bonum vobis continget & paulo post. Hoc enim sciatis, boni domini, Deus ita procurat, vt non possint, nec velint, nec debeant, vestram Tyrãnidem diutius ferre. Oportet vos alteros fieri, & verbo Dei cedere. Si non feceritis amico volũtarioque modo, facere oportebit vos per violentiam perniciosamque deordinationem. Si non fecerint rustici isti, oportebit alios facere. & si omnes occideretis, adhuc tamen in occisi sunt, Deus alios exuscitabit. Vult enim vos percutere, & percutiet: Non sunt rustici, boni domini, qui se vobis opponunt, Deus ipse est qui se opponit contra vos, ad visitandam vestram Tyrãnidem, &c. Hæc neque minora, neque vaniora sunt, quàm quæ iactauerat Muncerus. De signis cœli prodigieisquę terre cõtra Principes, nihil dixit Muncerus, nec vsquàm dixit. Non rustici sunt, sed Deus ipse est, qui se

Minæ Lut. à signis & prodigiis.

opponit

opponit contra vos, ad visitandam vestram Tyrannidem. Quis ergo credat Luthero, iactanti se certum esse, quod verba sua sint verba Christi, & os suum os Christi? Sed adhuc multo impudentius egit paulo post, quando rusticos vbi que succumbere audiuit. Protinus enim contrarium ædidit in eos libellum, cui titulũ hunc fecit Teuthonice. Contra latrocinantes, tumultuantes ac homicidales rusticos, qui sub prætextu sancti Euangelij, fallaciter contra omnes superiores resistunt & insurgunt. Et in ipso libello inter alia multa sic ait. Debet igitur hic percutere, occidere, perfodere, seu clam seu palam, quisquis potest, & cogitare, nihil esse venenosius, nocentius magisue Diabolicum homine seditioso. Perinde atque si rabidus canis interficiendus sit. Si non feris eum, ferit te & totã prouinciam tecum. Et infra. Arbitror (inquit) nullum esse amplius in inferno Diabolum, sed omnes prorsus in rusticos ascendisse. Nam insania ista omnem & modum & mensuram excedit. Et rursus. Rustici non amplius iam pro Euangelio pugnant, sed palam facti sunt perfidi, periuri, rebelles, seditiosi, latrones, raptores, blasphematores. Item. Tam admiranda nunc sunt tempora, vt Princeps aliquis sanguinis effusione cœlum promereri queat, melius quam alij orationibus &c. Cui sane libello respondit protinus Ioannes Cochlæus, omnia in Lutherum ipsum retorquens ex propriis eius scriptis, quæcunque rusticis ille imputauit, qui cũ-

Crudelitas Lutheri in mãserè seductos & occisos rusticos.

cta ex libris eius didecerant, quæcunq; iniuri attentabant. Cum autem propter eam aspe ritatem & libellum vsque adeo sæuum & cru tum, male à plærisque audiret Lutherus: terti quoque de rusticis ædidit libellum. In quo mo obtendit minas, vt & ij pro seditiosis haberi de beant, quicunque dixerint, priorem suum libe lum nimis esse durum, aut quibus vlla sit erga occisos rusticos commiseratio, quibus Deus ipse nolit misereri. Iubebat igitur cauere vnú quenq;, ne quid mussitaret contra, alioqui mor in corde suo seditiosus haberetur, & capite plectendus esset. Pugno (inquit) eiusmodi blatere nibus respondendũ est, vt cruor è naribus pro rumpat. Nihil hic neque audire neque scire vo lo de misericordia, sed considerare, quid velit verbum Dei. Idcirco oportet libellum meum & esse & manere iustum, etiam si totus Mundus in eo scandalizaretur. Quid mea refert, si tibi displiceat, quando placet Deo? Ipse enim vult iram & non misericordiam. Quid tu igitur agis cum misericordia? Nonne Saul peccauit miseri cordia erga Amalec, quod non exequebatur i ram Dei, sicut ei mandatum fuerat? Et in fine. Velim (inquit) in pace dimitti: in me nemo lucrabitur, & rectũ permanere oportet quicquid ego & doceo & scribo, etiam si tot⁹ mũdus ob id dirũperetur. Quod si omnino mirabiles esse volunt, ego quoq; mirabilis ero, & video, vtet tandem recte sentiat. Mira profecto & miserabilis erat tunc Germaniæ superioris facies, in

audita

audita & irrecuperabilis calamitas, terror & tremor maximus, quando vno eodemq; tempore omnium fere Principum (qui Lutherico fermẽto minus caute ac nimis leniter & negligenter obstiterant) subditi, vel apertã intendebant vim vel occultam in corde rebellionem fouebant. Multa igitur Milia rusticorũ insurrexerunt in Sueuia, multa in Alsatia, multa in Franconia, multa in ripa Rheni, multa in Turingia, profligato vno cuneo, mox obiiciebatur alius. Antequã vero iustos conscriberẽt exercitus Principes, à tumultuãtibus turbis grauissima passim & vndiq; illata fuerũt dãna, in diripiẽdis diruẽdisq; Monasteriis, tẽplisq; & & arcib⁹. Et ĩtra vnũ mẽsem Maiũ, maiores clades cędesq; & vastitates passa est superior Germania, quã Decẽnali bello tũ à Gallis & Hispanis passa sit Italia. Scribit enim D. Conradus Vuimpina: vir grauius & eruditus, homo senex & Francus, in vna Franconia.·. deuastata esse Monasteria & Arces 293. Et vnus Lotharingiæ Dux Antonius, in vna Alsatia supra 26. Milia rusticorum occidit. Quot autem occidit Liga Sueuica multis in Sueuia & Franconia prœliis & conflictibus? Quot Elector Palatinus? Quot Marchio Casymirus? Quot alij? Nam longe aliud erat hic pugnæ genus, quam in iustis bellis esse solet, vbi Rex contra regem, aut Princeps contra Principem instructis ordinibus & aciebus pugnare solet. Hic enim rustica turba rei militaris ignara, inermis & inordinata proruens, aut in globum

Quanta turbatio tunc in Germania fuit.

.·. Seu Frãcia Orientali.

sese agglomerans metu, non tam pugnam qu cædem instructis Principum exercitibus obtulit. Vnde factum est, vt quam plurimi rusticorum cæsi fuerint: ex parte autem Principũ paucissimi. Quia neque dimicare, neque stare in prælio sciebant rustici.

Seditiones in ciuitatibus. Et non solum in rure, verum etiam in ciuitatibus multæ eo tempore oriebantur seditiones, vbi plebs in Clerum atque etiam in Senatum consurrexit: sed ita, vt non cædibus & armis ac vastationibus desæuiret, sicut desæuiebant rustici, sed impiis ac fatuis legibus, in gratiam noui Euangelij, suam exerceret temeritatẽ & insaniam. Verbi gratia. Francofordiæ ad Mœnum seu Mogonum, plebs, quã duo præcipue seditiosorum ductores, quorum vnus erat furor, alter furor, ad seditionem excitabant, inferiis Paschalibus magno impetu insurrexit, vndique ad arma concurrens, quando audiebat, nõ longe abesse rusticorum contra Archiepiscopum Moguntinum insurgentium cuneos, vt eo maiorem incuteret metum & terrorem tũ Clero, tum Senatui. Primus itaque seditiosorum concursus & impetus fuit in Monasterium Prædicatorum, citra tamen direptionem ac deuastationem vllam: vinum duntaxat ad bibendum imperiose postulatum est. Duo Decani, Fridericus Martorff ad S. Bartholomæum, & Ioannes Cochlæus ad B. Virginem, haud ignorantes, quam infensam in se præcipue haberent plebem: hic quidem quod in Lutherum quædã scri-

Fuga elapsi Duo Decani Frãcofordiæ.

ſcripſerat: ille vero, quod in Parochiali Eccleſia nouos Lutheranorum ritus non admitteret: aufugerunt priuſquam claudetentur portæ. Plebs vbi in apertam ſeditionem tranſiit, mox clauſis portis, nutu ſuo agebat omnia: Senatus nõ minus metuebat vim & bonorum direptionem, quam Clerus. In maximo autem periculo fuiſſent duo Decani, ſi remanſiſſent. Facto igitur in domos eorum impetu, vbi eos non repererunt ſeditioſi, in ſolum vinũ ira tranſiit, & Cochlæo quidem minus damni fuit illatum, eo quod mater eius decrepita, domi cum ſua ex filia nepte ſola derelicta commiſerationẽ promeruit anili eiulatu. Deinde regimen ſibi plebs arrogans, poteſtate Senatui abrogata, nouam conſtituit Curiam, in Ædibus & Curia S. Antonij. In qua XXIIII. ex plebe delecti, ſummam poteſtatem ac ius omne totius ciuitatis ſibi vſurpauerunt. Conſcripſerunt itaque XLVII. Articulos, quos pro legibus haberi volebant, nec à minis & terroribus deſiterunt, donec & à Clero & à Senatu conſenſum vniuerſalem extorquerent. Sed & abſentibus Decanis, minaciter ſcripſerunt, ni conſentirent & redirent intra proximum menſem, ſua amiſſuri eſſent ſacerdotia, aliis qui conſentirent conferẽda. Quibus ſane minis, ab altero, cui frater Germanus in Senatu erat, & quidem vir optimus, exortus eſt tandem cõſenſus. Cochlæus vero reſcripſit, ſe conſentire non poſſe abſque ſuperiorũ ſuorum conſilio & voluntate. Petebat igitur lon-

Minæ ſeditioſorum in illos Decanos.

giores inducias: non sane quod consentire vi quàm intenderet, sed vt iratæ plebis animos vi & spoliatione suspenderet, donec Deus aliis prouideret. Quod & paulo post factum est. Nam cæsis ac profligatis in Franconia rusticis, plebs Francofordiensis, per duos Principes Electores, Archiepiscopum Treuerensem & Comitem Palatinum Rheni, redacta est in priorem statum, reuocatis & cassatis cunctis temeritatibus, quas vane attentauerat: discissis item literis & sigillis, quas à Clericis inique per minas extorserat. Et eo tamen die Cochlęus Francofordiæ nunquam resedit amplius, sed exulans aliquandiu Coloniæ, post annum aliud, beneficio Papę, sacerdotium obtinuit Moguntiæ ad S. Victorē, vbi resedit pacificè, donec mortuo Emsero, in locum eius euocatus fuit in Misniam, à Pio & Catholico Principe, Saxonię Duce Georgio. Seditiosi autem ex plebe Francofordiensi, vt suo exemplo alias quoque plebes commouerent, descriptos suos articulos transmiserunt, non solum ad vicinam Moguntiæ plebem, verum etiam ad longius distantem Coloniæ populum: pium alioqui & religiosum: Vbi & per Typographos in multa exemplaria, vt disseminarentur latius, multiplicati sunt egregij illi articuli. Inter quos sane isti quoque habebantur veluti præcipui: Nempe, vt de cætero potestas eligendi & instituendi Pastores & Plebanos, esset apud Senatum ac plebem, qui purum verbum Dei & Euangelium sine humanis additionibus

Cōpressa seditio plebis Frācofordiæ.

Articuli 47. plebis Frācofordiensis.

nibus docerent. Item, Vt omnes Clerici cuncta portent onera ciuilia, in angariis, vigiliis, custodiis, vestigalibus &c. Item. Vt nulli Monachi amplius permittantur mendicare, prædicare, aut confessiones audire. Item, Vt de cætero, neque Monachus neque Monialis vlla, in eorũ Monasteria ibi admittatur aut recipiatur. Qui vero intus essent, exire possent quandocunque vellent. Item. Vt omnes census, de quibus non extent certe literæ & sigilla, aboleantur, & possessorio nomine nemo amplius obligatus sit. Item. Vt Ecclesiastica beneficia posthac, nõ externis aut Curtisanis, sed solis ciuium filiis cõferantur: & quæ ex iis necessaria nõ sunt, vt cẽsus & decimæ eorum tradantur in communem cistam, pro sustentatione pauperculorũ ciuũ, ne quis mendicet. Item. Vt omnes donationes ex testamentis, & aliæ Eleemosynæ, in communem cistam conferantur: abolitis cunctis Anniuersariis, Fraternitatibus, & Exequiis mortuorum in Ecclesiis &c. Huiusmodi ergo articuli, quos à Vuittenbergensibus didicerãt seditiosi, mox & Moguntiæ in Clerũ concitauerunt plebem, quæ in die S. Marci, peracta solenni processione, simili tumultu portas vrbis clausit, & Clero extrema quæque comminabatur, & ex carceribus tres vi eripiebat sacerdotes Lutheranos. Cũq; toto triduo clausis portis tumultuaretur, ac stans in armis plebs tonitruis Bõbardarum Clerum territaret, atq; minaces iniret tractatus cum Canonicis Maioris Ecclesiæ:

Seditio plebis Moguntiæ.

tandem illorum Decanus, Dominus Laurentius Truchses, pacem iniquissimis conditionibus à plebe præscriptam, totius nomine Cleri acceptauit. At paulo post, cæsis rusticis, illæ quoque literæ & pollicitationes cassatæ sunt & reuocatę, capitibus seditiosorum eiectis ac perpetuo proscriptis. Nam & rustici Rincauię in proximo rure tunc tumultuabantur, & opulentissimum ibi Monasterium Erbacense, plurimis vexabant deprædationibus. In quo sane perquam grāde ac memorabile habetur vas, quod continere potest vini plaustra 84. Illud ergo tunc plenum rustici aggressi, sic ebiberunt, vt tantum triginta in eo relinquerent plaustra, à quibus deterruit eos superueniens à Liga Sueuica Capitaneus, Frobenus ab Hutten, qui & grauibus mulctis eam seditionem, tum in ciuitate tum in rure, vltus est. Cæterum vas illud hodie vacuum manet, non sine graui Monasterij damno. Nec multo post Coloniæ quoque in feriis Pentecostes insurrexerūt artifices, vt tam Senatum quàm Clerum, ad conditiones pacis iniquas terroribus & minis compellerent. Erāt itaque in armis circiter XIIII. dies. Archiepiscopus Coloniensis, Princeps Elector, per Cōsiliarios suos eum tumultum sedauit & composuit, sed non sine graui totius Cleri dispendio, cui multæ immunitates & libertates in sex annos fuerunt per eam pacem ademptæ. Cæterum ex ductoribus seditiosorum paulo post à Senatu compræhensi tres, plexi capite, publice

Maximum vas vini in Rincauia.

Seditio plebis Coloniæ exorta.

cæteris

cæteris in exemplum pœnas dederunt. Nec vn quàm potuerunt vllis practicis efficere Lutherani, vt eis liceret ibi publice cōcionari. In plærisque præterea ciuitatibus imperij, ne Senatus à plebe cōsimili audacia opprimeretur, magnis impensis oportuit à Senatu conduci milites in sui præsidium, ad reprimendos motus noui Euangelij in plebe. Exulans tunc Cochlæus, qui primo Francofordiam, deinde Moguntiā, propter seditiones reliquerat, Coloniæ hospes erat. Ad quem & D. Ioannes Eckius venit, dum in Angliam tenderet, eiq̃ue de stragibus rusticorum multas nouitates impertitus est, quas ille ibi cum reliquis quibusdam libellis suis ædidit, qui ad rem pro temporis qualitate facere viderentur. Ædidit autem Quatuor libros, De Petro & Roma contra Velenum, Breues itē confutationes, contra Quingentos articulos Lutheri ex 36. sermonibus eius excerptos. Commentarium quoque breuem in libellum Lutheri, quo infœlices Agricolas gladio inferno-q; deuouit ac tradidit is ipse, à quo maxime seducti fuerant. Et Catalogum seditionum, per diuersas Germaniæ prouincias exortarum: quę terram sanguine miserorum repleuerant. Quā uis vero Lutherus per scripta sua vere esset omnium eiusmodi malorum miseriarúmque & calamitatum causa, aut saltem origo & occasio, vsque adeo tamen non condoluit, nec vllum cōpassionis indicium, ne ad occultum quidē, exhibuit, vt Erynni quadam percitus, de commu-

Nuptiæ Luth.

nis patriæ malis exultare, & de occisis rusticis triumphare, atque de Principis sui morte lætari videretur. Nam paulo post, vbi ille mortuus, & rustici occisi essent, ac tota Germania in luctu confusionéque & mœrore misere conficeretur: ipse omnia ista dissimulans, Monialem duxit vxorem, ac lætas celebrauit publice nuptias, incestu & votifragio sacrilegas, ac tot milibus occisorum funestatas. In quas sane nuptias satis elegans (vt amœni erat vir ingenij) ædidit carmen Hieronymus Emserus. Quod & Quatuor vocum concentu decorauit. Inter cætera sane, personam agens Lutheranorum sic ait.

Epithalamiũ Emseri in nuptias Lutheri

His magistris licet nobis omne nephas, licet probis, omnibus obstrepere. Cum Iubilo.

Conculcare iura, leges infamare licet Reges, Papamq; cum Cæsare. Cum Iubilo.

Sed & ipsos irridemus, Christi sanctos, & delemus eorum imagines. Cum Iubilo.

At Priapum Lampsacenum, Veneramur & Sylenum, Bacchumq; cum Venere. Cum Iubilo.

Hi sunt veteres Coloni, nostri ordinis patroni, Quibus ille militat. Cum Iubilo.

Septa claustri dissipamus, sacra vasa compilamus, sumptus vnde suppeat. Cum Iubilo.

I Cuculla, vale Cappa, vale Prior, Custos, Abba, cum obedientia. Cum Iubilo.

Ite vota, preces, horæ, vale timor cum pudore, vale conscientia. Cum Iubilo.

Io Io Io Io. Gaudeamus cum iubilo Dulces Lutheriaci. Cum Iubilo.

Et

Et in alio Carmine.

Vos etiã ſcurræ, Lurcones & Paraſiti,
Quos male delectant populi ieiunia Chriſti,
Vos quoq; Lenones, periuri, ſacrilegiq;.
Virginitas quibus eſt flocci, votumq; ſacrumq;.
Deniq; Thraſones, linguaces Ardeliones,
Quique diu acciſi Chriſtumque Fidémque negaſtis.
Impuri, quorũ deprauat lingua ſodales,
Perfida, & inſenſum reprobum, quos crimina ducunt.
Tu quóque fex vulgi, cui ſunt nunc dura ſupernæ
Frena poteſtatis, iuga quæ furibunda reſoluis.
Cuncti Legifragi celebrate Hymenæa magiſtri,
Cuius vos faciunt votis documẽta potiri.
Tu noua nupta tuo velũ depone marito.

Rumpe pudicitiæ zonam votúmque fidémque,
Tam bene, quàm Christo vestrum sacrauit vterq;.
Conspurcate torum, mentémque & corpora vestra
Sacrilego incestu: per vos generabitur illa
Pernicies mũdi, certissimus Antichristus.

Hæc pius Emserus, in quem multi iuuenes Poëtæ Vuittẽbergẽses iampridem frustra conspirauerant. In mortem enim vsque constantissime vir ille piam patrum religionẽ contra eos defendit. Eo item tempore multos Coloniæ libros euulgauit insignes Egregius ciuis, Typographus Coloniensis, Petrus Quentel, Quos summi ordo Theologi, eruditione iuxta ac integritate celeberrimi, Ioannes Fischerus Episcopus Roffensis in Anglia, & Iudocus Chlichtoueus, Doctor Parisiẽsis in Galliis in Lutherum grauissime pariter & solidissime scripserant atque etiam ædiderant. At Lutherus cuncta eorũ scripta dissimulans, neutri eorum vllo vnquam verbo respondit, eò quod solidior sit eorum doctrina, quam vt sophisticis Lutheri fucis labefactari queat: & eorum vita lõge probatior bonisque omnibus notior & cõmendatior, quàm

Opuscula Roffensis & Clichtouei Coloniæ exsussa.

vt

vt vllis illius conuitiis aut calumniis denigrari aut suggillari possit sine lectoris offensa. Neq; vero respondit quicquàm ad grauem & eruditam, licet breuem, orationem Andrææ Critij, Episcopi Premisliensis in Polonia (qui postea Plocensis Episcopus, ac tandem Archiepiscopus Gnesnensis factus est) ad Regem Poloniæ Sigismundum habitam, atque in lucem æditã. Cuius hoc sane initium est. Qui res Ecclesiasticas memoriæ prodiderunt, Maxime & Sapientissime Rex, innumeros hæreticos & Apostatas recensent: Qui sensu suo & spiritu superbiæ transuersum acti, Ecclesiam Dei deuia & pertinaci doctrina scindere ac turbare consueuerunt. Quorum mõstrorum, cum semper Romana Ecclesia domitrix, ceu claua Herculis, extitisset, in eam potissimum hæc Dæmoniorum zizania ferebantur, atque hi turbines, hi fluctus eam cum primis nauiculam obruere nitebantur. Et infra. Inter tot autem ac tam varios, qui hactenus fuerunt, hæreticos, nemo fuit, qui nõ ex Euangelio basim doctrinæ suæ statuisset, nõ verbi Dei prætextum & illicem veneni sui fecisset. Sicut in præsens agit, nouum sui anguli numen, Lutherus. Quod ita humiliter, ita caste, ita mansuete & pacifice, iuxta doctrinam Christi & Apostolorum tractat, vt nihil arrogantius, nihil impudẽtius, nihil seditiosius ac virulentius dici vel excogitari possit: Vt qui ęqdum Reges carnifices, scurras & nebulones: Pontifices Antichristos, Lenones & Idola vo-

Andreas Critius Polonus.

Quale Euangelium Luth.

cet, sed & sanctos atque adeo ipsam Deiparam virginem, lingua sacerrima, vt ex plærisq; eius argumentis constat, vilipendit ac eleuat. Et in fine. Interim (inquit) Inuictissime Rex, quia tibi curæ esse intelligo, vt eam labem in vicinia serpentem, à regno & dominiis tuis arceas: hæc præludia quoquo modo in præsens effudi, quæ dum alia nostra & aliorum adornantur, benigno animo suscipe, & quod facis, rem Christianam non solum à Turcis & Tartaris aliisque Ethnicis, sed etiam à Domesticis hostibus Apostatis & hæreticis tueare. Huic orationi, dũ æderetur, varia multorum adiecta erant carmina Polonorum, & quidem ingeniosa & acria, Quorum primum erat, in imaginem Lutheri, Cuius initium sic habet.

Carmina Polonorum in Luth.

Ille Lutherus ego, toto iã notus in orbe,
Cui vulgi ĩprobitas nomina tãta dedit.
Quicquid enim dictum damnatúmque extitit ante,
Nũc renouans iactor spiritus esse Dei.
Conciliis, patribus, mori contraria scribo,
Actus & huc, consto nõ ego sæpe mihi.
Mystica scripta volo, cum res mea postulat, esse:
Nuda eadem, cum res exigit, esse volo.

Nil

Nil credens, seruánsque nihil, Christi effero leges,
Prætextu quarum carpere cuncta licet. &c.

Deinde aliud carmen in conditiones Lutheranorum.

Dic male sacrificis, Superos contemne, probatis
Moribus obtrecta, ieiunia sacra precésq;
Ride, Conciliis obsta, Patrúmq; relictis
Ritibus illude, ac Venias, Anathemata, Vota,
Non aßis facias, absit confeßio culpæ.
Absit religio, cedant delubra popinis.
Plus persuade tibi de te, quã sit deceátq;:
Põtifices, Reges præ te ceu stercora pẽdas.
Scripturásq; sacras, vt vis, ĩtellige, priscos
Doctores, leges, sanctorũ & gesta negato.
Si bonus impostor, Sis ad cõuitia doctus.
Prefectos traduc populo, retinacula rũpe.
Ordinis & fidei, cieásq; per oĩa turbas.
Sic age sectator, qui vis probus esse Lu-

thero. &c.

Et aliud item in monstrum Cucullatum e vacca.

Vacca cucullatum produxit Saxica fa-
tum,
Designans monstrum, terra quod illa
fouet.
Saxe miser vigila, monstrúmque hoc
confice, semper
Exitium terris monstra tulere suis.

Et rursus aliud in eius conuitia.

Stercora cum præ se ducat quoscunque
Lutherus,
Oreq; spurciloquo nil nisi stercus habet,
N rogo, stercoreum dices hunc esse pro-
phetam?
Qualia verba uiri, talis & ipse
vir est.

Ad hæc & id genus multa Polonorum carmina, mirum fuit silentium Lutheranorum & Poëtarum Vuittenbergensium, qui antea non solũ respondere & talionem irritati reddere: sed sæpe vltro incessere & petulanter prouocare solebant, forsitan exemplo infortunato deterriti.

Nam

Nam cum doctissimus eorum, Philippus Melanchton, antea respondisset Accusationi, quam Thomas Radinus Todesco Placẽtinus, vir eloquens ac Theologus, grauissime simul & eruditissime in Lutherum ad Principes Germaniæ scripserat: Ille autem falso putasset à Hieronymo Emsero scriptam fuisse, à Radino illo ita repulsus est altera oratione, vt contra ne mutire quidẽ auderet. Misere enim fuerat suo de autore iudicio deceptus, & statu causæ maxime prægrauatus, tacere maluit, quam dedecora sua dedecorosius in literas referre aut defendere. Lutherus, cum videret se ab exteris tam validè impeti, tot eruditis libris vrgeri, tot argumentis veris conuinci ac traduci: omnia eorum scripta serpentino astu dissimulans, ad ea, velut ad carmina sapienter incantantium, tanquã aspis surda, non modo aures suas obturauit, ne forte audiens illorum voces, & contradicere nesciens, victus videretur: Verum etiã linguam procacẽ stylumque petulantem ita cohibuit, vt illos aduersarios suos externos, vsque adeo acres & validos, ne nominare quidem vnquam ad populum ausus fuerit. Cunque premeretur graui apud Germanos quoque inuidia, propter tot seditiones cædesque & calamitates, ex eius Euangelio nuper natas, statuit se nouo contra Clerũ libello Teuthonico egregie vindicare. Validissimo igitur furoris & iræ impetu insurgens, titulum libello dedit, De Abominatione Canonis Missæ. Deinde longum præmittens prologum,

Phil. Melanchton misere confutatus à Radino.

Silentium Lutheri adscripta Latina.

Liber Lut. contra Canonem Missæ.

ſic orſus eſt. Ego multum ac ſæpe iam prædicaui & ſcripſi, de papiſticis ſceleratis Miſsis, quomodo conandum ſit, vt ab ea abominatione liberaremur. At oportet nos à Dominis noſtris Papiſtis audire, quod culpã tribuunt nobis: conquerentes, nos intendere ſeditiones ſuſcitare. Sed & hoc tranſeat, ſine eos & iſtud in nos mentiri, bene plura quàm iſtud mentiti ſunt. Cum enim auſint diuinam Maieſtatem impudenter omni hora blaſphemare, ac violare ſuis abominabilibus Miſsis & Idolatriis, quid nocet, ſi nos pauperem hominẽ arguunt mendacii? & poſt pauca. Hæc toties prædicauimus & inculcauimus, vt unuſquiſque ſcire & inde concludere queat, omnia opera noſtra, quæ intenduntur ad agendam pro peccatis pœnitentiã, mortemque effugiendam, eſſe blaſphema, quæ Deum abnegant, ac ſacrificium Chriſti violant eiuſque ſanguinem. Quia id facere volunt, quod ſolum ſanguinem Chriſti facere oportet. Hæc & id genus multa impie ac ſeditioſe ſcripſit in prologo. Cęterum in libelli proceſſu totum recitat Canonem Teuthonicè, eumque non ſolũ impie peruertit, ſed & ſcurriliter multis calumniis falſiſque expoſitionibus, impietatis & blaſphemiæ accuſat, vt mirari liceat, quomodo poſsit cor humanum, quod illis ſacris á puero aſſuetum, atque etiam vſu & actione ſacra XV. annis imbutum, exercitatumque & manſuefactum fuit, tãta malignitate deprauari, vt ſciens volenſque tã ſcurriliter in res ſacratiſsimas & in maxime, tremeda

Scurrilitas Luth. in Canonem Miſſæ.

tremenda mysteria inuehi non vereatur, Verbi gratia, vt dicere sic ausit. Debemus ne Deo buccellam panis & vini offerre, vt acceptet, pro Christianitate? ac præterea dicere, esse sãctũ & ĩmaculatũ sacrificiũ nõne tantũdẽ est dicere vt Deo pane & vino placetur, quod tamẽ nihil ãplius est, quam alius panis, quo vnusquisque vescitur. Item. Tu ne pro iustis Christianis ores, cum sis ipse nebulo & blasphemator Dei? Et nihil agis amplius, quam quod bucellam simplicis panis & vini offers. Si quis recte aperiret oculos, atque abominabilem Dei blasphemiam intueretur, quæ quotidie fit in toto mundo, cor certe dissiliret ei. Tãtundem enim est, ac si dicerent Deo, Tu mentiris in os, Nos opitulari oportet Christianitati pane & vino, & tu dicis, solum filii tui sanguinem id facere oportere. Hæc nos (inquit) ferre oportet, ac quotidie audire atque videre &c. Huic incredibili eius malitiæ, ac nunquam prius auditæ calumniæ, acriter atque intrepide respondit Teuthonice Hieronymus Emserus, inter aduersarios eius vicinitate loci illi proximus, Qui & antea eundem sacrum Canonem fortiter asseruerat, Latine quidem contra Vlricum Zuinglium Tigurinum in Heluetiis: Teuthonice vero, contra Duos Præpositos Nutenbergenses. Partitus est itaque respõsionẽ suã in partes Duas. In quarũ priore, seditionũ autorem demonstrauit Lutherũ, ex quã plurimis ipsi° libris variisq; scriptis Et adeo clare ex ipsiusmet Luth. verbis ostẽdit

Quãtum hic distat à Zuinglio Lutherus

Liber Emser. pro sacro Canone Missæ contra Luth.

ac deduxit Emserus, vt hactenus nemo diluere attentauerit. In altera autem libelli parte, conuitauit paucis omnes Lutheri calumnias, quas ille in Canonem euomuit: Nam pluribus eundem antea defenderat contra Lutheri complices. Et enim audaciæ & impietatis progressi iam fuerant plærique, vt nihil magis quam Missam & cœlestia religionis nostræ mysteria contemnerent ac detestarentur. Ausus itaque fuit Argentinæ quidã Pæotriba, Sapidus, Poëta profecto nimis insipidus, ac ferali sacrorum cõtemptu impius, carmina ex meris conuitiis & blasphemiis in Missę monumentum, velut in sepulturam & exequias eius, contexere. Quorum sane initium sic habet.

Insipida & impia carmina Sapidi cõtra Missam.

Missa malum, peius quo sæcula nulla tulerunt
Istud propudium, Dedecus exitium.
Fel, odium, sacrilegium, monstrum, scelus, vlcus.
Prostibulũ, virus, excidiũ, barathrũ.
Spectrum, flagitium, tormentum, nausea, labes,
Quisquiliæ, tenebræ, carnificina, metus.

Naufragium

Naufragium, latrocinium, vis, præda,
Tyrannis,
Clades, pœna, dolor, mors, furor, horror, onus.
Nequitia, insidiæ, impostura, infamia, terreor,
Illuuies, sanies, merda, cloaca, putor.
Larua, superstitio, ĩpietas, iniuria, nullo
Missa unquã inuiso nomine nota satis
Nec cruce, nec ferro, nec peste, nec igne, nec vnda:
Sed sola Christi voce perempta iacet.

Hęc criminosa & impia Sapidi carminaa, in laudem & victoriam Missæ, conuertit vir Dotissimus ac trium linguarum peritissimus Theologus ac Philosophus insignis, Arnoldus Besaliẽsis Coloniæ, In hunc sane modum.

Missa bonũ, melius quo sæcula nulla tulerunt.
Missa Decus populi, vita, medella, salus.
Fellis homo plenus, nebulo, peculator & osor,
Et meretrix, Missam dilacerare solẽt

Carminapia Arnoldi Besaliensis pro Missa.

Crimina Missa fuga, labẽ, tormẽta repellit,
Quisquilias, tenebras disiicit atq; metus.
Hanc latro insequitur, prædo fugit atque Tyrannus,
Clades, pœna, dolor, mors, furor, horror abest.
Absũt insidiæ, impostura, insania, terror:
Candor, mũdicies & decor omnis adest.
Relligio, pietas, veri custodia & æqui,
Missa triumphanti nomine nota satis.
Quam crux, quám ferrũ, quã pestis & ignis & vnda,
Suspiciunt, Christo quo stabilita viget.

Quantum periculũ Germaniæ contra Missam.

Circũfertur ĩsuper & Dialog⁹ quidã Teuthonic⁹ de ægritudine & obitu Missæ, quo nihil insulsi⁹ nihil impudẽtius habet orbis. Quare hæc vna ĩtremẽda Missæ mysteria ĩpietas Lutheranorũ tã execrabilis merito & videtur & est, vt si tota Germania cœlesti vltione intereat funditus, reliquæ Nationes iustum Dei iudicium cũ timore ac tremore, & agnoscere & collaudare possint: Iuxta illud Moysi Deut. 29. Et dicent omnes gẽtes, Quare sic fecit Dominus terræ huic? Quę est hæc ira furoris eius immẽsa? Et respõdebũt.

Quia

Quia derelinquerunt pactum nomini, quod pepigit cum patribus eorum &c. Quod forsitã iam pridem contigisset, nisi superessent adhuc plurẽs in ea quàm septem Milia, qui genua sua isti Baal Saxonico non flexerunt. Pro quibus Abraham orans, ac stans coram Domino ait. Nunquid perdes iustum cum impio? Cui respõdeat (vt sperandum est) Dominus. Si inuenero Quinquaginta iustos in medio Germaniæ, dimittam omni loco propter eos, scilicet, vt superexaltet misericordia iudicium. Lutherani vero, ad propagandam sectam suam callidi ac seduli, vbicunque sciebant vllos esse factioni suæ fauentes, literis & nunciis accurate sollicitabant ac satagebant, vt iacto fundamento ibi aedificarent: maxime vero in regionibus Aquilonis. Quippe vno eodemque tempore Vuittenbergæ & scripserunt & per Typographos ædiderunt tres epistolas, in Liuoniam destinandas. Martinus Lutherus, Ioannes Pomeranus, & Melchior Hofmannus, & quidem Germanice, non solum ad confortandos Liuones: Verum etiam ad gloriãdum apud Germanos de latitudine sectæ suæ, & tamen tertius ex iis postea contra Pomeranum disputauit in Flensborg, Carolstadianam sectam amplexus. Pomeranus autem Latinam quoque scripsit epistolam ad Sanctos (vt habet titulus) qui sunt in Anglis. Cui Coloniæ respondit Ioannes Cochlæus. & Lutherus itidem Latine scripsit ad Ducẽ Sabaudiæ Carolũ Principẽ sane Catholicum ac multo in literis eruditionẽ quam vt à Luthero tam facile subuerti aut se-

3. Reg. 19.

Gen. 18.

Iac. 2.

Epistolæ Lutheri & Pomerani ad Liuones.

Epistolæ Lutheri ad Ducē Sabaudiæ.

duci, queat, Satis tamen astute, secundum mor serpentis antiqui, ad captandam beneuolentiā ait veterator. In primis veniam abs tua Clemēcia peto, Illustris. Princeps, quod ego ex hominum, neque iussus neque vocatus, ad tuam Celsitudinem audeo scribere prior. Facit id gloria Euangelii Christi, in qua & ego glorior & gaudeo vbi illam videro & audiero clarere aut surgere. Dabit igitur tua Celsitudo id Euangelii causæ, quod præ gaudio tuam Dominationē Illustrissimā saluto prior. Peruenit enim ad nos fama, eamque confirmauit Annemundus Coctus, Eques auratus Gallus, incredibiliter feruēs in gloriam Euangelii: Esse scilicet Ducem Sabaudiæ syncerę pietatis vehementer studiosum rarissimo certe ītēr Principes dono Dei &c. Sed vsque adeo nihil effecit astu illo adulatorio Lutherus, vt eo nihil foret miserius, si in illius Principis manus veniret, cum sit nouis iisce sectis infensissimus. Et simili astutia scripsit ad Antuerpienses quoque Epistolam, & alteram item ad Christianos, qui sunt in Hollandia, Brabantiaque & Flandria vt saltem Saxones credant, Lutherum Euangelio suo totum pene mundum repleſſe latius etiam, quàm S. Paulus repleuit, qui ait se ab Hierusalem vsque in Illyricum repleſſe Euangelium, Satis autem constat Lutheri Euangelio, nusquam publice patere locum, in cunctis iam dictis prouinciis, nisi quantum furtiue, ac raptim fit per audaces Apostatas in angulis. Et tamen Lutherus callide, dissimulans

Epistolæ Lutheri ad Brabandinos & ad Hollandos

dissimulans, Euangelium suum ibi publice interdictum & proscriptum esse scribit amplo & generali titulo, perinde ac si tota Hollandia Brabantiaque & Flandria suarum essent partium, cum nihil sint minus.

Cõstitutiones Ferdinãdi locũ tenentis Cæsareæ Maiestatis.

Frater Cæsaris, Archidux Austriæ Ferdinandus, tanquam locum tenens Imperii, indixerat Imperialem Conuentum Augustę celebrandũ, sub Festũ S. Martini. Quem cum, pauci ex Principibus per sese comparuissent, cito dissoluit, alium Conuẽtum Spiræ, in primum diem Maij indicens: Ea sane spe proposita Principibus, vt Cæsar ipse illuc eo tempore venturus esset. Quãtum vero ad religionẽ attinet, præcepit, vt Concionatores, absque scandalo & seditione interpretarentur Euangelium & scripturam, iuxta sanum sensum approbatorum Ecclesiæ Doctorũ. Deinde constituit, vt omnes Principes & Status, essent præparati armis & præsidiis, si quis nouus oriretur tumultus. Denique temperauit iuris rigorem circa seditiosos, ne ij, qui à superioribus suis in gratiam recepti, propter seditionem, præteritam, in iudiciis pro infamibus habeantur

Acta & scripta, Lutheri Anno Domini M. D. XXVI.

Astutia Lut. in blanditiis ad Principes.

LVtherus, vbi vidit se contra Principes nec minis nec conuitiis, neque etiam excitatis tumultibus & seditionibus ita

præualere, vt eius Euangelium acceptarent, aut saltem tolerarent: cœpit serpentino astu aliam excogitare decipiendi viam, nempe, vt pro minis preces & deprecationes, pro conuitiis laudes & blanditias, & pro seditiosis irritamentis & virulentiis dulces & tranquillas admonitiones scribendo proponeret, ac mitteret priuatim & clandestine, ad eos maxime Principes, quos omnium grauissime offenderat ac publice traduxerat. Cum igitur non ignoraret, in Aula Ducis Saxoniæ Georgii, haud ita paucos existere, qui occulte, contra Principis sui mentem & decretum, Lutherico contra Clerum fauerent Euãgelio (Atque ex iisce quendam esse etiam Consiliarium eius, & non paruæ in administratione rerum autoritatis: Qui & postea pessimo facinore in Principem optimum perfidus factus, se ipsum turpissime prodidit) Vana spe illectus ab illo aliisque Lutherus, blandas ac deprecatorias ad eum Principem, quem Tyrannum & mendacem prius dixerat, scripsit, si forte blanditiis muliebriter euincere ac expugnare possit fortẽ animum, ac robustæ constantiæ virile pectus: Quemadmodum à Dalida meretrice fortissimo Samsoni factum fuisse legerat, Quod minis calumniisque & conuitiis antea non poterat. Sic ergo inter cætera Teuthonice scripsit.

De Otto Pack.

Blandæ verba Luth. ad Ducem Georgium.

Venio nunc, & procido cum corde ad Illustrissimæ Clemẽtiæ vestræ pedes, & oro perquã humillime, vt Ill. Cle. vestra adhuc desistere dignetur ab inclementi proposito, ad persequẽdã

doctrinam

doctrinam meam: Non quod mihi multum dã ni fieri queat per Ill. Cle. vestræ persequutionem. Non plus amittere habeo, quam hunc miserum saccum vermium, qui tamen quotidie nunc ad sepulchrum properat. Habeo item bene maiorem hostem, nempe Diabolum cum omnibus angelis suis: Attamen Deus hactenus eum mihi dedit animum (quamuis miser fragilisque peccator sim), vt ab illo tutus permanserim. Et si meum quærere deberem commodum, non potest mihi melius contingere, nisi vt grauiter persecutionibus impetar. Quam insigniter enim hactenus mihi profuerit persequutio, commemorare non possum, vt propter hoc hostibus meis merito gratias agere debeam. Quod si mihi gratum foret Ill. Cle. vestram vlterius quoque irritare, atque optare velim, vt me semper continue persequeretur. At satis fuit Ill. Cle. vestra bene sese ostendit. Nunc tempus est aliter agendi. Quamuis enim Ill. Cle. vestra non velit credere, doctrinam meam esse verbum Dei (Tunc enim seipsam bene informare sciret, & admonitione mea non egeret) Cum autem ego sciam & certus sim, oportet me sub animæ meæ periculo, pro Ill. Cle. vestræ anima curam gerere, orare, obsecrare, atque exhortari, an aliquid efficere queam. Ill. Cle. vestra non intueatur modicam personam meam: Deus enim semel per asinam quoque locutus est. Increpat item in Psalmo XIII. eos, qui consilium inopis contemnunt. Neque tamen Ill. Cle: vestra

Iactantia Lutheri de sua doctrina.

nec vllus hominum doctrinam meam extinguet aut impediet: oportet eam progredi, sicut & hactenus fecit. Non enim mea est. Id vnum doleo, quod videre debeam, quomodo Ill. Cle. vestra tam horrende impingat in lapidem Angularem Christum: Cum Deus alioqui Ill. Cle. vestræ multas bonas virtutes & proprietates aliis in rebus dederit. Det Deus omnipotens, vt bona horavenerim, ac scriptura mea gratiosum inueniat locum in Ill. Cle. vestrę corde. Si enim Ill. Cle. vestra (quod Deus auertat) eiusmodi meam humilem accordialem admonitionē non acceptaret, oporteret me Deo committere. Volo autem his conscientiam meam & coram Deo & coram Ill. Cle. vestra, excusatā habere, quod fecerim quantum in me est, & ad faciendum ac omittendum omnia voluntarius ac præsto sim, quicquid scirem Ill. Cle. vestræ beneplacere: Et cepta doctrina mea. Eam deserere non possum apud conscientiam meam. Alias vero oro & subiicio me, ac gratiam quæro, vbicunque offendi Ill. Cle. vestram, siue scriptis siue verbis. Remitto item ex corde omnia, quęcunque Ill. Cle. vestra contra me egit. Rogabo præterea & certissime impetrabo remissionem apud dominū meum Iesum Christum super omnibus, quęcunque Ill. Cle. vestra contra verbum eius facit ac fecit. Solummodo emoliri se sinat Ill. Cle. vestra in hoc vno articulo: Et omnia sunt plana, vt verbum Christi, quod per me in lucem venit, liberum sit. De quo absque dubio gaudebunt

omnes

omnes angeli in cœlo super Ill. Cle, vestra, Hæc Lutherus. Cui fortis, pius, & grauitate virili semper constans Princeps in hæc verba respondit.

Responsum Ducis Georgii ad Luth.

Literæ tuæ aduenerunt nobis die Natalis Christi, Cuius gratiam & pacem nos tibi optamus, quemadmodum tu nobis, & tui ipsius insuper agnitionem. Et primum quidem id pactũ volumus, ac scimus quoque nos coram Deo redemptore nostro in conscientia nostra liberos, nos, dum à te nunc scriptis prouocamur, responsionem nostram non facere animo infenso, sed voluntate propensa, ad reducendum te in tui ipsius agnitionem, idque absque omni adulatione: Quandoquidem tibi suspecti sumus, tanquam adulationibus circumdati ac repleti. Et hoc tibi damus symbolum, si hac in responsione nostra tibi adulati fuerimus, dicito libere, Vinum nostrum à vase odorem contraxisse: At si non fecerimus, tu adulatores quęrito iis in locis vbi te vocant Prophetam, Danielem, Apostolũ Germanorum, Euangelistam. Hic certe adulatorem non reperies. Et post pauca. Quod autem nos aspere, contra institutum diuinæ & Euãgelicæ legis inuaseris, verũ dicis. Scis enim quomodo Deus tibi dixerit, quid agas, si quid aduersus proximum tuum habes. Tu vero nos mendaciter, in tergum, & nominatim ad Hartmannum à Cronberg (cuius acta eo tempore quam laudabilia fuerint, satis compertũ est) incusasti, velut Tyrannum & hostẽ Euangelii, contumeliosis agnominibus personæ nostræ: dete-

Iniuriæ Lut. contra Ducẽ Georgium.

stationibus

corporis & animi nostri, multisque verbis probrosis & arguti⁊, quæ neque in Euangelio, neque in scriptura, cui eiusmodi cõuitia tua æquiparas, vsquam inuenisti. Nos ad te iuxta qualitatem causæ satis clementer scripsimus, ad intelligendam tuam siue culpam siue innocentiam: ac longe potius innocentiam, quam aliud comperire voluissemus Tu vero, ex furore & inciuilitate tua, adeo vehemens nobis dedisti responsum, ac pluribus insuper mendaciis nos inuasisti, ac tanquam inclementem tibi dominum nos acceptasti: tametsi nos ad ea tibi nullam dederimus causam, neque simplici scripto nostro, neque vlla re alia. Et infra. Vt autem tibi, quod Clementissimum Dominum nostrum, Romanum Imperatorem, cui fide & iureiurando obstricti sumus, tam contumeliose ac scelerate criminaris, eiusque mandatum tam procaciter cõtemnis, clemens dominus esse debeamus, quo pacto id nos deceat? Ad hæc, Vuittẽbergę quoddam instituisti Asylum, vt omnes Monachi ac Moniales, qui nobis Templa ac Monasteria nostra deprædantur furtis & direptionibus, apud te habeant refugium ac receptaculum: Perinde acsi Vuittenberga foret ciuiliter nominanda, Arx quædam Communis omnium Apostatarũ prouinciæ nostræ. Nec vllum nobis dubium est Sanctissimum patrem nostrum Papam, nunquã vllas dedisse Indulgentias, quas maioris feceris tu, quam eas, quas tui Vuittenbergenses promerentur raptu Monialium, quæ ex Monaste-

Iniuria in Cæsarem.

Asylũ generale Apostatarũ

riis nostris ad te perductæ sunt. In quam vero calamitatem miseriamque damnabilem tu eas redegeris, & quomodo tractentur, & ad quid, satis constat. Vt Diabolus ob hæc tibi inimicus existat, non credimus sane. Si enim ob ea tibi mali aliquid faceret, nisi permissione ac potestate Dei facere cogeretur: posset incusari, quod id ibi præmii daret, quod lictor solet suo ministro. Quodque ista tibi nostram concilient clementiam, non est. Nam si minimo rusticorum ex terris nostris vel vacca abigeretur, nobis displiceret: Multo minus, cum simus seruus Christi, tolerare possumus, vt proprius grex eius & corpore & anima pariter abalienetur: Et rursus, Affirmare item possumus, nobis Euangelium tuum curæ parum esse, cum sit à Capitibus Christianitatis pro reprobo iudicatum. Id vnum cutauimus, vt, ne à nostris acceptaretur, pro virili præcaueremus. Ad hoc nobis causas dedere mali fructus, inde producti. Neque enim tu, nec alius quispiam, vere dicere potest aliud, quam blasphemiam sancti venerabilis Sacramenti, sanctissimæ Dei Genitricis, omniumque sanctorum, ex tua doctrina originem habere. Ex tua enim tuorumque discipulorum doctrina, omnes antiquæ ac reprobatæ hæreses renouãtur: omnis Dei cultus honestus oboletur Quod sane à tẽporib. vsque Sergii tã late nũquã factũ est. Quãdo plura facta sunt sacrilegia Deo consecratarum personarum, quã post productũ Euangelium tuum? Quando plures, rogo, factę

Pessimi fructus Euangelii Lutherani.

ſunt rebelliones contra Superiores, quam facta ſunt ex Euangelio tuo? Quando plures factæ ſunt deprædationes ſacrarum domuum? Quando plures factæ ſunt rapinæ ac furta? Quando plures fuerunt Vuittenbergæ excucullati Apoſtatæ Monachi, ac Moniales, quam nunc ſunt? Quando maritis ademptæ ſunt vxores aliiſque traditæ, quam quod nunc in tuo reperitur Euangelio? Quando plura facta ſunt adulteria, niſi poſt eaquam tu ſcripſiſti, ſi mulier à viro ſuo fœcundari nequeat, vt ad alium tranſeat à quo fœcundetur, & vir fœtum illum alere teneatur: & contra, vir itidem quoque faciat? Hæc tuum Euangelium, quod ſub ſcamno latens produxiſti, attulit: & rectum quidem ei nomen imponis, quod ſub ſcamno latens produxeris. Bonum profecto foret, illud adhuc ſub ſcamno latere. Nã ſi ad huc alterum tale produxeris, nos nullum conſeruabimus ruſticum. Si Chriſtus tale voluiſſet Euangelium, non tam ſæpe dixiſſet, pax vobis. Petrus & paulus non dixiſſent; Superioribus obediendum eſſe. Idcirco illi ipſi fructus nobis ingentem & nauſeam & horrorem facinnt tuæ doctrine tuique Euangelii. Euangelio Chriſti nos, volente Deo, aſsiſtemus corpore, anima, ſubſtãtia ac dignitate: Id quod nos ſua adiuuet gratia Tu nos admones mortis, cuius certi ſumus, Quid autem fieret, ſi tuum amplexi Euangelium moreremur? Nonne Deus dicere poſſet. Vnde hic, qui nouum Euangelium cum tot fructibus malis ſecum affert? Nonne dixi tibi, vt ar-

Euangelium Lutheri de ſubtus ſcamno productum.

Lutheranũ coram Deo inexcuſabiles.

borem

borem ex fructibus cognoscas? Si diceremus, Lutherus dicebat, esse Euangelium, quod sub scamno latebat: Deus autem diceret. At aliter tibi dixit Ecclesia Catholica. Cum igitur quotidie dicas, te credere Ecclesiam Catholicam: Quare ergo Luthero credis, & non Ecclesiæ? Nequaquam, Luthere, Serua tu Euangelium tuum, quod sub scamno latens produxisti Nos permanebimus apud Euangelium Christi, sicut recipit illud Ecclesia Catholica, ac seruat: Id quod Deus nos adiuuet. &c. Lutherus, vbi hanc tulisset repulsam, aliam tentandi viam, multo maligniorem ingressus, blandissime scripsit ad Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinũ ac Magdaburgensem: Principem Electorem, Dominum ALBERTVM natalibus Marchionem Brandeburgensem. Cui multis argumentis persuadere nitebatur, vt abiecto celibatu duceret vxorem, & Archiepiscopatus suos in sæculares conuerteret Principatus, aliisque Episcopis & Prælatis esset exemplo, ad funditus tollendum è medio Statum Ecclesiasticum. In hunc igitur modum exorsus est Teuthonice.

Gratiam & pacem à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo. Illustrissime ac Generosissime Princeps, Clementissime Domine, Ego aliquoties illustriss. Dominationi vestræ scriptis hactenus molestus fui propter alios: Nunc cogor propter ipsammet Illustriss. D.V. scribere. Et rogo admodum subiectè, illustriss. D.V. ita acceptare dignetur in bonum, sicut fideliter

Epistola Lutheri ad Car. Moguntinũ.

intendo. Inter cæteras curas ac sollicitudines cum me perturbet hæc quoque infesta & horrenda seditio, vt sedetur, quæ per Sathanã, tanquam plaga Dei excitatur, venit in mentem, vt Ill. D. V. exhorter ac implorem, magna sane spe atque fiducia, quod Ill. D. V. possit sciatque modo velit, multifariam auxilio esse, simul cum deuota ad Deum prece, vt res melius habeat. Et hic breuiter est scopus, vt Ill. D. V. dedat sese in statum Matrimonij, atque Episcopatum in sæcularem Principatũ conuertat, ac falsum nomen prætextúmque Ecclesiastici status abiiciat ac dimittat. Et hæ sunt rationes meæ. Primum, vt per hoc vltio diuina præueniatur, ac Sathanæ eripiatur causa seditionũ. Nunc enim luce clarius est, Statum Ecclesiasticum manifeste contra Deum eiusq; honorem esse. Idcirco simpliciter nullo pacto sperandum est, Deum abiiturum vltioneq; cessaturum esse, quamdiu à tam manifesta abominatione contumeliaq; sui sancti nominis non cessatur. Domine Deus. Si vos Episcopi ac Principes in tempore rem adiuuissetis atque Euangelio spacium dedissetis, ac incepissetis mutare id, quod manifesta est abominatio: quàm pulchre ac tranquille hoc per ordinatam potestatem legitime foret institutum atque erectum, quod nunc Diabolus cum furore cõfundit. Quum autem neque videre neque audire vellent, sed cum temeritate manifestã abominationẽ sustinere conarẽtur, dimisit

Scopus totius Epistolæ, vt Episcopus ducat vxorem.

dimisit illud Deus nihilominus cadere fūditus cū indignatione, vt ostendat, verbū suum potētius esse cunctis rebus, ac progredi oportere, etiam si millies amplior esset mundus. Deinde, quod communis populus nunc eo vsq; eruditus est, vt intelligat iam, Ecclesiasticum statum nihil esse: Sicut id satis superq; ostendunt tā varia Cantica, dicteriaq; & scommata derisoria. Vbi in omnibus parietibus in omniuariis schedulis, postremo etiam in Chartiludio, Presbyteri Monachiq; depinguntur, & velut ludibriū ac portentum habetur, vbicunq; Ecclesiastica persona videtur, auditurue. Quid ergo conducit, contra fluminis impetū pugnare, ac tenere, quod neq; vult neq; potest teneri? Hoc certe vel palpari potest, Cum Ecclesiastic⁹ status ex cordibus hominum abierit, ac vsq; adeo contēptus sit: non esse sperandum, vllam fore vel requiem vel cessationem, nisi ex oculis quoq; abeat. Sed quanto magis tenetur ac reputatur, tanto plus irridetur ac prauipenditur. Quid ergo prodest, tali pertinacia homines eo magis incitare, ac irritare contra seipsum: præsertim, cum Deus ipse sententiam vltionemque vrgeat, Ecclesiasticos eradicaturus. Sicut ait Psal. X. Perdis impios, vt etiam nomen eorum in æternum pereat. Actum est, Ecclesiasticus status permanere non potest, multo minus, ad honorem redire. Deus tetigit eum, oportet ipsum interire. Hoc, & non aliud. Hæc potest Ill. D. V. præuenire, ac per seipsam auxilio esse, vt vltro

Pseudopropheta.

Rationes malesuadæ.

aboleatur. Et spes est, Deum affore, rem quoq; cum gratia peragendam esse, ne cogatur cum indignatione hanc ad rem Diabolo vti. Et Ill. D. V. grandem ad hoc præ cæteris habet causam: Quandoquidem ipsa in Deum præuaricata, ad manutenendum statum Ecclesiasticum, magnas contulit impensas, vt confortaretur. Quod si homines aliud iam viderent, cor quoque eorum pulchre conuerteretur. At si Ill. D. V. adhuc restiterit, aut rem suspenderit, verendum est, non diu posse perdurare. Corda enim non desistunt, quemadmodum nec ira Dei desistit. Et habet Ill. D. V. pulchrum exemplum, Magnum Magistrum Prussiæ, quàm pulchre ac gratiose Deus talem immutationē dispoſuerit, quæ ante Decem annos, neque speranda neq; credenda fuisset, etiam si Esaias aut Paulus annunciasset. Quum vero ille Euangelio & spacium & honorem daret, ipsum ei multo plus gloriæ atque honoris reddidit, quàm optare fuisset ausus. At longe maius exemplum foret Ill. D. V. Quæ in medio Germaniæ, ex maximis Capitibus vnum quoque existit, hic multos homines tranquillos redderet atq; lucraretur, aliosque Episcopos subsequenter alliceret. Tunc & Deus se videndum præberet in gloria, dum se Ill. D. V. erga eum humiliaret, eiusque Euangelio & nomini cederet, locumque daret: Sicut promittit ipse Ioan. 5. Qui honorificauerit me, inhonorificabo & ego. Qui autem inhonorauerit me, inhonorabitur & ille.

Exemplum à magno magistro Prussiæ.

le. Super eiusmodi tam potenti consolatoriaq; promissione attentet alacriter Ill. D.V. eripiat-que se ex scelesto impioque statu, in beatum diuinumque statum Matrimonij, vbi Deus propicium se faciet inueniri. Quod si tanta vtilitas publica Germaniæ (quam ego magnifacio, opusque valde pium est) Ill. D.V. non permoueat: hoc tamen vel solum sufficeret, quod Ill. D.V. comperit ac fateri cogitur, se à Deo virilē personam factam esse. Iam vero vtique opus ac voluntas Dei est, vt vir habeat mulierē, Gen. 1. Non est bonum (inquit Deus) virum esse solum, faciam ei adiutricem, quæ circa eum sit. Vbi igitur Deus non facit miraculum, Angelum ex homine faciens, nō possum videre, quomodo vir queat, absque ira indignatione que Dei, solus ac sine muliere manere &c. Hæc serpēs antiquus per Lutherum. Cæterum Princeps ille hominis improbam leuitatem audaciamque & vanitatem contemnens, ad eas literas dissimulando prudenter tacuit: licet in publicum ædiderit eas Lutherus. Ad quas sane responsurus fuisset Ioannes Cochlæus, Moguntiæ tunc degens, nisi tardius equo venissent in manus eius; quando iam sopita & elanguida erat illarum fama, quam & Principis illius grauitas & constātia vltro contemptibilem reddebant. Eiusmodi enim Syrenas iampridem audierat multas, & quidem nobilitate conspicuas. E quibus bona pars erant in occulto, tum Principes tum Comites & Barones, qui eius leuitate ac mansue-

Suasio ex creatione.

Constantia Card. contra tentatores.

tudine freti, familiari admonitione rem vxoriã tanto Pontifici suggerere clã non sunt veriti. Quibus sane temeritatibus effectum est, vt vulgus Lutheranorum vana spe delusum, sæpe mãdacem confinxerit famam, Principem illum, abiecto Pontificatu, duxisse vxorem. Sed multo adhuc impudentiori audacia Lutherus aggressus est Regẽ Angliæ, HENRICVM VIII. Quem publice prius tot probris lædoriis, sannis, atq; calumniis, ad populos & Nationes traduxerat. Ipse quidem affirmabat se illectũ fuisse à Rege Daniæ Christierno (qui è regnis suis profugus, exul, per Germaniam vagabatur) vt ad ipsum scriberet Regem Angliæ. Verũ Duo Angli Apostatæ, qui aliquandiu fuerant Vuittenbergæ, non solũ quærebant subuertere Mercatores suos, qui eos occulte in exilio fouebãt & alebant: Verum etiam cunctos Angliæ populos, volente nolente Rege, breui per nouũ Lutheri Testamentum, quod in Anglicanam traduxerant linguam, Lutheranos fore sperabant. Venerant iam Coloniam Agrippinam, vt Testamentum sic traductum, per Typographos in multa Milia multiplicatum, occulte sub aliis mercibus deuehérent inde in Angliam. Tanta enim eis erat rei bene gerendæ fiducia, vt primo aggressu peterent à Typographis, Sex Milia sub prælum dari. Illi autem subuerentes, ne grauissimo afficerentur damno, si quid aduersi accideret, tantum Tria Milia sub prælum miserunt: Quæ si fœliciter venderentur, facile possent

Alia tentãdi via ad Angliam.

Nouũ Test. Luth. in lingua Anglicana.

ſent imprimi denuo. Iam literas ad Sanctos, qui ſunt in Anglis, præmiſerat Pomeranus, & ad Regem quoque ſcripſerat ipſe Lutherus. Cunque nouum Teſtamentum mox ſubſequuturũ crederetur, tanta ex ea ſpe lætitia Lutheranos inuaſit, ac vanæ fiduciæ vento inflauit, vt gaudio diſtenti, ante diem ruperint ſecretum vanis iactationibus. Exultabat eo tempore Coloniæ Ioannes Cochlæus, Decanus Eccleſiæ B. Virginis Francofordienſis, Qui per hoſpitem ſuũ, Georgium Lauer, Canonicum ad Apoſtolos, Abbati Tuitienſi redditus familiariter notus, vbi audiſſet opera quædam Ruperti Tuitienſis quondam Abbatis, mittenda eſſe Nurenbergam, vt à Lutheranis æderentur in publicũ: cœpit ſummo ſtudio eam rem & diſſuadere & impedire. Nam Lutherani in eum vſq; diem, cum omnes Bibliothecas antiquas diligentiſſime exquiſiuiſſent ac diſcuſſiſſent, nullum prorſus autorem ex cunctis tot ſæculorum Doctoribus Eccleſiæ inuenire potuerunt, qui Lutheri dogmata comprobaſſet. Inuentum tandem illius Ruperti, qui ante 400. annos vixerat, opuſculũ, cui titulus erat. De Victoria verbi Dei, mox Nurenbergæ a Lutheranis euulgatũ eſt. Quod ſuo titulo ita mox placuit omnib⁹ Lutheranis, vt nihil videretur eo autore deſiderabilius. Interim ex Tritemio intelligebãt, illũ cõplura ſcripſiſſe opuſcula, ſed duo tantũ paruula inuenerãt: Quorum vnum de potentia, alterum de vo-

Opuſcula Ruperti Abbatis Tuitienſis tunc edita.

luntate Dei inscriptum erat. In eorum æditione multa Lutherice apposuerat Osiander, vxoratus presbyter & prædicator, quibus pium autorem impiæ sectæ patronum facere tentabat. Et iam dudum egerant cum ipso Abbate Tuitiensi: vt reliqua Ruperti Opera Nurenbergam excudenda, transmitteret. Ille vero, vt à Cochlæo audiuit, quantum periculi foret ea in re, si pium autorem traderet in manus impiorum, qui eum non solum impiis præfationibus, & annotationibus fœde contaminaturi essent: Verum etiam integros & sanos illius sensus deprauaturi, ex Catholico antiquo facturi essent hæreticum nouum, qui videretur cuncta Lutheri dogmata ante annos 400. approbasse. Abbas igitur ille, vir bonus, mutata sententia, volumina iam in grādem fascem compacta, velut Nurenbergam transmittenda, apud se retinuit. In quo sane fasce erant XIIII. libri in Euangelium Ioannis, XII. libri in Apocalypsim eiusdem, & XII. libri, de Diuinis Officiis. Cum autem Monachi quieturi non essent, nisi æderentur opera illa: Cochlæus Petro Quentellio, & Arnoldo Berckmanno sedulo suasit, vt communibus inter se impensis & lucris ea opera susciperent ædenda. Persuadere tamen non potuit, donec tandem omnem suam operam ad æditionem illam eis pollicitus esset. Cunq; æditio illa satis quæstuosa eis existet, non egebat amplius impulsore Cochlæo, sed ipsimet vltro plura illius opuscula desiderabant: rogantes nunc

Opuscula illius Coloniæ retenta & excusa.

Plura eiusdē opuscula post inuenta.

nunc Abbatem, nunc Cochlæum, vt vndecunque plura conquirerẽt. Abbas itaq; ex vetustis S. Benedicti Monasteriis perquisiuit XXXII. libros in XII. prophetas minores, & VII. libros in Canticum Canticorum. Cochlæus vero ĩuenit Coloniæ in Bibliotheca Maioris Ecclesiæ IX. libros, De glorificatione Trinitatis, & processione Spiritus sancti. Et in scholis Artium grande volumen, quod de operibus Trinitatis inscriptum, XLII. cõplectebatur libros. E quibus in Genesim erant IX. In Exodum IIII. &c. Cunque sciret Rupertum olim Leodij ad S. Laurentium fuisse Monachum, scripsit Theoderico Hezio, Canonico Leodiẽsi, quem Romæ post obitum Adriani VI. (cuius ille à Secretis intimus extiterat) familiarius cognouerat, obsecrãs, vt is in eo Monasterio perquireret, quidnam ex Ruperti libris extaret. Ille ergo reperit maxime desideratum opus, XIII. libros in Matthæum, de Gloria & honore filij hominis. Verum transmittere Coloniam non potuit Archetypum nisi ipse cum duobus aliis Canonicis, pro restituendo exemplari, cuncta bona sua in hypothecam Monachis obligarẽt. Ea igitur volumina vniuersa Cochlæus, Mogũtiam euocatus, secum detulit, atque ibi residẽs, ad æditionem præparauit, Coloniamque ædẽda remisit. Hinc Typographis Coloniensibus notior ac familiarior factus, audiuit eos aliquã do inter pocula fiducialiter iactitare, Velint Nolint Rex & Cardinalis Angliæ, totam An-

Secretum Anglicorũ Apostatarum vino reuelatum.

gliam breui fore Lutheranam. Audiuit itē, duos ibi latitare Anglos, eruditos linguarumq; peritos & disertos, quos tamen videre aut alioqui nunquam potuit, Vocatis itaque in hospitium suum quibusdam Typographis, posteaquam mero incaluissent, vnus eorū in secretiori colloquio reuelauit illi arcanum, quo ad Lutheri partes trahenda esset Anglia. Nempe versari sub prælo Tria Milia Exemplarium Noui Testamenti Lutherani, in Anglicanam linguam translati, ac processum esse iam vsq ;e ad literā Alphabeti K. in ordine Quaternionum. Impēsas abunde suppeti à Mercatoribus Anglicis, qui opus excussum clam inuecturi per totam Angliam latēter dispergere vellent, antequam Rex aut Cardinalis rescire aut prohibere possit. Cochlæus intra se metu & admiratione varie affectus, foris mirabundus mœrorem dissimulabat. Altero autem die, periculi magnitudinem tristis secum expendens, cogitabat, quo nam pacto possit commode pessimis illis conatibus obsistere. Abiit igitur clam ad Hermanum Rink, Patricium Coloniensem, ac Militem Auratum, qui & Cæsari & Regi Angliæ familiaris erat & Consiliarius, eique rem omnem, vt acceperat vini beneficio, indicauit. Ille, vt certius omnia constarent, alium misit exploratum in eam domum, vbi opus excudebatur iuxta indicium Cochlæi. Cumque ab illo accepisset rem ita habere, & ingentem Papyri copiam ibi existere: adiit

Hermannus Rincus Coloniensis Patricius.

diit Senatum, atque effecit, vt Typographis interdiceretur, ne vltra progrederentur in eo opere. Duo Apostatæ Angli, arreptis secũ Quaternionibus impressis, aufugerunt, nauigio per Rhenum ascendentes Vuormaciam, vbi plebs pleno furore Lutherizabat, vt ibi per alium Typographum cœptum perficerẽt opus. Rincus vero & Cochlæus de his mox admonuerunt literis suis Regem, Cardinalemque & Episcopum Roffensem, vt quàm diligentissime præcauerent in omnibus Angliẹ portubus, ne merx illa perniciosissima inueheretur. Ferũt Dominum Cuthebertum Tunstallum, virum disertissimum, Episcopum tunc Londinẽsem, nunc Dunelmensem, cum adeptus fuisset vnũ ex illis exemplaribus, in maxima concione ad populum Londini publice affirmasse, supra duo Milia deprauationum atque peruersitatum se in vno opere illo deprehendisse. Dum hæc agerentur, peruenit tandem in manus Regis Angliæ epistola Lutheri, quam is anno superiore scripserat Vuittenbergæ, prima die Septembris. Eam itaque præmissa salutatione in hunc modum exorsus est. Quanquàm vereri merito debuerim, Serenissime Rex Illustrissimẽque Princeps, literis Maiestatem tuam tentare, vt qui mihi conscius maxime sum, grauissime offensam esse Maiestatem tuam libello meo, quem non meo genio, sed incitantibus iis, qui Maiestati tuæ parum fauebãt, stultus & præceps ædidi. Tamen spẽ & au-

Epistola Lutheri ad Regem Angliæ deprecatoria.

ſum mihi facit, non modo Regia illa tua Clementia, ſic mihi literis & verbis indies cãtata à quàmplurimis, vt cum mortalem ſeſe nouerit, immortales inimicitias ſeruaturum eſſe nõ credam: Verum etiam, quod fide dignis teſtibus didici, libellum ſub Maieſtatis tuæ nomine in me æditum, non eſſe Regis Angliæ, vt videri volebant ſubdoli Sophiſtæ, qui Maieſtatis tuę titulo abuſi, non ſenſerunt, quantum ſibiipſis periculum in regia ignominia pararent: præſertim illud monſtrum & publicum odium Dei, & hominum, Cardinalis Eboracenſis, peſtis illa Regni tui: Ita, vt vehementer nunc pudefactus, me tuam oculos coram Maieſtate tua leuare, qui paſſus ſum leuitate iſta me moueri in talem tũtũmque Regem, per malignos illos operarios, præſertim, cum ſim fex & vermis, quem ſolo cõtemptu oportuit victum aut neglectũ eſſe. Accidit ad hæc, quod me ſerio compulit, quantũuis abiectum ſcribere, Maieſtatem tuam cœpiſſe fauere Euangelio, & non parum tædere iſtius generis hominum perditorum. Hoc ſane nuncium fuit vere Euangelion, id eſt, lætũ nũcium, cordi meo. Quare his literis proſterno me pedibus Maieſtatis tuæ, quantũ poſſum humiliime, & per Chriſti crucem & gloriam oro & obſecro, Maieſtas tua dignetur ſeſe ſubmittere, & veniam donare, in quibuſcunque Maieſtatẽ tuam læſi, ſicut Chriſtꝰ orauit, & dimittere debita nos quoque inuicẽ iuſſit. Deinde ſi Maieſtati tuę Sereniſſimæ nõ videbitur cõtemnẽdum,

Offert Regi Palinodiam Luth.

dum, vt alio libello publico Palinodiã cantẽ, & nomen Maiestatis tuæ rursus honorẽ: Det mihi clementem aliquam significationem. Tum in me mora non erit vlla, faciam illud libẽtissime &c. Rursus sub finem sic ait. Quid mirum vero, si Cæsar & aliquot Principes in me seuiũt? Nonne, vt Psalmus secũdus dicit, aduersus dominum & Christum suum fremunt gentes: meditantur populi, conspirant reges terræ, & conueniunt Principes? vt mirandum potius sit, si aliquis Principum ac Regum Euangelio faueat. Huic miraculo in Maiestate tua, quàm opto ex totis medullis aliquando gratulari. Et ipse dominus (quo præsente & volente hæc scribo) cooperetur verbis meis, vt Rex Angliæ breui fiat perfectus discipulus Christi, Euangeliiq; professor, tum Lutheri Clementissimus Dominus Amen. Responsum, si visum fuerit Maiestati tuæ, expecto clemens & benignum, Vuittenbergæ prima Septẽbris anni Domini M.D.XXV.

Respõsio Regis Angliæ contra Luth.

Huic epistolæ Rex ille exemplo respondit, cum satis olfaceret, quo tenderet subdola eius oratio. Cæterum cum responsio illa bene prolixa eruditionisque & grauitatis plena sit, multis modis ac vicibus est per Typographos euulgata, atque etiam per Emserum & Cochlæum in Germanicam linguam versa: Hic satis fuerit, paucula in memoriam reduxisse. Primum igitur ita respondit Rex. Quod ais, libri te tui pudere, nescio quàm tu istud vere dicas. Verum hoc vnum scio, satis esse causæ, cur debeat non illius

modo libri pudere te, sed tuorum etiam ferme omnium. Quippe, qui nihil pene complectantur aliud, quàm errores turpissimos, & insanissimas hæreses, nec ratione fulcitas, nec eruditione subnixas: sed quas asserit & offirmat tantum pertinax impudentia, dum tantus autor haberi postulas, quantus nec hodie quisquàm sit, nec antehac vsquàm fuerit. Nec satis video, qui verum sit, vt ad ædendum in me libellum tuum sis ab iis incitatus, qui parum fauebant mihi: Cum res ipsa doceat, ab iis incitatum potius, qui parum fauebant tibi. Quippe quum liber tuus sit eiusmodi, vt nec aliud quicquam, quàm probrum conciliare possit autori, & librum honestet meum. Cui tuus declarat ne verbum quidem sani capitis vllum repperisse, quod aliquádo possis opponere. Quæ res satis, vt opinor, indicat, vter nostrum causam habeat meliorẽ.

Iam quantumuis te fingas credere, æditum à me libellum non esse meum, sed meo nomine subornatum à Sophistis subdolis: Tamen & meum esse, multi maiore fide digni, quàm sunt tui illi fide digni testes, cognoscunt. Et ego, quanto tibi minus placet, tanto magis libenter agnosco. Nam quod eum mihi scribis ignominiam parere, nemo certe non intelligit, quantumlibet tu dissimules, quàm ægre habet animum tuum, quod libellus meus tanto bonorum & doctorum omnium consensu comprobatus est. Tum eius Sedis honorifico calculo: Quæ vt tuas condemnauit hæreses, ita sanctis-

Liber Regis de Sacramentis.

simo

ſimo viro Hieronymo tantæ fuit autoritatis, vt ſatis eſſe duceret, ſi ſuam illi Sedi fidem approbaret. Et poſt pauca. Iam, quod peſtilente (inquit) lingua ſcurraris in Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem, Cardinalem Eboracenſem, Primarium Conſiliarium noſtrum, & Angliæ Cancellarium: magis perſpectam habeo ſingularem eius prudẽtiam, quàm vt eum quicquam commoueri credam ſcurrilibus eius linguæ conuitiis, quæ in totam ſcurratur Eccleſiam, quæ ſanctiſſimos proſcindit patres, quæ nullos non blaſphemat Diuos, Chriſtique contemnit Apoſtolos, quæ ſanctiſſimam Chriſti matrem inhonorat, quæ Deum ipſum, velut ſcelerum fontem, autorem, impulſorémque blaſphemat. Quæ blaſphemiarum tuarum deteſtanda colluuies, nuſquàm non euidenter patet, tum ex omni parte pernicioſorum operum, quæ tanto Chriſtiani populi damno conſcripſiſti: tum ex his, quæ paſſim in Germania tam furioſe patrant, tuis hæreſibus efferati ruſtici. Itaque Reuerendiſſimus ille Pater, quanquàm nobis iamdiu fuit, propter eximias eius virtutes, chariſsimus: idem tamen eſt, eritque indies tanto nobis chatior, quanto illum tibi tuique ſimilibus magis videmus inuiſum. Nam quod eum Regni mei peſtem appellas, non eſt conſilium fraterculo rationem reddere, ex eius viri ſingulari prudentia, fide, labore, ſtudio, & ſalubri diligentia, Nos regnúmque noſtrum quanta conſequamur commoda. Verum vt

Card. Eboracenſis.

Diligẽs inquiſitio in Angliacõtra Lutheranos.

omittam cætera, vel hoc satis indicio est, quàm toti terræ nostræ salutaris sit, Quod ex animi nostri sententia demandatum, sibi munus perquàm diligenter exequitur, & ditionē nostram sedulo purgans, hæresum vestrarum pestilente contagio: Quibus interdum intrant Angliam, quidam vehementer ęgroti: Nempe ex iis venientes plagis, quas insalubris oris tui noxius infecit afflatus. Quos tamen ipsos diligenti inquisitione compertos, eiusmodi Reuerendissimi Patris salubri diligentia, non solum arcuimus, ne quid ad nostros eius lepre serperet: Verum etiā tractatos cōmode, & magna cum charitate curatos, fidei integritati reddidimus. Et infra. Scribis Luthere vehementer pudere te, oculos in nos attollere, quod te tam leuiter passus sis per operarios iniquitatis, vt ais, aduersus nos moueri: Verum ego profecto non paulo magis admiror, quod te non pudet serio, leuare palpebras, & vel in Deum uel hominem quenquam probum oculos intendere, qui te passus sis, instigante Diabolo, in eam ingenij leuitatem cadere, vt ob carnis ineptias & obscœnas libidines, quum frater Augustinianus esses, Monacham Deo dicatam, scelerato cōpressu violaris. Quid, quod non compressisti solum. Quale flagitium si designasses olim apud Romanos Ethnicos, & illa terram viua subiisset, & tu ad mortem vsque verberibus esses multatus: Verum etiam, quod nimio est execrabilius, publice pro vxore nuptiis incestissimis

Exprobrat luthero Rex nuptias cū Moniali initas.

mis traduxisti, atque ita palam summo cum totius mundi stupore, summo per orbem totum opprobrio & vestro, summo cum sacrosancti coniugij contemptu, summa cum sanctissimorum votorum contumelia, per nephas abuteris in quotidianum prostibulum. Denique quod omnium est maxime detestandum, quum te deberet tam execrandi facinoris pudor & dolor obruere, pœnitentiæ loco prę te fers miser impudentem gloriam, tam longe fugiens implorationem venię, vt etiam in tui sceleris exẽplum, passim per pseudoreligiosos alios literis ac libris prouoces. Et post multa. Iã quod honoris tantum; scilicet tam ciuiliter offers nobis, vt si mihi placiturum sentias, alium librum non graueris ędere, quo de me largiter meras laudes prædices: simul ea reuocans ac retexens omnia quę dudum in diuersum scripseras. Hoc te labore toto, Luthere, oppido quàm libens libero. Neque enim sic incendor gloriæ ieiunio, vt tuos libros in meas laudes ambiam, sed opto potius, quod magis in rem sit tuam: Nempe, vt agnitis erroribus & recantatis hæresibus, resipiscens tandem & reuersus ad fidem, sic eam scriptis probes & operibus bonis, vt inde laudem possis & gloriam dare Deo. Alioqui si ad istum, quo cœpisti, modum, in hæresibus impiis & improba vita pertexeris, me profecto laudare non potes impensius, quàm si vituperes: Nec ediuerso magis odiose traducere, quàm si quàm maxime potes, extollas: Si verum est, vt est

Rex Luth. laudes recusat quod turpe sit à tali laudari

profecto, quod legitur apud Senecam, Tu turpe tibi sit laudari à turpibus, quàm si laudaris ob turpia. Quamobrem cum scribis, libri in me æditi vehementer te pudere, culpam tui ferens in alios, nescio quos, quorum instigationi parueris, & pedibus meis aduolutus supplicter oras veniam: sperans, quum me mortalem meminerim, quod immortales inimicitias nolim gerere. Profecto Luthere, tametsi tu magnifice & sublimiter de teipso sentiens, pro viro tuto sēper habuisti te, vt non puduerit, scriptis etiam tuis profiteri, non esse solum te, sed & futurum semper, ne viuum modo, sed præterea mortuum immo exustis etiam cineribus, & in mille partes iectis maria, perpetuum tamen hostem & inimicum Pontifici (cuius fastigio non nescio quibus longo Reges interuallo sunt impares) Ego tamen nunquàm tamen æstimaui tanti, vt vnquàm fuerim dignatus esse inimicus tibi: tametsi hæreses tuas habeam quātum alius quisquam, exosas. Sed nec eorum conuitiorum quicquam, quibus in me scurriliter debacchatus es, tam valde me commouit, vt non prece multò minore nobis possit quàm qua nunc es vsus, abunde satisfacere, si tibi res ex animo & syncere satis ageretur &c.

Rex Lutherū pro inimico habere dignum non putat.

In has duas Epistolas sic scripsit in prologo suo quidam Anglus. Regis ingenium & prudentiam ostendunt vel æditi ab eo libri, quibus insana atque impia dogmata Martini Luthei sic confutauit, sic Lutherum ipsum omni consilio contra disserendi denudauit, vt omni ratio-

Præfatio cuiusdam Angli in despectum Lutheri.

nis

nis loco sublato, ad meretricia iurgia, & scurrilia conuitia duntaxat Lutherus cōfugerit. Quod Rex prudentissimus, atque idem eruditissimus, cum sensisset, non est dignatus, cum scurrante impuro nebulone connugari: Sed pro magnitudine animi, ea omnia blateramenta nugalia, & frigidi fraterculi scommata, tanquam cachinnantis morionis inconditos gestus contempsit. Nunc vero quum ausus Lutherus est, tam stolide fauorem eius ambire, quo illius nomine abuti liceat, ad commendandum factionem suam, haud committendum putauit, quin significaret omnibus, non tam leuem esse se, vti fatui fraterculi leuibus blanditiis inescari aut capi vellet: Nec ita inconstantem, vt ab eo quod verum & rectum nosset, deduci vllo pacto posset. Et Ioannes Cochlæus. Si Catholicus es (inquit) Lector minime profecto displicere tibi poterit responsio Regis, cum tantam præ se ferat vbique honestatem, eruditionemque ac pietatem. Sin vero Lutheranus, displicebit forsitan, sic depingi tibi Lutherum. Consydera tamen paulisper, dum priorem legis Epistolam, an deceat eum, qui haberi vult Euangelista, Propheta, Ecclesiastes, Vir Dei, Apostolus Germaniæ &c. tanta vti leuitate, vt & seipsum leuitatis condemnet aduersario: Et quod prius maxime serio scripsit, tantaque cum certitudine (si ipsi credas) asseruit, vt totum illud se de cœlo habere iactitauerit: nunc muliebriter blandiendo, ad emendicandam gratiam ab aduersario, quem tam fe-

Leuitas Lutheri.

rociter ac superbe, contra bonos mores, atque adeo & contra Euangelicā charitatem ac mansuetudinem, insectatus fuerat, reuocare, ac publico libello Palinodiam cantare libenter velle modo id illi placiturum esse vel leui indicio intelligat: Non curans, quid Principes ac Politiæ sapientissimique illi homines, quos partium suarum esse gloriatur, dicturi sint, quod ipsos tam nequiter deceperit, ac summo nunc cum rubore eorum recantare velit, vt eis tandem idem reddat præmium, quod antea Rusticis nequissime seductis ac miserabiliter occisis, reddidit si modo externum aliquem queat defensorem inuenire &c. Idem Cochlæus in Bugenhagii Pomerani, Plebani Vuittenbergensis, Epistolam ad Anglos scriptam respondens, dum ille diceret, Se mirari, cur sacrum Christi Euangelium quidam isthic verentur suscipere, propterea, quod de Lutheranis mala dicuntur, ignorantes, quod oportet filium hominis reprobari mundo, & stultitiam haberi prædicationem crucis. Ad hæc ita respondit Cochlæus. Nisi Rex Anglorum vere Christiano animo mansuetus ac clemens esset, magisque ad donandas propter Christum, quàm ad vlciscendas gladio vltore iniurias inclinatus: Iampridem profecto nidum vestrum, simul cum omnibus coruis & vpupis eius, euertisset funditus. Hoc enim illi haud difficile factu fuisset, cum polleat tantis & viribus opibusque & amicis. Quod si gens illa, non minus sane ferox & bellicosa, quā celebris

Verba Cochlæi contra Pomeranum.

bris & opulenta, non esset tam longe naturæ terminis à spelunca vestra disiuncta: haud dubium est, quin egregie vindicatura esset, & suas & Regis sui, quas euomuistis ex antro illo, teterrimi Caci, iniurias. An vero iniuriosum non est, scribere, esse quosdam in gente illa religiosissima vereque Christiana, qui sacrum Christi Euangelium suscipere verentur? Quod rogo Euãgelium Christi, an Matthæi? an Marci? an Lucæ? an Ioannis? At hæc Quatuor susceperunt Angli semperque religiose tenuerunt apud se Nongẽtos (vti ex Gregorio dictum est) annos, quando nidus vester informis adhuc erat sylua. Nec plura recipit Euangelia Sedes Petri aut Ecclesia Christi, Quid igitur calumniaris religiosam gẽtem, de non suscepto Euangelio Christi? Quis det tibi libros vestros tot hæresibus fœdos, recte dici sacrum Euangelium Christi? Quis deinde æquis auribus accipiat, Quicquid in vos hæreticos dicitur, in filium hominis continuo dici Filium certe hominis gens illa vtique agnoscit, ac reueretur religiosissime: Vos autem, vt nouos Hussitas & Vuicleuuos, ac velut labes & maculas fidei religionisque nostræ fœdissimas, Angli omnes, cum Papa Rege que suo, & vniuersa Ecclesia Christi, merito vitant, exhorrent ac detestantur. Vocem enim aliorum non audiunt oues Christi, sed fugiunt ab eis. Vbi vero Erasmus Roterodamus, vir summæ eloquentię eruditionisque & autoritatis in Germania, de libero, arbitrio edidisset libellum, quem modeste

Iniuria in Anglos.

Diatriba Erasmi de lib. arbitrio.

diatribā seu collocationē inscripsit: multis profecto Lut. dogmata reddidit suspecta, quib. antea videbantur Euangelica. Sic enim ait in prefatione. Nihil aliud præfabor in presentia, quam id quod res est, me nunquam iurasse in verba Lutheri. Proinde nemini videri debebat indignum, sicubi palam dissentirem ab illo. Nimirum vt nihil aliud, homo ab homine: tantum abest, vt nefas sit, de illius aliquo dogmate ambigere, multo minus, si quis veritatis eliciendæ studio moderata disputatione cum illo congrediatur. Certe Lutherum ipsum non arbitror indignatum, sicubi quis ab ipso dissentiat, quum ipse sibi permittat, non solum ab omnium ecclesiæ doctorum verum etiam ab omnium Gymnasiorum, Conciliorum, Pontificum Decretis appellare. Quod quum ipse palam & ingenue profiteatur, mihi non debet apud illius amicos esse fraudi, si repeto. Proinde ne quis hanc pugnam interpretetur, qualis solet esse inter commissos gladiatores; cum vnico illius dogmate conflictabor, non in aliud, nisi vt, si fieri queat, hac collisione scripturarum & argumentorum, fiat euidentior veritas: cuius indagatio semper fuit honestissima studiosis. Res sine conuitiis agetur, siue quia sic magis decet Christianos: siue quia sic certius inuenitur veritas, quæ sæpenumero nimium altercādo amittitur. E infrā. Iam quando Lutherus non recipit autoritatem vllius scriptoris, quamuis approbati, sed tantum audit scripturas Canonicas: sane quàm libens complectar hoc laboris compendium. Quum enim

Lutherus contemnit Ecclesiasticos patres.

tum

tum apud Græcos, tum apud Latinos innumeri sint, qui vel ex professo, vel per occasionem tractant de libero arbitrio: Non mediocris negocii fuerit, ex omnibus colligere, quid quisque pro libero arbitrio, aut contra liberum arbitriũ dixerit. Et in explicandis singulorum dictorum sensibus, aut diluendis confirmandisue illorum argumentis, prolixam ac molestam operam sumere, apud Lutherum & huius amicos etiam inanem: Præsertim cum illi non solum inter se varient, verum etiam ipsi sibi non satis constent aliquoties. Et tamen illud interim Lectorem admonitum velim, si scripturæ diuinæ testimoniis ac solidis rationibus videbimur cum Luthero paria facere, vt tum denique sibi ponat ob oculos tam numerosam seriem eruditissimorum virorum, quos in huncusque diem tot sęculorum consensus approbauit. Quorum plærosque præter admirabilem sacrarum literarum peritiam, vitæ quoque pietas commendat: Quidam etiam doctrinæ Christi, quam scriptis defenderant, sanguine suo testimonium reddiderunt. Et rursus. Si ergo Lector viderit meæ disputationis apparatum ex ęquo pugnare cum parte diuersa tum illud secum expendat, vtrum plus tribuẽdum esse iudicet, tot eruditorum, tot Orthodoxorm, tot Sanctorum, tot Martyrum, tot veterum ac recentium Theologorum tot Academiarum tot Conciliorum, tot Episcoporum & summorum Pontificum prætudicii.

Præiudicium pro sententia Erasm.

an vnius aut alterius priuato iudicio. Non quod vt fit in humanis confessibus, ex numero suffragiorum, aut ex dignitate dicentium metiar sententiam. Scio frequenter vsu venire, vt maior pars vincat meliorem: scio non semper esse optima, quæ plurimis probantur: scio nunquam defuturum in indagatione veri, quod superiori adiiciatur industriæ. Fateor par esse, vt sola diuinæ scripturæ autoritas superet omnia mortalium omnium suffragia. Verum hic de scripturis non est controuersia, vtraque pars eandem scripturam amplectitur ac veneratur: De sensu scripturæ pugna est. In cuius interpretatione, si quid tribuitur ingenio & eruditioni, quid Græcorum ingeniis acutius aut perspicacius? Quid in literis sacris exercitatius? Nec Latinis defuit ingenium, nec literarum sacrarum peritia, Qui si naturæ fœlicitate cesserunt Græcis, certe monumentis illorum adiuti, potuerunt Græcorum industriam æquare. Quod si in hoc iudicio magis spectatur vitæ sanctimonia, quàm eruditio, vides quales viros habeat hęc pars, quæ statuit liberum arbitrium: facessat odiosa (quod aiunt Iureconsulti) comparatio. Nolim enim quosdam istos noui Euangelii pręcones cum veteribus illis conferre. Et iterum. Vnde igitur explorabimus spiritus? Ex eruditione? vtrique Rabini sunt. Ex vita? vtrinque peccatores. In altera totus sanctorum chorus, qui statuunt liberum arbitrium. Verum aiunt, sed homines erãt. At ego iam homines confero cum hominibus non

Hic non de scripturis sed de earum expositione controuersia est.

Diluitio argutiarum Lutherianarum.

non homines cum Deo. Audio. Quid multitudo facit ad sensum spiritus? Respondeo. Quid facit paucitas? Audio. Quid facit mitra ad intellectum scripturæ diuinæ? Respondeo. Quid facit sagum aut cuculla? Audio: Quid facit cognitio Philosophiæ ad cognitionem sacrarum literarum? Respondeo. Quid facit inscititia? Audio. Quid facit ad intellectum scripturę congregata Synodus, in qua fieri potest, vt nullus habeat spiritum? Respondeo. Quid faciunt conuenticula priuata paucorum, in quibus verisimilius est neminem esse, qui habeat spiritum. Paulus clamat. An experimentum quęritis inhabitantis in me Christi? Non credebatur Apostolis, nisi miracula fidem adstruxissent doctrinæ. Nunc quilibet sibi postulat credi, quod affirmet se habere spiritum Euangelicum. Apostoli, quoniam excutiebant viperas, sanabant ægrotos, excitabant mortuos, imposita manu dabant donum linguarum: ita demum creditum est, & vix creditum est illis Paradoxa docentibus. Nũc quum iuxta communem opinionem adferant pene Paradoxotera, nullus illorum adhuc extitit, qui vel equum claudum sanare potuerit.

Ad eum vero libellum diu tacuit Lutherus, cum Latine scripsisset Erasmus, non ad indoctam, plebem Germaniæ, cui maxime incubabat Lutherus. Multorum aũt querelis excitatus, tãdẽ, maxime vbi in Germanicã quoque linguã ab Emsero & Cochlæo versus esset libellus Erasmi, assumptis in auxiliũ sociis ędidit librũ,

Lib. Luth. de seruo arbitrio.

de seruo arbitrio. In quo Erasmũ, vt ei & sciẽtiæ & autoritatem adimeret, grauissime onerauit calumniis, à quibus ille se mox vindicauit in Hyperaspiste suo. Inter conuitia tamen & calũnias, multas interim & laudes ac blanditias immiscuit, præter morem suum, siue quod adiutores & Consilarii eius, Ionas & Melanchton, ita vellent: siue quod Erasmum Principibus & Theologis magis redderet suspectum, velut amicum Lutheri occultum, propter metum ab Orthodoxis Principibus & Regibus, quos ille Erasmo clementes ac benignos non nesciebat. In hæc igitur verba suum de seruo Arbitrio exorsus est librum. Quod tardius Diatribæ tuæ de libero Arbitrio respondeo, Venerabilis Erasme, præter spem omnium, præterque morem meũ accidit, qui hactenus huiusmodi occasiones scribendi, non solum libenter apprehendisse, sed vltro etiam quæsiisse visus sum. Mirabitur forte quispiam nouam illam & insolitam, uel patientiam vel fortitudinem Lutheri. Quem nec tot iactatæ voces & literæ aduersariorum excitarũt Erasmo victoriam congratulantes, & Io Pæan cantantes: Scilicet Maccabæus ille & peruicacissimus assertor, in uenit tandem dignum Antagonistam, contra quem hiscere non audet. Verũ illos non modo non accuso, sed ipsemet tibi palmam concedo, qualem nulli antea concessi, non solum quod viribus eloquentiæ & ingenio me longissime superas, qualem nos omnes merito tibi concedimus: quanto magis ego barbarus

Fraudulenter laudat Erasmum Lutherus.

in

in barbarie ſemper verſatus. Sed quod & ſpi ritum meum & impetum & remoratus es, & lā guidum ante pugnam reddidiſti, idque duabus rationibus. Primum, arte, quod mirabili ſcilicet & perpetua modeſtia cauſam hanc agis, quā mihi obſtitiſti, ne poſſem in te accendi. Deinde fortuna, vel caſu vel fato, quod in tanta re nihil dicis, quod non dictum ſit prius: atque adeo minus dicis, & plus tribuis libero arbitrio, quam hactenus Sophiſtæ dixerunt & tribuerunt (de quo latius dicam infra) Vt etiam ſuperuacaneū videretur, reſpondere iſtis argumentis tuis, antea a me quoque toties confutatis: Conculcatis vero & prorſus protritis, per Philippi Melanchtonis de locis Theologicis inuictum libellum, meo iudicio non ſolum immortalitate, ſed Canone quoque Eccleſiaſtico dignū. Cui tuus libellus comparatus, ita mihi ſorduit ac diluit, vt tibi vehementer compaterer, qui pulcherrimam tuam & ingenioſam dictionem in iſtis fordibus pollueres: ac materiæ indigniſſimæ indignater, quæ tam preciosis eloquentiæ ornamentis veheretur, tanquam ſi quiſquiliæ vel ſterco ra aureis argenteiſque vaſis portarētur. Et infra Summa, hæc tua verba hoc ſonant, apud te nihil refertur, quicquid à quolibet vbique credatur modo pax mundi conſtet, licereque ob periculum vitæ, famæ, rerum, fauoris, illum imitari, qui dixit. Aiunt aio: Negant nego. Et habere dogmata Chriſtiana nihilo meliora, quā Philoſophorum & hominū opiniones, pro quibus ſtul-

Quem laudauit, mox contemnit etiam plus quàm Sophiſtas.

Nequitioſa in Eraſmum calumnia.

tissimum est rixari, pugnare, asserere, quod inde nihil nisi contentio & turbatio pacis externæ ueniunt: Quæ supra nos, nihil ad nos. Ita diremptur us nostros conflictus, venis medius, vt vtrosque suspendas, & persuadeas, de stultis ac inutilibus rebus non digladiari. Sic, inquam, sonant tua verba, & quid hic premam, puto te intelligere, mi Erasme. Sed, vt dixi, verba eant, cor tuum interim excuso, modo tu non prodas latius, ac metue spiritum Dei, qui scrutatur renes & corda, nec fallitur compositis verbis. Dixi enim hæc ideo, vt deinceps desinas nostram causam arguere pertinaciæ & peruicaciæ. Nam hoc consilio aliud nihil facis, quam quod significas te in corde Lucianum, aut alium quendam de grege Epicuri porcum alere, qui cum ipse nihil credat esse Deum, rideat occulte omnes, qui credunt & confitentur, & rursus. Sed illud magis est intolerabile, quod causam hanc liberi arbitrii inter ea numeras, quæ sunt inutilia, & non necessaria: & loco eius nobis recenses, quę ad pietatem Christianam satis esse iudices. Quale formam certe describeret facile quilibet Iudæus aut Gentilis, Christi prorsus ignarus. Nam Christi ne vna quidem iota mentionem facis, ac si sentias, Christianam pietatem sine Christo esse posse, tantum si Deus natura clementissimus totis viribus colatur. Quid hic dicam Erasme? Totus Lucianum spiras, & inhalas mihi grandem Epicuri crapulam. Si tu hanc causam non necessariam ducis Christianis, cedo quæso

Adhuc grauior calumnia in eundem.

quęso ex harena, nihil tibi & nobis. Nos necessariam ducimus. Si est irreligiosum, si est curiosum, si superuaneum, vt tu dicis, scire, an deus contingenter pretia aliquid, an voluntas nostra aliquid agat in his, quæ pertinent ad æternam salutem, vel tantum patiatur ab agente gratia: an quicquid boni uel mali facimus, mera necessitate faciamus vel patiamur potius, Quid rogo erit tum religiosum, quid graue, quid vtile scitu? Hoc prorsus nihil valet. Erasme, Das id zuuiel. Difficile est hoc tribuere ignorantiæ tuæ, vt qui iam senex & inter Christianos versatus, & sacras literas diu meditatus, non relinquis locum, quo te excusemus, aut bene de te cogitemus. & tamen hæc portenta tibi ignoscunt Papistæ, & ferunt, ea gratia, quod in Lutherum scribis, alioqui te dentibus laceraturi, si Lutherus abesset, & talia scriberes. Eum igitur librum Lutheri, vbi vidit Erasmus, mira celeritate scripsit Hyperaspisten, hoc est, Defensorem Diatribæ suæ, vt ipsius indicant verba ad Lectorem. Prodiit (inquit) Seruum arbitrium, titulo Martini Lutheri, sed elaboratum à multis, multo tempore. Nam ante annum liber excudi cœperat, vt narrabant, qui prædicabant se vidisse paginas aliquot, summa que cura, quod ipsa res indicat, liber mihi sero redditus est, idque casu. Nam ipsi celabant, vt saltem ad menses aliquot triumphum agerent, non solum addidisti Luthero, verum etiam, vtrique inimici, mihi quidem ob bonas literas

Hoc est nimium.

Hyperaspistes Erasmi cõtra Luth.

Qualis liber Luth. de seruo arbitrio.

illi vero ob improbata dogmata. Temporis spacium, quod dari poterat tum relegendæ Diatribæ, tum perlegendo Lutheri libro, non tam prolixo quam loquaci: tum responsioni meæ, non erat longius Diebus Decem. Deinde ad ipsum Lutherum cõuersus, ait. Quam multa sunt in isto tuo libro prorsus Aprosdionysa, quàm multa superuacanea, quot in locis communibus moræ, quantum conuitiorum, quam multa manifestæ vanitatis, quantum strophatum, quantũ figurati morsus, quam multa parum pudenter detorta ac deprauata, & ex deprauatis Tragicæ conclusiones, rursus ex his vociferationes in immerẽtẽ. In his, quoniã tibi visũ est bonas horas collocare male, cogor & ipse in refellendo non nullam aquę meę portionem consumere. Primum igitur demiror, quum mea Diatriba nihil habeat, nisi moderatam de re disputationem, quumque è propinquo allatret Hieronymus Emserus, è longinquo Ioannes Cochlæus adiurget ex Anglia, præter Roseum & alios, Ioannes Episcopus Roffensis iustis voluminibus te lacessat, è Gallia Iodocus Clichtoueus Lutherum oppugnet Antiluthero, ex Italia Christophorus Lõgolius elaboratam orationem in te torserit. Denique cum hic habeas ex tuæ sodalitatis Coryphæis, qui tibi sedulo facessant negocium, quorum Vlrichus Zuinglius ædito libello nequaquam, vt ferunt, edentulo, dogma tuum, sed ex parte cum Ecclesia, conmune, de Eucharistia oppugnat: quum idem fecerit, Capito, & Ioan-

nes Oecolampadius, nullis quidem conuitiis, sed crebrioribus & acrioribus machinis. Hæc inquam, quum ita sint, demiror quo consilio ad omnes obmutescens, nostræ Diatribæ respondendum putaris. Et post pauca: an Verum hic obsequutus es fratribus, inter quos suo permultos esse, quorum mores procul absunt ab Euangelio, cuius titulo se se venditant. Horum cupiditatibus, Luthere, te plus satis obsequentem præbes, non sine graui detrimento causæ, quã sustines. Non enim me clam est, in cuius gratiam ad istum modum scripseris in Cochæum, & in regem Angliæ. Is nimirum erat, in quo duas personas Comicas posses agnoscere, stupidissimum ac gloriosissimum Thrasonem, & adulantissimum Gnathonem. Certe indignus erat, cuius hortatu vel epistolam scribere debueris in tam arduo tamque periculoso negocio. Quin illud potius erat tibi reputandum, quam personam suscepisses: Videlicet, qui se profitetur, Euangelium iam plus mille Quingentis annis sepultum & obrutum, reuocaturum in lucem, & abrogata Pontificum, Conciliorum, Episcoporum & Scholarum autoritate, promitteret orbi certam veráque viam salutis, quam hactenus mundus ignorasset. Quã vero nõ cõgruebat, vt qui tam arduo negocio, velut Atlas cœlo suppositisset humeros (iam enim tecum sic ago, quasi vera sint omnia, quæ tibi arrogas) perinde quasi in re ludicra, dicteriis, sãnis, salibus, & cachinnis, in quoscunque lubitũ fuerit, ludat, &

Reprehendit leuitatẽ Luth. in re tam ardua.

Is erat, Vuilhelmus Nesenus, qui Vuittẽbergæ in Albis suffocatus periit.

Luth. contemnit omnes velut indoctos, qui ei contradicunt.

ſtylum vel ſtringat vel moderetur in quenquam non dicam in regem. Et infra. Porro, quod tibi cum Paulo vindicas ſcientiam, vtinam id vere poſſes, ſimulque pręſtares ſpiritum Euangelicũ qui fragrat in ſcriptis Pauli, quum in tuis obſtrepat alius, ſpiritus. Aut quę tandem contumelia eſt, ſi tu, mihi derogas, ſcientiam: quum eandem iam dudum detrahas & Conciliis Vniuerſalibus, & Pontificibus, & Epiſcopis omnibus, & priſcis pariter ac recentibus Eccleſię doctoribus, denique ſcholis omnibus? Quis vnquam ſapuit, qui vel latum, vt aiunt, digitum diſſenſit à tuis dogmatibus? Omnes quamlibet antea docti, protinus vt tibi contradicere cœperint, patiuntur hanc Metamorphoſim, ex Lynceis vertuntur in Talpas, ex hominibus in fungos. Et rurſus. Cęterum quis illud abſque riſu leget, quod ſcribis, mea modeſtia te ſegniorem redditum ad pugnam, quum iſta fortitudo tua, me fruſtra reuocãte, iam orbem vniuerſum exitialibus diſſidiis concuſſerit. An equo ſiccurrenti erant ſubdenda calcaria? Habemus fructũ tui ſpiritus, res vſque ad cruentam ſtragem progreſſa eſt, & metuimus atrociora, ni Deus propiciatus auerterit. Dices, hanc eſſe naturam verbi: Ego nonnihil arbitror referre quomodo prędicetur verbum Dei, Vt iam Dei verbum ſit, quod doces. Non agnoſcis hoſce ſeditioſos, opinor, ſed illi te agnoſcunt. Et iam compertum eſt, multos, qui ſe iactabant Euangelii nomine, fuiſſe ſeditionis crudeliſſimę inſtigatores. Quorum

rum conatus si successisset, fortassis extitissent qui probarent, quod nunc te male gesta detestā tur. Tu quidem libello in agritulas sæuissimo suspictionem abs te depulisti: Nec tamen efficis quo minus credant homines, per tuos libellos, præsertim Germanice scriptos, in oleatos & rasos, in Monachos, in Episcopos, pro libertate Euangelica, contra Tyrannidem humanam, hisce tumultibus fuisse datam occasionem. Et iterum. Deinde, quum me toties facias Lucianum Atheon, qui dicam in corde meo, Non est Deus: Quum me facias Epicuri de grege porcum, quasi credam, aut nullum esse Deum, aut si quis est, ei non esse curæ res mortalium. Hæc, inquam, quum impingas, quibus ne fingi quidem quicquam potest atrocius, tamen addis hyperbolū, me scire, quid hic premas. Hic erat locus in te debacchandi, si calami tui petulantiam imitari vellem. Nihil erat opus tam impudentibus commentis, poteram ex aliorum sententiis aperire, quod monstrum tu celes in corde: Et quem spiritum tua scripta nobis inhalēt. Etenim si tibi ius facis, quidlibet in me iaculari, vel ex tuorum Veredariorum delationibus, vel ex fratrum literis, vel ex animi tui diuinatione: Quanto iustius ego possem idem ex Cæsaris ac Pontificum Diplomatibus? ex grauium virorum libris in te proditis? Et in fine. In salutis negocio non aliunde flagito præsidium, quàm à misericordia Domini, neque secundum Deum, vlla in re, plus habeo vel spei vel solatii,

Retorquet Erasmus calliniam in Lut.

Purgat se à calumnia Erasmus.

quàm in sacris literis. Et quem admodum in lu cubrationibus meis, non nego, potuisse fieri, vt alicubi scripturæ germanum sensum non attigerim: Ita santissime deierare possum, me scientem, nec in gratiam hominis, nec ob metum hominis, vsquam docuisse secus, quàm sentirem, saltem opinione probabili. Qui mecum domesticam habuerunt consuetudinem, si non sanctimoniæ, quam desidero potius quàm habeo, certe huius animi possunt esse testes. Qui nunquàm effutiuit verbum vel ioco vel serio, quod saperet Lucianum, Epicurum, aut Porphyrium. Ineptum erat, hæc testificari scripto, nisi Lutherus Euangelii vindex, accurato libro talibus facetiis voluisset in Erasmum amicum ludere. Nunc si quis mallet habere fidem illius impudentissimę criminationi, qui me nõ nouit, quam meæ testificationi, suo periculo faciet: me liberabit hæc animi mei declaratio. Hæc Erasmus.

Dietæ Spirensis.

Eo anno iussu Cæsaris vocati sunt Spirensis Principes, & Status Imperii, ad celebranda Comitia, atque ad consultandum in commune, tum de pace & religionis negocio, tum de subsidio Vngaris contra Turcas ferendo. Cæsar bellis implicitus, in propria persona adesse non poterat. Fratri autem suo, qui vices eius in Imperio agebat, adiunxit Quatuor Commissarios, magnæ autoritatis viros, vt pleniori vigore omnia expedirentur. Vocati sunt & Lutherani Principes, Dux Saxoniæ Ioannes, Princeps Elector

ctor, qui defuncto Fratri Duci Friderico, in Electoria dignitate recens successerat: & Lantgrauius Hassiæ Philipus, qui post occisos rusticos, à Lutheranis tandem Persuasus, in eorum sectam transiit, frustra reclamente tum socero suo Duce Saxoniæ Georgio, tum pientissima eius matre, quæ in mortem vsque Catholica permansit. Hi ergo adducentes secum suos Concinatores, & noui ritus sacrificulos, petebant sibi addici templum aliquod, in quo suis & sacris & concionibus vti libere possint. Episcopus autem Spirensis, Georgius, qui Nalalibus erat Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni, fortiter interdixit eis, ne vllo in templo noua sacra aut suas conciones peragerent. Cum ergo de sacris aut sacrificiis parum curæ haberent, iusserunt suos Concionatores in atriis ædium suarum quotidie ad populum concionari. Ingens itaque fuit ad eorum sermones concursus plebis & rusticorum, non tam discendi gratia, quàm propter nouitatem loci, modumque insuetum, ad audienda in Clericos & Papam conuitia. Atque vt complures allicerentur ad eorum sectam, data opera in ferculis portabantur carnes coctæ in Sextis feriis, aliisque diebꝰ ieiuni, aperte, in cōspectu totius auditorii, per atrū ad mēsam Principum & Aulicorū, in Ecclesiæ & Catholicorū publicum despectum. Patrabantur & alia id genus multa parum Euāgelice ab Euangelicis ibi hominibus. Ministri eorum, Equites & sta

Lutherica cōciones.

Iactantia Lutheranorum de verbo Domini.

bularii, Idiotæ, petulanter iactabant verbum Domini, & in dextra manica vestimenti gerebant has literas V. D. M. I. Æ. Hoc est, Verbum Domini manet in æternum. Cæteri Principes & Episcopi, simul cum fratre Cæsare intererant sacro publico Diebus festis in templo maiore: quod insigne est opus Cæsarum Hetericorum, vbi & monumenta eorum visuntur. Lutherani vero eodem tempore domi suos audiebant Concionatores, per quos & populum à sacris auertebant. Ad huiusmodi temeritates & ausus conniuere cogebantur Catholici, non solum propter saluum conductum, & fidem publicam illis promissam: verum etiam propter iniquitatem & difficultatem pessimi temporis. Nam Germaniæ populi Lutherico fermento inescati, sacerdotumque ac Monachorum bonis inhiantes, ad tumultus & seditiones erant inclinati, & in externis quoque Nationibus grauissimi erant motus. De Italia enim diuturno bello contendebant Cæsar, & Rex Franciæ. Vngaris autem, infestissimo exercitu & maximis Copiis imminebat in propria persona Imperator Turcarum. Circumferebantur item libri Lutherani venales, per totam ciuitatem, maxime vero duo libelli, paruuli quidem mole, sed virulentia perquàm grandes. Quorum alterat Sermo Lutheri Teuthonicus, de Destructione Hierusalem: Alter vero, amarulenta Epistola cuiusdam nebulonis, qui se confecto nomine dicebat Argyrophylacem, Thesaurarium: vt eo

Duo libelli pestilentes in illa Dieta

vocabulo

vocabulo redderet suspectum Principis FERDINANDI Thesaurarium, velut Lutheranum, & eius nomine Epistolam Principibus, ac Statibus Imperii, commendabiliorem redderet Cunque breuis esset Epistola, & lectu facilis, atque non solum Latine, verum etiam Teuthonice impressa: perquam plurima, vendebantur Exemplaria. Quę sane diuulgatio, nocentissima erat contra Ecclesiasticos practica, dolus & malignitas, non solum quod oratio compositis verbis ad commendandam Lutheri doctrinam vafre adornata erat: Verum etiam quod Reipub. vtilitatem videretur intendere ac indicare adēptione priuilegiorum, quibus donati sunt Ecclesiastici. Ait ergo. Sæpe mecum mirari soleo Illustrissimi Pontentissimique Germanorum Principes, quod nonnulli vestrum, tam atrociter in eos, quos hæreticos vocant, sæuiant: Vt propter quæstiones opinionesque quasdam de religione, in homines alioqui innocētes, & Rei. commodos, expillis, bonorū direptionibus, gladio, aqua, & igni, animaduertere non reformident. Si autem in vos aut in Remp. vestram peccarent, iustiore certe titulo punirentur. Modo cum eiusmodi asserant & doceant, quæ in maximum Ditionum vestrarum Rerum publicarū que commodum vergant (quo nomine & à vobis premium accipere debebant) mirum, immò stupendum miserandumque, quod talia citra rationem modumque de eis supplicia sumantur.

Verba Argyrophylacis ad Principes.

Egetis fortasse pecunia in Reipub. vsus

Modus colligendi pecunias.

Quis hodie magis eget quam egent illi, qui maxima perpetrarũt sacrilegia? Iuxta illud Prouerb. 11. cap. Alii diuidunt propria, & ditiores fiunt. Alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

necessaria? en maximum vobis thesaurum ostendo. Sinite monachos, & monachas (si qui velint) libere abire, & victum laborando quærere. Et vero, quibus in suis fornicibus delitescere lubet, frugaliter alite, & ne quis huiuscemodi ignauæ vitæ genus posthac sectetur, cauetote: Tum quicquid opum illis superest, in necessarios pauperum, Reip. vsusque vestros vertite. Experiemini (procul dubio) intra paucos menses, quot centena aureorum millia, vnius exiguę ditionis vestræ monachi & id genus homines possideãt. Neque hoc meum consilium quispiam aut seditiosum aut impium iudicet. Tam enim pium esse (si opus foret) ostendere possem, vt plane impii censendi sint Principes, qui hoc nonexequantur, malintque ab agricolis, vinitoribus, opificibus, ciuibus, aliisque sibi subiectis tributa extorquere, quàm Reip. suaque ipsorum bona à tam malæ fidei possessoribus auferre &c.

Sermo Lutheri de destructione Hierusalem.

Sic & Lutheri sermo, suum commendans Euangelium, cuncta mala, atque adeo totius Germaniæ interitum denunciabat, nisi ei obediretur. Quemadmodum Iudęis contigit, qui Christum audire noluerunt. Nunc esset tempus (inquit) vt bonum nostrum agnosceremus, & Euangelium cum gaudio acceptaremus. Nunc enim offertur nobis gratia, per quam pacifici esse possimus. At nõ accipimus corde, arbitramur nos esse tutos, & non videmus magnam cladem, quæ iam contigit: Non videmus, quod Deus nos tam graui ter punit Pseudoprophetis & Sectis, quos nobis

bis vndique immittit, qui tam secure prædicãt, ac si spiritum sanctum prorsus deuorauerint. Quos pro optimis habuimus, ii populum in errores mittunt, vt nesciant pene homines, quid faciant aut quid omittant. Est igitur nunc tempus gratiæ præ foribus: nos autem contemnimus & reiicimus in Ventum: hoc Deus neque vult, neque potest nobis ignoscere. Quod ergo verbum eius ita contemnimus, vltione dignum est, & vlciscetur, etiam si Centum annos differatur vltio: at tam diu non differetur. Et quanto clarius est verbum, tanto grauior erit vltio: Vereor, ne tota Germania peritura sit. Deus hanc nequitiam inultam dimittere non potest nec diu conniuebit. Euangelium enim tam copiose prædicatum est, vt tam clarum non fuerit tempore Apostolorum. Tota igitur Germania peribit, vt vereor, oportet eam interire funditus Principes solo gladio rem peragere volũt, Deo nimis ferociter barbam vellicant, Ipse igitur eos in os percutiet. Et infra. Iudæi eandem prætendebant causam, quam nunc nostri. Libenter quidem acceptaremus Euangelium, si non subesset periculum & corporis & substantiæ, si nõ perderentur vxores & filii. Et non consyderauerunt magnam ac diuitem promissionem à Deo factam, vbi ait. Reddam tibi centuplum hic, & illic vitam æternam. Dimitte vxorem & liberos, ego bene enutriam, ego tibi reddã: aude modo alacriter super me, putasne me non scire tibi aliã ædificare domum? an tam vilem me habes.

Mina in Germaniam.

Ego tibi dabo cœlum, an non audebis igitur fi per me? Si auferantur tibi bona, bene tibi, cœli & terra mea sunt, ego vtique tibi redditurus si &c. E iusmodi itaque libellis, non solum plebs & rustica turba, verum etiam plærique Optimatum & Nobilium trahebantur in fauorem noui Euangelii, atque in odium antiquæ religionis & Cleri. Vnde quum absque seditione & tumultu nouitas illa prohiberi aut tolli non posset: Principes & ordines Imperii concluserunt suspensiue, vt quisque in causa religionis ita se gereret & in terris suis ageret, sicut consideret tuſtificare ac respondere coram Deo, & corã Cæsarea Maiestate. Hinc, suspensis in hunc modum omnium animis, cum nulla esset certa pax aut securitas factum est, vt nemo Germaniæ Principum opem tulerit Regi Vngariæ & Bohemiæ, LVDOVICO. In cuius fines Turcarum Imperator maximis copiis iam ingressus erat, Nam & domi nihil erat securum à seditiosis subditorum animis & omnis miles à Luthero inuoluntarius iamprudem redditus fuerat, ad proficiscendum contra Turcas. Scripserat enim ille, quod præliari adversus Turcas, sit repugnare Deo, visitantis iniquitates nostras per illos. Scripserat, nos hactenus nihil habuisse prosperum aduersus Turcam & vires eius atque imperium nostris bellis auctum esse in immensum. Scripserat non licere Christianis bellare, sed vim & iniurias pati Scripserat, denique, Turcam esse decies probiorem ac prudentiorem principibus nostris: Ideo nihil

Decretum Spirense.

Vngariã Germanis derelicti per Luth.

In assertione art. 34.

De bello contra Turcas. Contra duo mandata Imperialia.

hil prosperitatis à nostris expectãdum esse, nec quicquam esse contribuendum contra Turcas &c. Derelictus itaque ab omnibus Germaniæ Principibus, pius, Innocens, ac Inclytus Rex Ludouicus, Cęsaris nostri Sororius, cum accepisset minacissimas à Turca ex Belgrado literas, & audiret illum crudelissime sęuire in deuictos atque etiam in deditos, nec vllam vlli seruare fidem: ex subditis suis conscripsit quantum potuit exercitum, vocauit in auxilium Bohemos, & Ioannem Vuaiouodam, Comitem Ciliæ, atque ex regno Vngariæ congregauit ad se satis iustum exercitum, si ex fide cum eo actum fuisset. Nam fertur in Equitatu habuisse circiter X X X. Milia. Vbi ergo intellexerat, quanta sæuitia & immanitate debacchatus esset in ciuitatem Quinque Ecclesiensem Turca, ex Buda processit cum exercitu obuiam hosti. Verum cum non adessent in tempore Bohemi & Vuaiouoda, & in exercitu quoque suo nõnullos haberet proditores: mox, vbi eius tormenta bellica male excussa, Turcæ aut tormenta optime in hostem directa fuissent, magnamque stragẽ dedissent, inito prælio fusi sunt Vngari. Rex acceptis aliquot vulneribus, in fugam cum paucis conuersus, fugiendo in lacu quodam periit. Fuit ea clades non solum exitialis opulentissimo Vngariæ regno, quod Turcarum Tyrannidi supra CC. annos fortissime restiterat: Verum etiam pate fecit hostibus, Christi aditus ad Germaniam. Ferunt enim Turcam pio Regi

Fatum Ludouici Regis Vngariæ in bello contra Turcas.

Turcarum crudelitas & præda.

in literis ſuis comminatum fuiſſe, quod non ſolum Regē ac Proceres eius eſſet aſſaturus, palò que transfixurus : verum etiam religionem & Crucifixum illorum vellet omnino delere, & in ſilentium redigere. Fuſo igitur Rege, maximam egit prędam, pręſertim in Bombardis, curribuſque & nauibus. Abſtuliſſe ſane fertur maximas Bombardas LXXX. Minores Quinquies Mille Minimarum Decem Millia: Curruum Quatuor Millia, Nauium Quinque Millia. Peruenit ad Budam, ac omnia diripuit. Regina, Soror Cęſaris Domina MARIA, omnibus exuta, etiam mundo muliebri ſpoliata, vix fuga elapſa, Viennam miſerabilis peruenit. In Regis defuncti locum primo à Bohemis electus eſt Princeps Ferdinandus: Quem & Vngari poſtea elegerunt, ad quem regni iura ex antiquo tractatu ac fœdere pertinere non ignorabant. At Ioannes Ciliæ Comes, quamprimum abſceſſerat Turca, in Regis ſucceſſorem à quibuſdam electus, legitimo Regi Ferdinando plurimum negocii ac moleſtiæ peperit. Nam non ſolum factione, ſed & armis de regno cum illo contendere perrexit: nec deſtitit, donec grauiſſimis malis afflictum iam antea regnum rurſus inuolueret.

Nouus Bohemiæ & Vngariæ Rex Ferd.

Diſputatio Badenſis in Ergauia apud Heluetios.

Eodem anno percelebris fuit Diſputatio in Baden, Heluetiorum oppido habita inter Catholicos ac Lutheranos. Nam magiſter Vlricus Zuinglius, & Doctor Ioannes Oecolampadius viri

viri docti, linguarumque Græcæ & Hebraicæ periti, religiosam & Catholicam gentem Heluetiorum ex parte peruerterant iam, & non mediocre in religione dissidiũ per nouã Lut. doctrinã suscitauerant. Vt igitur dissẽsio turbatioque illa tolleretur, cõmuni XIII. cantonũ sic vocãt XII. distincta Dominia cõfœderatę gentis) cõsensu instituta est illa Disputatio, ad quam vocati sunt è Catholicis Pręclari viri, D. Ioannes Faber, Consiliarius Serenis. Principis Ferdinandi, qui iampridem grande contra Lutheri errores volumen ędiderat: D. Ioannes Eckius, qui ante VII. annos cum ipso Luthero Lipsię cum laude omnium publice disputauerat: D. Thomas Murnerus. Hi tres pręcipue ad disputandum parati erant, aduersus Zuinglium & Oecolampadium. Ad quam sane disputationem, suos miserunt Oratores Quatuor vicini Episcopi, ad quorum Diœceses gens Heluetiorum pertinet. Episcopus namque Constantiensis, Hugo, misit Claros viros, D. Melchiorem suum Suffraganeum, eximium Theologum. D. Othmarum Luscinium, virum Disertiss. P. Antonium Pyratam, Concionatorem Maioris Ecclesię facundissimum, & quosdã alios Prelatos & Parochos nõ incelebres viros. Basiliẽsis vero Episcopus, Christophorus, misit D. Augustinũ Marium, Suffraganeum Frisingensem: D. Iacobum Lemp, Ordinarium Theologię in Academia

Oratores III I. Episcoporũ

Academia Tubingensi, & aliquot alios doctos viros. Episcopus Lausanensis, Sebastianus, misit D. Conradum Tregarium, Prouincialem Augustinianorum, & Ludouicum Loblium, Decanum Bernensem. Episcopus denique Curiensis misit D. Petrum Speiserum, cum aliquot Canonicis Curiensibus. Aderat præterea magna eruditorum hominum frequentia. Cæterum Zuinglius, reiecta omni fide publica saluoque conductu, qui ei multifariam offerebatur: nullo pacto ad eam disputationem venire voluit. At D. Eckius multis diebus, sub Notariorum exceptione disputauit, nunc, cum Oecolampadio, nunc cum Iacobo Imeli, nunc cum Berchtoldo Hallero, atque etiam cum Vlrico Studemo: tum de aliis rebus religionis nostræ, tum præcipue de Venerabili Sacramento Eucharistiæ. Quanto autem illis omnibus superior solidior que fuerit D. Eckius, publico declaratũ fuit Heluetiorum Decreto. In quo Catholicorum obseruationes, Eckiique propositiones comprobatæ atque plenæ seueritatis edicto confirmatæ fuerunt. Quarum sane iste fuit tenor.

Zuinglius Tergiuersator.

D. Eckius Victor.

Verum Christi corpus eiusque sanguis, præsentia sunt in Sacramento altaris.

Quæ & vere offeruntur in officio Missæ pro viuis & defunctis.

Virgo Maria, aliique sancti Cœlicolæ, inuocandi sunt vt intercessores.

Domini nostri Iesu Christi, eiusque sanctorum Imagines, delendę non sunt.

Post

Post hanc vitam Purgatorius est ignis.

Pueruli etiam Christianorum in peccato Originali nascuntur.

Baptismus Christi, non Ioannis, tollit Originale peccatum.

Decretum Heluet. cõtra Luth.

His ergo conformis facta est publici Decreti sententia. Qua & Lutheri doctrina, velut perversa, multisque iudiciis solenniter condemnata per Leonem Papam X, per Carolum Augustum. V. per pręclaras Vniuersitates, Parisiensẽ, Louaniensem, Coloniensem &c. Heluetiorum plebibus interdicta est, & antiqua Catholicæ fidei obseruatio approbata atque pręcepta, Ne quid temere immutaretur, de sacra Missa, de Sacramentorum administratione: de sacris ritibus Cæremoniarum, Ieiuniorum, Orationum Confessionum, Feriarum, Oblationum, Inuocationum, Exequiarumque pro defunctis. Vt igitur hæc omnia firmius tenerẽtur, additum fuit in fine Decreti, certos constitui debere Aduigilatores, qui vna cum Magistratibus & Officialibus publicis, diligenter huic causę inuigilent, ac præuaricatores denuncient, cuiuscunque status fuerint, vt iuxta demerita sua puniantur. Adeo sane, vt reus in vno Cantone, ab omnibus aliis Cantonibus reus itidem extorrisque habeatur, nec vsquàm liceat profugis euadere pœnas.

Antilogiæ cõtra Zuing.

D. Ioannes Faber, cum per absentiam & contumaciam Zuinglii, disputare cum eo non posset verbis: scriptis protulit multa, quę illi obiecturus fuerat, si comparuisset. Ingentem enim Antilogiarum

logiarum illius numerum coaceruauit in volumen vnum, quibus ille fœdissime & sibiipsi contradixit, & suam Lutherique doctrinam destruxit. Sed nimis longum foret omnia commemorare, quæ vir ille Doctissimus multiiugæque lectionis, & inexhausti laboris, ex libris Zuinglii recitauit atque redarguit, partim tãquam sibiipsis contraria: partim tanquam fidei Catholicæ aduersa, & secundum se impia, absurda, & à vero aliena. Recensuit item supra CL mendacia ex scriptis Oecolampadii, quibus ille populum fallaciter decipiebat. asserens, antiquos Doctores Ecclesiæ itidem sensisse de Eucharistiæ Sacramento, quod ipse sentiebat. Contra quem & piissimus atque doctissimus vir, Ioannes Fyscherus, Episcopus Roffẽsis in Anglia, Quinque egregios scripsit libros, errores & mẽdacia illius exacte reprobans. At D. Thomas Murnerus, qui Lucernæ iis temporibus verbum Dei Catholice prædicabat: longe atrocissime in Zuinglium est inuectus, quem multipliciter per XL. conclusiones infamem, propter scelera & sacrilegia commissa, declarauit. E quibus vnam, quæ in ordine septima est, hic exempli gratia recitasse satis fuerit: licet breuitatis ratione, ne ipsa quidem tota recitabitur. Ait igitur Murnerus. Famosus est, qui census & reditus, cultui diuino ex pis causis deputatos, in prophanos vsus temerabit commutare, & cum alterius detrimento ac iniuria alium facere locupletiorem

Mendacia. Oecolampadii.

Acta D. Thomæ Murneri contra Zuing.

rem, conarique plus iuris in alium transferre quam habuit ipse. Hanc conclusionem proba ex legibus multis, tum Constantini Magni, tum Iustiniani Augusti. Et addidit, quod annui redi tus inter immobilia bona computantur. L. Iubemus. C. de sacrosanctis Ecclesiis: Quæ neque alienari neque auferri debent. Qui autem hoc fecerit, puniri debet, non solum faciens, sed & Oeconomus Ecclesiæ, & scriba, qui eiusmodi contractum scribit, & Iudex hoc admittens, ea. L. § Oeconomus. Auditis ista vos Ecclesiarum fures? Ideo nihil vobis aliud expectandum restat, quàm vt calceis exutis ad patibulum proficiscamini. Et infra. Hinc primo consequitur. Infamem esse quem libet, qui Ecclesiis & religiosis, suas per vim aufert hypothecas, & ab illis eos vi depellit & iniuria. L. Prætor ait. §. Ne quid. ff. de vi & vi armata. Lege Iulia publicorum iudiciorum plectendum. Consequitur secundo, Dupliciter infamem esse, duplicemque furem, qui cum retentis hypothecis etiam capitalia detinet bona. Consequitur tertio, Hunc tripliciter esse famosum, qui vltra hypothecas, & bona capitalia, etiam eorundem literas & sigilla furatur. L. Nec interest. ff. ad legem Iul. de vi priuata. Cõsequitur quarto, Quadruplici ter infamem esse, qui vltra hæc tria, homines vi cogit sibi census & reditus afferre, cum ei ne obulum quidem debeant. L. lege Iulia. ff. ad legem Iuliam peculatus. O vos (inquit)

Contra sacrilegos Correlaria Martineri.

tam multipliciter infames, Euangelici nequam, criminosi ac scandalosi Ecclesiarũ fures, quibus eiusmodi cum veritate obiiciuntur. O quę scandala, quas infamias pio natali solo nostro irrogatis, vestrisque parentibus in terra sepultis. Perungant obsecro hęc lamenta in Thronum diuinæ Maiestatis, ad vestras tandem iniurias vlciscendas. Hæc & id genus plurima Murnerus, quæ referre longum foret. Cum autem Zuinglianì falso iactarent, Erasmum quoque Roterodamum (qui Basileæ tum degebat) circa Eucharistiam ipsis consentire. Erasmus eam calumniã scriptis ad Heluetios litetis constantissime confutauit. Neque tamen cessauit per eam disputationem dissensio, Altius enim in cordibus multorum radices egerat error, quàm vt vllis rationibus euelli posset, Et ipsi Lutherani, Zuinglius & Oecolampadius, iam etiam contra ipsum Lutherum scribere cœperunt. Quorum contentio in hodiernum vsque diem perdurat.

Erasmi contra Luth. & Zuing. protestatio.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini.

M. D. XXVII.

Libellus Lut. contra Regem Angliæ.

LVther[9] ad grauẽ ac eruditã Regis Anglię Epistolã perpetuo tacuisset, nisi in Germanicũ trãslata fuisset à vicino suo, Hyeron. Emsero in lucẽ ędita. Ne igitur popul[9] Teuthonicus

thonicus, quem sibi velut peculium & hæreditatem suam, vt olim Deus populum Israël, vindicabat: tam forti ac lucida confutatione reuocaretur ad fidem antiquam, scripsit illi breuem libellum Teuthonicum. In quo suæ doctrinæ firmitatem iactitabat, ac ferocissime prouocabat contra se, non solum Papistas (vt vocat Catholicos) & Principes, verum etiã Suermeros, suos paulo ante socios & amicos aureos. De Doctrina quippe mox ab initio libelli, gloriabatur in hæc verba contra Regem Angliæ.

Incessit (inquit) conuitiis & libellum meum, contra liberum Arbitrium scriptum. Quem tamen Erasmus Roterodamus, Regis illius optimorum amicorum vnus, coactus est dimittere intactum, atque adhuc intactum relinquet: quamuis plus scientiæ ingeniique vno in digito habeat, quam Rex Angliæ habet cum omnibus sciolis suis. Et Trotz nõ solum regi & Erasmo, verum etiam eorum Deo, omnibusque Diabolis, necum libellum mihi recte iustéque reprehendant &c. Deinde in Principes ita scurratur. Bone Deus (inquit) quam diligenter subtilibusque modis quærunt me. An non sum ego preciosus ac nobilis vir? Immo certe, in Mille annis vix nobilior fuit sanguis, quam Lutherus. Cur ita? coniice tu ipse. Tres iam Pontifices Romani, Tot Cardinales, Reges, Principes, Episcopi, Presbyteri, Monachi, magnique Ioãnes, eruditi, totusque mundus: Hi omnes super sanguine Lutheri proditores, latrones atque car-

Trotz, non est cõtemptus & prouocationis, quasi nec ausint nec possint.

Scurrilitas Lutheri in Principes.

nifices ſunt, aut certe libenter eſſe vellent. Sed & Diabolus cum ſuis, Vah te, Ego ipſe ſanguinem meum odi, quando hæc cogito. Quod ego tales Magnificos ac præſtantes carnifices ac latrones habere debeam. Turcarum imperatori deberet talis exhiberi honor, nõ eiuſmodi pauperi mendico, qualis ego ſum. Et infra. Coram mundo ipſe quoque probus eſſe volo, & ſum adeo, vt non ſint digni mihi calciamenti corrigiam ſoluere, neque cum veritate me conuincent, quod coram mundo vlli hominum ſcandaloſe viuam & agam, ſicut ipſos bene cõuincam. Breuiter, nemini ſum nimis humilis, nemini nimis ſuperbus: Quemadmodum Paul⁹ ait. Scio ſuperbire, ſcio & humiliari: ſcio egere, ſcio & abundare. Quantum ad doctrinam meã attinet, ſum ego Diabolis, Cæſari, Regibus, Principibus, totique mũdo multo multo multo nimis proteruus, firmus ac ſuperbus. Quantum vero ad vitam meam attinet, ſum etiam cuilibet puero humilis atque ſubiectus. Qui hoc ante neſciuit, is nunc audiat. Et rurſus. Quantum ad officium doctrinámque meam, & quo ad vita mea illi conformis eſt nemo vllam à me vel patientiam vel humilitatem expectet: præſertim Tyranni, & perſequutores Euangelij. Hic enim debent me pro viuo ſancto habere, hinc aliud non fiet: Si nõ volunt, oportet, quãdiu ego illi adhæſero. Quod me Deus adiuuet, vſque in finem, alioqui res perdita eſt. Quod ſi doctrina mea non alios haberet inimicos quã

Vxoratus Monachus cũ ſua Moniali viuit ſine ſcandalo, ſi ei creditur, Phil. 4

Contemptus Lut. in Principes.

Regem

Regem Angliæ, Ducem Georgium, Papam, & ſocios eorum, miſeras bullas aquæ, iam pridem conſuluiſſem cauſæ cum vna particula de Pater noſter. Cum autem alij adſint, reputo tales inimicos, velut recentes lendes, quæ priuſquã inde pediculi naſcuntur, inanes aridæq; ſunt pelliculæ. Ego autem eiuſmodi lendibus bene faueo, vt interim glorientur & cantent. Hic reſidemus nos lendes ſuper caput nobiliſſimi animalis in terra, in crinibus eius. Nõ ſumus vilis proſapiæ, pediculi ſunt noſtri parentes, magni illi gigãtes, qui etiã Romanũ Imperatorẽ Syllam interfecerunt, multoſque alios. Quid ergo ad nos, ſit Lutherus mendicus? Verum eſt, lendes eſtis, pediculi autem nondum eſtis facti. Ah quid tamen eſt mundus ad Deum, & ad Dei verbum? exiguus puluis eſt, inquit Ieſaia: hoc adhuc minus eſt, quam lendes. Et infra. Sed quid ego vlterius iraſcor Papiſtis, qui mihi publici ac ex indicto hoſtes exiſtunt, & quicquid in me perpetrant, ſecundum ius hoſtilitatis faciunt, ſicut decet. At iſti primum mihi ſunt vere noxij, tenelli filioli mei, fraterculi mei, aurei amiculi mei, ſeditioſi ſpiritus ac Suermeri, qui, vt mihi videtur, neque de Chriſto neque de Euangelio, aliquid præclari ſciuiſſent, ſi nõ prius ſcripſiſſet Lutherus, & per ſuam nimirum ſciẽtiam ex Papæ Tyrannide in talem libertatẽ lucẽq; difficulter ſe aſſeruiſſent: Aut ſi facere potuiſſent, non tamen fuiſſent auſi rem aggredi & attentare. Et iterũ. Ego (inquit) hactenus omni-

Ridicula comparatio Principum ad lendes.

Querela Lut. contra aureos amiculos ſuos.

fariam fere aduersa expertus ac perpessus fuerram: At meus Absalon, puer meus dilectus, patrem suum Dauid nondum effugauerat, ignominiaque affecerat. Meus Iudas, qui discipulos Christi perterrebat, ac dominum suum prodebat, quod suum erat in me nondum compleuerat, & hoc quoque nunc in actu est.

Hunc Lutheri libellum Ioannes Cochlæus in Latinum vertit, vt Angli & Erasmus intelligerent, quidnã respondeat miser homo adgraues & elaborates ipsorum libros: Cunque in eodem libello suo hæc quoque verba cæterum vanitatibus suis adnexuisset. Quod ego (inquit) fumosus Cinerarius in Aulis Regũ Principúmque quærito? vbi scio, Diabolum supremo residere loco, summúmq; ibi eius esse thronum. Ego Diabolum probum reddere paro absque ipsius voluntate, & apud eum inuenire Christum: merito ergo tale mihi reddit premium. Redi bone Luthere, & adhuc semel quære Ioannem Baptistam in Aulis Regum, vbi mollibus vestiuntur: Inuenies eũ ibi opinior. Ouis sum & ouis maneo, quod tam facile credo, ac me sinduci dirigique permitto, ad ludendum seu blãdiendum eiusmodi Domicellis, & non multo potius meum sequor sensum: Ita, vt si Tyrannum cuipiam aut sublimiter docto vnum ictum dedissem, ipsique ob id irascerentur, ego Triginta ictus subinde adderem, in contritionem ac pœnitentiam. Sic scirent, quomodo ego reuoco doctrinam meam. Ad hæc Cochlæus ita respondit.

Contra aulas Principum.

dit. Quando Lutherus in Episcopos inuehebatur, erant ei tunc Aulæ Principum velut sanctissima Monasteria, vbi Christus supremo assidebat loco. Nunc vero dum irascitur Regi Angliæ, Ducique Georgio: Aulæ Principum sunt eidem throni Diabolici, vbi Diabolꝰ supremo residet loco. Quemadmodum & Erasmus erat ei doctissimus ac maximus Theologus, quam diu sperabat eum suarum fore partium. Quam primum vero vidit, eum alterius esse opinionis mox bonus Erasmus reddebatur omnibus etiã Sophistis indoctior. Itidem & Carolstadius plenus erat spiritu Dei, quam diu Luthero cõsentiebat: mox vero, vbi vel vno in articulo ab eo dissensit, factus est Diabolorum, spirituúmque seditiosorum plenissimus. Attamen libenter audire velim, vbinam Lutherus Christum tandem inuenire intendat. Certe iampridem eripuit eũ Papæ, Cardinalibus, Episcopis, presbyterisque & Monachis, eumque ex omnibus Episcoporũ Curiis Monasteriisque effugauit. Neque vero apud rusticos eum relinquere potest: scribit enim eos Diabolis esse repletos. Quod si vera sunt & ea, quæ de Mercatoribus scripsit: nõ poterit profecto ne ibi quidem verum inuenire Christum. Existimabat autem aliquãdiu, quod apud Poëtas Græculosque suos eum inuenturus esset, dum domestici ipsius aureique essent amiculi. Quum vero nunc non omniquaque consentiant ei, facti sunt Suermeri, ac seditiosi spiritus, ac magis perdidere Christum, quam

Verba Cochlæi contra Lut. de eius incõstantia.

Christus Lutheri vltimatum.

Papistæ. Vbi igitur bonum Christum tandem inueniet aut relinquet? Nusquam profecto alibi, quantum coniicere licet, quàm apud Moniales Excucullatas, quas ipse profugas domi suo in monasterio receptat ac retinet: Quæ & ipsius voluntati omniquaque subseruiunt, nec vlla in re prorsus aduersantur ei. In his ergo habitat Christus Lutheri, in his operatur miracula: Quemadmodum Lutherus ipse de quadam illarum elegantem libellũ, quomodo illi Christus suus è monasterio abeundi auxilium tãmiraculose præbuerit finxit ac ædidit. Erasmus vero, vbi acceperat Latherum in isto suo libello vane gloriari, quod Erasmus quoque de libero arbitrio nihil posset ei respondere, crebris preterea literis amicorum rogaretur, vt quã in Hyperaspista responsionem pleniorem pollicitus fuerat, eam aliquando præstaret ac æderet: insignem ac bene prolixum ædidit librum. In quo sane cuncta Lutheri de Seruo arbitrio argumẽta, tam neruose ac dilucide dissoluit, vt neq; Lutherus, neq; aliarum sectarum quispiam, hactenus attentauerit illi respondere. In eo igitur libro inter cætera multa, hanc generalem in Lutheri libros sententiam tulit.

Sup. fol. 78.

Liber Erasmi Tertius de libero arbitrio

Qualis scriptor Luth.

Videor (inquit) hoc mihi in Lutheri scriptis animaduertisse. Non semper est intẽtus iis, quę scribit: Nec id fieri potest, vt hominis animus, perpetuo sit intentus alicui negocio, semper tamen illi currit calamus. Itaque quo crescat volumen, plurima incidunt, quę nihil aliud quàm

chartas

chartas explent. Nũc repetit plus decies dicta, commutatis tantum verbis: Nunc conciona-tur, versans in locis communibus: Nunc asseue rationibus explet chartas: Nunc ineptis salibus & in facetis facetiis eximit tempus: Nunc quic quid offertur aut succurrit animo, quocunque modo detorquet ad causam suam, ac præter cõ uitia, quibus natura scatet, habet verba qui dã veluti magica, quæ non ratione, sed vehementia quadam afficiant lectoris animum, vel imbecillem, vel parum eruditum. In quibus quoniam imaginatio plurimum valet, iuxta Physicos, adeo, vt frequẽter morbos graueis & mortem patiant: fit, vt quodammodo afflentur spiritu, vtinam sancto. Irenæus tradit, arte simili plurimis imposuisse Valentinum ac Martionẽ, non mulierculis tantum, sed & iudicibus. Habebant verba quædam barbara, incognita, vehementia, imperiosa: Ea mira fiducia pronunciantes territabant iudices, & infirmos rapiebant in suam sententiam. Mulieribus etiã prophetiæ spiritum dabant, iterum atque iterũ iubentes, præcipientes, impetantes, vt tantum aperirent os: asseuerantes, prophetiã fore quicquid dicerent. Quid quæris? incalescebant magicis verbis imbecilles animi, & afflabantur, nõ aliter quàm qui commenticiis vocibus adiurati, intumescunt fremuntque, perinde quasi veris Exorcismi verbis premãtur. Huiusmodi vocibus quum omnes Lutheri libri, tum hic præcipue scater: Addit æris Dodonæi loquacitatẽ,

Qualia verba Valentini & Martionis.

Loquacitas Luth.

aut si quid illo est loquacius, vt lector, quamuis sanus & integer, tamen hoc tædio delasletur. Et infra. Quid autem stultius, quàm cum eo disputare, qui nihil admittit, nisi scripturæ verba: sed harum interpretationem vni sibi reseruás: Immo qui sibi permittit comminisci, quoties cómodum est, quod non magis è scripturis elici potest, quàm è pumice lac. Et tamen sibi videtur mirificus disputator: Atque ita re gesta, sibi canit Encomium. Et post multa. Quod testimonium habeat in mundo, norunt omnes. Si mihi persuasum esset, illum Dei causam agere, nullos est in orbe tam potens Monarcha, qui me perpelleret, vt vel tria verba scriberem aduersus eũ, citius abirem in ignem. Et fieri potest, vtrego, vel ob eruditionis inopiam, vel ob ingenij uditatem, parum subtiliter iudicem de dogmatibus. Verum hoc me docet certe sensus communis, fieri non posse, vt syncero pectore causam Dei tractet, qui concitatis tantis in orbem multibus, luditac deliciatur sannis ac dicteriis, nec vnquam expletur. Nec stultitia carere potest tanta insolentia, quantam adhuc in alio vidimus nemine. Nec cum Apostolico spiritu cõgruit tam scurrilis petulantia? Immo hocipsum est Dei causam negligenter agere, ineptis dicteriis irritare Principes ac doctos indecora voce Trotz. Ista diligentia summa fuit negligentia. Si vere diligens esse cupiebat in opere Dei, Paulum oportuit imitari, qui quum esset in omnibus liber, omnium se seruum fecit, qui omnia

Causam Dei non tractat syncere Luth.

fiebat

fiebat omnibus, qui per omnia placebat omnibus: qui non quærebat quæ sua sunt, sed quę Iesu Christi: qui non sequebatur quod licebat, sed quod expediebat: qui abstinere iubet ab omni specie mala, hortans, vt Christianorum modestia nota sit omnibus hominib⁹. Et post pauca. Quale est Euangelium quod recipit tales, quales nimium multos nouimus, quod agnoscit decoctorem, scortis, alea, comessationibus, ocio luxuque perditum, nihilque sibi non permittentem, modo sibi nomen Equitis possit affingere, & huius tituli ius esse putat, deludere creditorem. Et si repetat mutuũ, pro hoste ducere: Et quoties vrget inopia, huic aut illi, vnde spes est prædæ, bellum indicere, publicumq; latrociniũ belli nomine fucare. Principi ius non est indicere bellum, nisi consilio adhibito, & is qui pedem vbi ponat nõ habet, bellum indicit cuilibet. Ac talibus est locus in nouo Euãgelio, quibus apud Ethnicos in ciuitate moderata locus non esset. Hoc satis est, approbat mea dogmata. Quid refert de factis, modo adsit fides? Fateor olim & tales recipiebat Euangelium, sed resipiscentes, sed transformatos. Nunc quidam adeo non corriguntur per Euangelium, vt potius videantur deteriores. Nec fit, vt peccare desinant, sed vt peccent impunitius. Iam si quid erat corrigendum in moribus, aut immutandũ in ritibus, id agendũ erat ax autoritate magna, aut certe ex consensu plurimorum, deniq; paulatim: Neque quicquam submouendũ ni prius,

Euangelium Luth. pessimos quosque recipit.

Temerariæ rerum mutatio.

paratum esset melius aliquid, quod in illius locum succederet. Nunc quidam sic rem aggrediuntur, quasi possint repente nouum orbem derepente condere. Nihil non displicet, constitutiones, Ordines Ecclesiæ, oleum, rasura, Missa, cantus, templa, imagines, vestes, scholæ, Cæremoniæ, studia, literæ. Quid autem pulchri vidimus succedere? Nunquàm tam bene fuit actum cum rebus humanis, nec vnquam agetur in hoc seculo, quin multa sint digna correctione. Verum ad quædam præstat conniuere, quædam condonanda sunt simplicium affectibus. Quæ ferri non possunt, aut tolerari debent, si plus habitura videtur discriminis tentata curatio, quàm habet ipse morbus, aut arte sensimq; corrigenda: sic, vt non abiici, sed meliorum successione protrudi videantur. Hanc moderationem si Lutherus adhibuisset, habuisset & Principes & Episcopos, & ex Monachis ac Theologis, quos nunc habet insensissimos, optimum quenque si bi fauentem. Hæc loquor, fingens causam esse per omnia talem, qualē videri vult Lutherus. Profitedatur enim sese Ecclesiæ collapsos mores, ac nonnulla dogmata magis ad commoditates hominum, quàm ad Christi gloriam facientia, reuocaturum ad synceritatem. Hoc negocium iam olim suspirabant optimi quique: Sed quoniam perspiciebant, nisi Deus afflasset animos Principum, sine graui publicæ tranquillitatis concussione tentari non posse: optabant potius quàm sperabant. Quod summo

Luth. seditionē affectasse videtur.

mo quidem orbis applauſu Lutherus aggreſſus eſt, ſed ita ſe geſſit, quaſi ſeditionem, quam in primis vitatam oportuit, affectaſſe videatur. Nunc non libet commemorare, quales habeat plæroſque diſcipulos. Illi ſatis eſt, quales quales ſunt, quod approbant ipſius dogmata. At Paulus ne cibum quidem capi vult cum fratre, qui nominatur auarus, aut ſcortator, aut maledicus Certe iſtorum multi ad publicam tranquillitatem adeo ſunt inutiles, vt Turca quoque feratur Lutheranorum nomen execrari, ſeditionis odio, quum Chriſtianos toleret, ab ipſius dogmatibus alienos. Quid hic commemorem, quanta inter Euangeliſtas (ſic enim ipſi ſe vocant) diſſenſio, quam atrox odium, quam amatulenta contentio, immo quanta inconſtantia, quum ipſe Lutherus toties mutarit ſua placita: Et ſubinde noua Paradoxa ſuppullulent.

Quales diſcipuli Lutheri.

Promittit ſibi mirificam apud poſteros memoriam. At ego potius auguror futurũ, vt nullum nomen ſub Sole fuerit vnquam execrabilius Lutheri nomine, & apud Papiſtas & apud Antipapiſtas. Mundi Principes, huic mundo deditos irritauit, cauſam emendandæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ, cui fauebant optimi quique: ſic exulcerauit, vt & aduerſoriorum vires auxerit, & malum reddiderit immedicabile. Quod, ni Deus velut è machina ſuccurrerit, nunquam ſopietur, niſi maxima Chriſtiani ſanguinis effuſione. Primitias iam vidimus in ruſticis. Et hoc ſtatu rerum ille ludit

Execrabile nomen Luth.

dicteriis, in quos lubitum est. Hæc & id genus multa Erasmus. Ad quæ sane omnia sic obmutuit Lutherus, vt nullo deinceps verbo .·. Erasmũ amplius irritare fuerit ausus, licet audacissimus alioqui extiterit. Cum autem nouum Testamentũ, à Luthero in Germanicam linguam versum, ac multis in locis deprauatum, & per falsas Annotationes ad confirmandas hæreses eius adornatum, multisq; milibus exemplariũ per Chalcographos adauctum & euulgatum, vbiq; circumferretur venale: & inclytus ac maxime Catholicus Princeps, Dux Saxoniæ Georgius, constantissime illud non solum reiiceret priuatim, sed & publicis Edictis interdiceret subditis suis, per omnẽ suam in Turingia Misniáq; & Saxonia ditionem: atque ex hoc grauẽ inuidiam, odiúmque & obtrectationem à Lutheranis pateretur, tanquam is, qui Tyrannice, opprimeret verbum Dei, & persequeretur Euangelium Christi. Hinc factum est, vt illi fidelis ac deuotus Capellanus, Hieronymus Emserus, qui iampridem ædiderat Annotationes in Lutheri Testamentũ nouũ, ac de multis eũ erroribus palã conuicerat: Nouũ Testamentũ, ex recepta & approbata per totam Ecclesiam trãslatione Latina, verterit in Teuthonicum quam fidelissime, iussu & petitione prædicti Principis, qui & præfatione sua opus illud maxime cõmendabile bonis ac piis omnibus reddidit. Vnde factum est, vt illius æditione frequenti, Lutheri Testamentum, & nomen & autoritatem magna

.·. multis annis Nouum Testamẽtum Luth.

Nouũ Testamentum Emseri.

magna ex parte apud Germanos perdiderit. Inter cætera enim Princeps ille sic ait in prologo Teuthonico.

Ea propter nos maturo ac deliberato consilio, atque etiam ex mandato & commissione Romanæ Cæsareæ Maiestatis, CAROLI.V. Domini nostri omnium Clementissimi, dictã Lutheri interpretationem ac nouum Testamẽtum, dilectis fidelibusque nostris subditis, ad euitandas pœnas & damna, tum corporis tum animæ, intentione prorsus paterna debitaq; ac bona, interdiximus, atque etiam è manibus eripuimus: Id quod Lutherus cum nõnullis complicibus suis nobis pessime imputantes, criminati sunt nos, velut Tyrannum ac persequutorem & hostem sancti Euangelij ac verbi Dei, qui illud liberè legi ac prædicari in terris nostris non permittamus. In quo sane iniquissime nobis molesti sunt. Speramus enim in Domino, omnes qui nos recte cognoscunt, non aliter percepisse vnquam, quam nos Euangelium ac verbum Dei, quomodo ab Ecclesia Catholica receptum est, libenter audiisse. Vtinam & facto illud sequuti simus, quod tamen facere, quantum gratiæ nobis contulit Deus, studuimus, ac de cætero studebimus pro virili. Neq; igitur verum Euangelium, neque verum verbũ Dei, sed duntaxat Lutheri, aliorumque pseudo Euangelicorum Concionatorum, fallaces doctrinas, sermonesque & scripturas, in terris nostris supprimere intendimus. In quo sane pro-

Verba Ducis Georgij in Prologo No. Testa.

posito constanter, Deo volente, per diuinam gratiam, vsque in finem perseuerabimus. Speramus item & confidimus, eos quoque quibus ignoti sumus, & qui post nos venturi sunt, ex subsequenti commemoratione fructuum, qui ex Lutheri aliorúmq; Suermerorum doctrinis enati sunt: nos facile excusatos in hoc habituros esse. Quamuis enim Lutherus rem primo sub prætextu cuiusdam Reformationis & emẽdationis abusuum, qui apud & Ecclesiasticos & sæculares radices egerunt, inceperit: verbis tamen ac factis mox indicauit, sese non intendere rem emendare, sed prorsus euertere. Quemadmodum sæpe gloriatur, eo se rem perducturum esse (neque item vlli ad hoc labori pepercit, & de hoc maxime proteruiuit) vt intra paucos annos nullum Templum, Collegium, sacellum aut Monasterium: nullus presbyter, Monachus, aut Monialis: nullus item Episcopus, aut Princeps, sub cœlo permanere debeat. Neq; in his contentus, verum etiam totam Ecclesiam Catholicam, ac sanctam fidem nostram, partim per seipsum, partim per suos sequaces Suermeros, ac pseudo Euangelistas, penitus extinguere. Et non modo Diuos, verum etiam Christum ipsum è cœlo propellere, conatus est: Quemadmodum & facto vnum post alterum adorti, primum Doctores Scholasticos, deinde & veteres sanctos Doctores, quos Ecclesiasticos vocant: Quorum scripta, Canones & Decreta (quæ ad ædificationem Ecclesiæ à spiritu sancto

Fructus Euãgelij Luth.

ſancto eis indita fuerũt)ignibus publice combuſſerunt:ſanctorum imagines & crucifixi ſtatuas,quæ non pro Idolis,ſed pro memoria dũtaxat ad plebis excitandam deuotionem,erectę ſunt,deſtruxerunt ac diſſecuerunt, non modo in viis publicis,verum etiam in Templis. Omnia bona opera,qualia ſunt, Virginalis caſtitas, ieiunia,orationes, feſta, viſitationes Eccleſiarum,profeſſiones,lætaniæ, Matutinæ, Veſperæ,ac aliæ horæ Canonicæ: Ad hæc, Vigiliæ, Miſſæ pro defunctis,Exequiæ, Triceſimi, Anniuerſarij,& quicquid ab Eccleſia in ſuffragiũ piis animabus peragitur, ſimul cum omnibus antiquitus obſeruatis ritibus & Cæremoniis, non ſolum ſcelerate floccifecerunt:verum etiã prorſus abrogarunt & omiſerunt. Præterea vſque adeo carnales ac feri facti ſunt, vt etiam ſacris Sextis feriis,aliiſq; ieiunij præcepti diebus non ex neceſſitate,ſed ex mera petulantia, & in Eccleſiæ deſpectum, carnibus cibent & veſcantur. Rogant inſuper ac deſiderant, vt poſt mortem non in locum ſacratum, ſed in prophanum,ſicut aliud animal irrationale, ſepeliantur:nec aliquid boni pro eis fiat, neque etiam pro ipſis oretur. Atque vt in his omnibus impuniri permaneant,Conciliorum quoque& Eccleſiæ poteſtatem omnem proſtrauerunt,ac vulgari populo id poteſtatis tradiderunt, non ſolum ſuper ſcripturis & Conciliis: verum etiam ſuper vtraque ſuperioritate, tum Eccleſiaſtica,tum ſęculari,ad iudicandum ac puniẽ-

Carnalis beſtialitas Lutheranorum.

dum. Ac deinceps temere aggressi sunt, non solum Cæremonias & Sacramẽtalia: Qualia sunt, benedictio aquæ, salis, herbarum, candelarum, & id genus aliorum, quæ (vt Paulus ait) per orationem & verbum Dei, in templo sanctificantur: abrogare, Verum etiam ipsa Sacramẽta arroganter inuaserunt. Quorum aliqua prorsus reiecerunt, vt pro nullo habeant Sacramento, veluti cõfirmationem, Extremam vnctionem, sacros Ordines, Confessionémque cum pœnitentia & satisfactione: Cætera vero variis multisque modis ac formis immutant ac peuertũt &c. Ædidit anno illo Lutherus Teuthonicam consolationem, ad populum Hallensem in Saxonia, super interitu Concionatoris eorum, Georgij, qui Asciburgium euocatus à Principe suo, in reditu fuit à quibusdam Equitibus, dum per vastam syluam iter faceret, repente interfectus. Nec satis constat, quam ob causam, nisi quod crebrior fama erat, illum occulte cõtraxisse coniugium, cum opulenta quadam & nobili muliere vetula, cuius Consanguinei, tũ propter illicitum coniugium, tum propter mulieris bona, quæ presbyter ille coniugij prætextu ambiebat, illius iter obseruantes, eum sic interfecerint: non latrocinandi, sed vindicãdi aut scandali pręcauendi studio. Mox enim vt interfecerunt, aufugerunt per auia loca, nihil prædę aut pecuniæ rapientes sibi. Lutherus vero eam necem imputabat Dominis Capitularibus, Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ, tanquã eorum

Liber Lut. de interfecto cõcionatore Hallensi.

um machinatione paratæ fuerint Georgio illi (qui tamen nihil ad eos pertinebat) insidiæ. Inter cætera enim sic ait. Prima igitur pars cõsolationis nostræ est, quod scimus, quisnam sit latro, qui dilectum fratrem nostrum, Georgium, interfecit, nempe Diabolus: Quamuis scire non possimus, quinam sint Domicelli, qui istud iusserint, aut quænam fuerint manus aut arma, quæ perfecerunt. Audio enim Episcopũ Moguntinum vehementer excusari velut innocentem: Quod & ex corde opto, atque ita esse sino. Cunque plures nouerim Episcopos, qui bene agerent aliter, si eis per sui Capituli Tyrannos liceret: propensior profecto mihi est animus, si vtrum credendum sit, vt credam potius: Capituli Mogontini Tyrannos, eiusmodi homicidium in dominum Georgium subornasse: Nã haud ita diu longe maiorem cædem intendebant, quando homicidali consilio suo, per nobilem sanguinem, Cæsarem Carolum, Germaniæ Principes contra se inuicem concitare, atque Germaniam sanguinis diluuio inundare, studuerunt: vt suas meretrices, suosque ventres libidinosos, in pace ac voluptate secure fouere queant. Qui totam prouinciam in cædem ac sanguinem adigere intendit, is pro leui nimirũ habet, si vnum interficiat virum. Deus autem homicidalibus & sanguinem sitientibus canibus illis, malitiam eam tunc prohibuit. Hi sũt ergo Ecclesiastici sancti homines, qui Missis & orationibus Christianitatem sustentant, ac

Calumniæ Lut. in Canonicos Capituli Moguntini.

antiquo præterea homicidæ, deo suo, Diabolo totum mundum proditionibus ac homicidiis offerre intendunt ac desiderant &c

Excusatio Capituliper Cochlæum.

Hisce Lutheri calumniis Ioannes Cochlæus, dum Moguntiæ ageret, confestim ædito libello itidem Teuthonico respondit, atque preter alia scelera, quæ illi obiicit & commemorat plurima, quibus in Archiepiscopum & eius Capitulum malitiosissime machinatus fuerat, sic ait. Quamlibet vehementer furit, mentitur ac criminatur mendax Monachus: attamen nihil prorsus inhonesti aut reprehensibilis est in eo consilio, in quod ipse tam furibunde conuitiatur & clamat, Vnusquisque enim potest superiores suos pro consilio & auxilio implorare, ad manutenendum quæ sua sunt, suumque ius conseruandum, absque cuiuslibet præiudicio ac detrimento. Atqui malitiosus Monachus plus voluptatis habet in excitandis ac dandis malis, vno post alterum, magisque laudat eos, qui Collegiis, Monasteriisque & Ecclesiis debitos census, reditusque & decimas denegant, adimunt, alienant, atque vi contra Deum & contra phas Et ius omne rapiunt, sibique vsurpant: quàm illos, qui nemini quod suum est auferre conantur, sua autem conseruare desiderant. Cunque Ecclesiasticis in vtroque iure multiphariam interdictum sit, ne bona sua reditusque & census vendant aut alienent: Lutherus vocat eos homicidas ac proditores, dum nolunt pati aut permittere, vt bona

De rebus Ecclesiasticis non alienandis.

na Ecclesiastica, quæ à piis hominibus ad cultum Dei donata sunt, ab aliis rapiantur, alienentur, & à cultu diuino ad mundanam superbiam, ad scortationes, ad comessationes transferantur. Cum igitur ipsis & eiusmodi bona non liceat vendere nec donare, quomodo taceant aut conniueant, si alii ea contra ius, vi rapere, detinere, aut alienare, moliantur? O egregium igitur legislatorem, Moysenque Teuthonicum, Lutherum. Quando autem suæ timebat cuti, & propterea Principibus adulabatur, ac rusticos criminabatur, ita tum scripsit. Rustici nostri volunt aliorum bona facere communia, & sua sibi propria retinere: Pulchri sane Christiani. Arbitror (inquit) nullum Diabolum esse in inferno, sed omnes euolasse in rusticos: furor iste supra omnem & modum & mensuram est &c. Non inique quidem loquitur hic Luthe-
ros, quamuis iniquissime talia rusticos antea do
cuerit. Quemadmodum ego clare ex scriptis eius ostendi, quando eius in rusticos libello re spodi. Arbitror vero longe iniquius esse, quod aliqui bona sua propria retinent, & Ecclesiarum quoque bona rapiunt, sibique velut propria retinent, qui Luthero in hoc maxime placent: Quum tamen longe tolerabilius foret, & a vitio auariciæ alienius, si Ecclesiastica bona, non in propriam, sed in communem (sicut rustici volebant) vtilitatem, si abalienãda aut rapienda essent, vetterentur. Sed vtrunque cõtra Deum est, & cõtra omne ius. Nam in vero

verba Luthe ri contra rusticos.

Euangelio ait Christus. Date Deo quę Dei sunt & Cæsari quæ Cæsaris sunt. At non ait. Rapite ea quæ Dei sunt, & date Cæsari aut mundanis Principibus. Qui ergo verus vult esse Christianus, nulli hominum, multo minus Deo, quod suum est rapere aut furari debet, sed potius dare, quàm auferre. & infra. Ait falsus & mendax accusator. Certum ergo est, Sathanam id fecisse. Capitulum Moguntinum non scio pro certo accusare &c. Quis iudicum ex huiusmodi accusatione contra bonos Dominos, Venerabilis Capituli Moguntini, sententiam laturus est, in tam magna causa Capitali, quæ corpus & vitam, bonorem & substantiam tangit, Cum ius commune dicet, quod in eiusmodi causis probationes debeant esse luce meridiana clariores? Si ergo Lutherus non scit dictum Capitulum pro certo accusare, quomodo audet eos appellare Tyrãnos & Sicarios? An satis probationis est, quod ait, Sicut audio, non scio pro certo, sic informatus sum? Immo (inquit) vocauerunt eum ex aliena Diœcesi, vt Magdaburgensi: in aliam, vt Moguntinam, ad cuius tamen Iurisditionem non pertinebat. Ad hęc eum etiam interficiunt occulte ac proditorie in itinere. Ita enim informatus sum &c. Quomodo autem sciet aut poterit Lutherus probare, Capitulum Moguntinum euocasse Georgium illum Asciburgium? Quid negocii habet Capitulum Moguntinum cum Magdaburgo aut Hallis, & cum illarum ciuitatum Concionatoribus? Lutherus vero est

Temerarius & mẽdax accusator Luth.

vt

vt ait, informatus, illum per Episcopi literas euocatum fuisse. O nequissimum os conuitiorum, quod Principes & dominos tam cito Sicarios & occultos latrones nominare auder, cum non possit, neque maximum neque minimum punctum, nec primum nec vltimum articulum tam sæuæ accusationis probare &c.

Vrbs Roma à Cæs. exercitu capta.

Fuit annus ille non solum Germaniæ, verum etiam Italiæ: in primis Dominæ rerum, & Capiti Imperii, vrbi Romæ, grauis & exitialis. Nam vbi Papa, omisso Cæsare, cum Rege Franciæ, & cum Venetis ac Florentinis, fœdus inniuisset: Capitaneus Cæsaris, Dux Borboniæ, qui Italico præerat exercitui, cœpit infestus esse castellis, atque etiam vicis & vrbibus Papæ. Verum vt vidit se hostium coniunctis viribus imparem, suisque & commeatum & pecuniam deficere decreuit vltimam experiri fortunam. Subito igitur duxit exercitum suum ex agro Bononiensi, versus Romam ipsam, quo & citius peruenit, quàm suspicabatur: & mox, vt ad mœnia peruenit Quinta die Maii, quæ erat Dominica tertia Paschæ, misit Fœcialem in vrbem, vt peteret transitum tutum & commeatum, quo denegato, rursus misit, vt peteret vrbẽ dedi Cæsari. Verum à Capitaneo Papæ reiect⁹ & contemptus, rediit ad Ducem, qui mox inito cum suis consilio, statuit, primo diluculo vrbem Leoninam, quæ Burgum dicitur, oppugnare. Nec defuit audẽtibus fortuna: Statim enim His

Interitus Ducis Borbonii.

pani conſcenderũt in muros, et Germani perſtegerunt portã, quæ Hoſpitali ſancti ſpiritus proximior erat. Veruntamen Dux ipſe, victoriæ autor victoria diu potiri non potuit. Ictu enim Bombardę in oppugnatione mœniũ percuſſus, mox in hora illaperiit victor. Milites autem, qui ſciebãt nullam ſibi ſupereſſe ſalutem, ni fortiſſime cœptam victoriam proſequeretur (Nam foris Dux Vrbini grandem in eos ducebat exercitum Venetorum et Gallorum, et intus non pauci, tum equites tum pedites, ſtabant à parte Papæ et Romanorum) irrũpentes vi glomeratim ferro ad omnia ſibi aditum parabant, cæſis obuiis quibuſque Papę & iis, qui cum eo erãt in Palatio, vix dabatur effugiendi in Molem Adriani (quam Caſtellum S. Angeli vocãt) ſpaciũ. Milites itaque Germani & Hiſpani, in ea pugna nullum habentes ſacrorum reſpectum, plurimos occiderunt, non ſolum in atrio & porticu Baſilicę S. Petri, verum etiam in ipſo tẽplo: atque adeo & circa ſacratiſſima altaria, & circa memorias & monumenta Apoſtolorum, aliorumque Diuorum, plurimum ſanguinis effuderunt. Deuaſtato itaque Burgo, mox in eam Romæ partem quæ trans Tyberim dicitur, irruerunt, in prædam omnia rapientes, & vitæ redemptionem à quibuslibet extorquentes. Cũctis itaque ſubito & inopinato terrore perculſis, eodem victoriæ impetu, eodem die irruerunt & in magnam Romam, per põtem Sixtinum, vbi multo minus cędis quàm in Burgo, ſed lõge plus prædæ fuit &

Cædes in vrbe capta

pecuniæ

pecuniæ. Quia propulso in Castellum Papa, nemo victori exercitui arma impune opponebat. Plus itaque deditionis, quàm prælii fuit. Roma ergo sic obtenta, captaque ac peruersa, miles absque Duce ferox & effrenis, in prædam omnia vsurpauit, sacra iuxta atque prophana. Neminem à direptione militari salutauit deditio, neminem sacer locus, neminem Cesaris aut Nationis nomen aut fauor. Omnes incolæ, siue Romani essent, siue Hispani aut Germani, amissis rebus omnibus, corpora quoque propria & vitam, iuxta æstimationem ab irato & insultante victore taxatam, redimere coacti sunt: pars in tormentis & immanissimo cruciatu defecit, vitam simul cum pecuniis relinquens: pars semel redempta, ne rursus æstimaretur, abiit vltro relictis omnibus. Mam contingit haud ita raro, eundem seu ciuem seu incolam, aut Curialem, nũc ab Hispanis, nũc à Germanis capi, torqueri æstimari ac ære mutuato redimi. Irrepserat in eum exercitum per quosdam Germanos lues Lutherana: qui sane milites infecti, omnia sacra despectui habebant. Sacros calices haud secus quàm prophanos attrectabãt ac diripiebant: Venerabile Sacramentum abiicientes, pixides & Monstrantias argenteas rapiebant subiit sacras vestes, in ludibrium religionis nostræ, prophanis induebant Lixis & Calonibus: Venerandas Diuorum reliquias, velut ossa canum reiiciebãt abrepto argẽto. Sacras itẽ virgines, haud secus atque meretrices adstuprũ rapiebãt, Quidã Luth-

Præda & direptio crudelitasque militũ

Milites Lutherani.

eam historiam Teuthonice describens, affirmat, Germanum quendam militem, qui dicebatur viridis sylua verso ad Castellum S. Angeli ore, proclamasse, in voto sibi esse, vt ex corpore Papæ frustum deuoret, quod Luthero nunciare posset, eò quod Papa verbum Dei hactenus impediuerit. Addit, milites ex veteri Capella Papæ, in quo eius Cantores quotidie Missam & horas Canonicas cantare solebant, fecisse stabulum equorum, quibus Bullas ac literas Papales substrauerint. Addit, milites Papæ ac Cardinalium vestes ac pileos, in eorum opprobrium induisse, fictumque creasse Papam ex Landesknecto, qui dixerit in ficto suorũ Cardinaliũ cœtu & cõsistorio, se donare Papatũ Luthquisquis militum id approbet, dextrã in altũ tollat, milites itaque leuasse manum, ac exclamasse, Lutherus Papa. Luther, Papa. At hæc omnia ignorante Cæsare perpetrata fuerunt, nec ea vnquàm approbauit aut rata habuit, quæcunque milites illi ui ac metu à papa & Cardinalibus extorserunt. Quamuis vero ea præda omnium opulentissima fuerit, quanta sane Germano militi intra CC. aut CCC. annos, nunquam ex vlla oppugnatione & pugna obuenit: attamen perpauci militum Germanorum ex tantis opibus dilati sunt: bona pars omnia sua ludendo perdidit, magna pars peste aut caumate periit, pars ictu Bombardarum vitam cum præda reliquit. Maximum vero damnum, quod eruditi præcipue deplorant, datum est à barbaris militibus in Bibliotheca vaticani

Pauci ex præda illa ditati sunt milites Germani.

Cõfusio sectarum in Germania.

Vaticani ad S.Petrum, vbi preciosissimus erat librorum thesaurus, quos magna ex parte furor barbaricus disperdidit, dissecuit, aut vilissime distraxit. Papa insuper in castello diu obsessus grauissmis tandem conditionibus pacem á militibus illis redemit. Verum Cæsar nihil eorum ratum aut gratum habuit, sed Papam, quàm primum potuit, in pristinam libertatem restituit, dolentibus ac frementibus Lutheranis, quod isto Euangelii sui fructu diutius gaudere ac frui non possent. Erat tum Romæ Italus quidam, sacco indutus, qui ante captam vrbem sæpe prædicauerat, graue imminere vrbi exitium nisi homines prauam vitam corrigerent, ac pœnitentiam agentes, iram Dei precibus auerterent. Cunque id sæpe fecisset magnis clamoribus in publico, comprehensus, & in carcerem coniectus, ibique detentus fuit, donec Deus re ipsa comprobauit, quod ille prædixerat. Dimissus vero è carcere a militibus, eis quoque prædixit, breue fore eorum gaudium ex illa præda. Cum igitur euenirent ea, quę prædixerat, creditus est prophetiæ habere spiritum, quem & vitę austeritate probauit, Ioannis Baptistæ nomen habens, & uitæ institutum sequens

Confusio sectarum in Germania.

Interim vero Germania fœde confundebatur funestis sectarum dissensionibus. Adquas sane opprimendas, non solum Catholici Principes & Doctores, verum etiam Lutherani plærique adnitebantur. Nam & Saxoniæ Dux Elector, in Sacramentarios & in Anaba

ptiſtas, publice animaduertebat carcere, mulcta, ſupplicio, Et Lutherus ipſe in Zuinglium & Oecolampadium, alioſque nouos Vviclephiſtas, bene prolixum ædidit librum Teuthonicũ cui hunc inſcripſit titulum. Quod hæc verba Chriſti: Hoc eſt corpus meum &c. adhuc firmiter ſtent, contra Suermericos ſpiritus. Multa igitur de Suermeris eo in libro quæritur, ſuæ interim iactantiæ minime oblitus aut diſſimulans Sic enim ait. Nunc temporibus noſtris, quum videremus ſcripturam ſub ſcamno iacere, ac Diabolum mero ſtramine ac feno humanorum præceptorum nos tenere captiuos atque illudere: Voluimus per gratiam Dei huic rei conſulere: & profecto cum ingenti ac difficili labore reduximus in lucem ſcripturam, humaniſque præceptis vale diximus, noſque liberos fecimus & Diabolum effugimus, quamuis egregie reſiſterit atque adhuc reſiſtat, Attamen artis ſuæ ni obliuiſcitur, & inter nos quoque aliquid ſeminis ſui occulte immiſcuit. At circa hoc non ſubſiſtet, ſed incipit à minimis, nempe à Sacramẽtis. Quamuis ea in re ſcripturam in Decem ferme foramina atque effugia iam lacerauerit, vt ego turpiorem hęreſim legerim, nunquam, quę in initio tot inter ſeſe capita tot ſectas habuerit Etiamſi in principali cauſa, vt pote, in perſequẽdo Chriſtum vnanimes exiſtãt. At vlterius procedet, plureſque aggredietur articulos; Quẽadmodum iam oculis ſcintillat, Baptiſmũ, Originale peccatum atque Chriſtum nihil eſſe. Hic

Verba Luthe ri contra zuinglium & Oecolampadium

Querela Lut. contra aſtutias diaboli.

rurſus

rursus erit in scriptura tumultus, ac tanta discordia, tot sectæ, vt cum Paulo bene possimus dicere, mysteriũ iniquitatis iam operatur, quod multæ post eum sectæ essent futuræ. Et post pauca. Video hac in causa nihil aliud, quàm iram Dei, qui Diabolo frena relaxat, ad excitandos huiusmodi adeo crassos rudesque errores, ac tenebras palpabiles: vt puniat turpem nostram ingratitudinem, qui sanctum Euangelium tam vile atque contemptum habuimus, vt iniquitati, sicut Paulus ait, credamus, eò quod charitatem veritatis non recepimus.

Nouitas grata plebi.

Neque deest Suermeritati huic quicquam, nisi quod noua est. Nos enim Germani tales sociisumus, Quicquid nouum est, arripimus, eique adhæremus velut fatui. Si quis prohibet, is nos ad hoc furentiores reddit: Sin nemo prohibeat, nos ipsi statim exatiamur & fastidimus: inhiantes subinde ad aliud nouum quid. Diabolo vero id prærogatiuæ habet, vt nulla doctrina nullumque somnium tam ineptum exoriri potest, quin ad illud reperiat discipulos, & quanto ineptius, tanto citius. At solum verbum Dei manet in æternum: Errores circa ipsum semper oriuntur, & occidunt. Et infra post multa.

Criminatur Lutherus barbariem Germanorum

Super hunc sermonem alios forsitan Suermeros acquiram, qui me capiant, & dicant. Si Christi corpus in omni loco est, ergo illud deuorabo & potabo in omnibus tabernis, ex omnibus scutellis, vitris & cantharis. Et sic nulla erit differentia inter meam & Domini mensam. Huiquam egregie eum deuorabimus. Tam turpes

pes enim porci ſumus nos infœlices ac perdi
Germani maiori ex parte, vt neque diſciplinam
neque rationem habeamus: & quando de Deo
quicquam audimus, reputamus perinde ac si e
ſent hiſtrionum fabulæ. Talia nunc & dicta &
facta contra Sacramentum iſtud reperiuntur,
in plebe quæ per Suermerorum doctrinam ſe
ducta eſt, vt potius mori quis debeat, quam vel
vnum ad eos ſcribere ſermonem. Nam mor
proruunt, quando audiunt, nihil eſſe, & volunt
in illud cacare, ac nates ex eo tergere. Sæcularis
poteſtas deberet eiuſmodi blaſphematores pu
nire: impudentia eſt & audax temeritas. Cum
prorſus nihil de eo ſciant, & tamen hunc in mo
dum blaſphemant. Et nouit Deus, me huiuſmo
di altas res inuite ſcribere, quando oportet tali
bus proiici canibus & porcis. At quid faciam?
Suermeri de hoc rationem reddent, qui ad hæc
me cogunt. Audiſne iam porce aut Suermere,
aut quiſquis es irrationalis Aſine, Etiam ſi Chri
ſti corpus vbique ſit, illud tamen propterea nõ
ſtatim deuorabis, nec potabis, nec palpabis. Ne
que ego tecum de iiſce rebus loquor, vadeinta
um ſtabulum porce, aut in tuum ſterquilinium
&c. Tale igitur erat tum Lutheri de Germa-
nis iudicium, quando plurimos à ſua ſecta ad
nouos Suermeros tranſire videbat. Quibus ta-
men paucos ante annos, dum ſibi adhærerent,
vltro tradebat, facultatem iudicandi de omni
doctrina, ac de omnibus, etiam Papæ & Genera
lium Cõciliorum Decretis. Contra eum vero

Secta zuinglii.

librum

librum eius mox ad Principes eius, Electorem Saxoniæ,& Hassiæ Lantgrauium,alios scripserunt Teuthonice libros, Vlricus Zuinglius, & Ioannes Oecolampadius,qui Carolstadii opinionem de Venerabili Sacramento tuebantur. Qui & semper,quoad vixerunt,aduersabantur ei,nec paucos habebant complices, præsertim Argentinæ,Basileæ,Constantiæ,Vlmæ,Augstæ Turegi ac Bernæ. Quos tamen omnes euidentissime confutauit & conuicit Reuerend⁹ Pater Ioannes Fyscherus,Episcopus Roffensis in Anglia,libris Quinque: & Iodocus Clichtoueus,Theologus eximius in Gallia, libris duobus,quibus nemo eorum hactenus respondit. Transtulit quidem Fyscheri Quinque prologos in Teuthonicum Ioannes Cochlæus: Verum tanta est dementatæ plebis peruersitas & pertinax adhæsio ,vt nihil in contrarium vel audire vel legere dignentur,ne de opinione semel concepta,vacillare aut dubitare quicquam videantur.Nonus præterea insurrexit pseudoprophetà Vuormaciæ,Iacobus Kautius, cui nomen est Germanicum à Bubone,de quo ait Ouidius.

Libri contra Zuinglianos.

Iacobus Kautius.

Ignauus Bubo dirũ mortalibus omẽ.

Hic quum esset Germanice facundus Concionator,traxit populum sequacem aurium pruritum in quemlibet errorem, quocunque volebat. Vnde factum est,vt breui sic inualuerit ibi non solum contra Lutheranos, verum etiam contra Senatum: vt ne vicinum quidem Principem

cipem, licet potentissimum, Ducem Ludovicum, Comitem Palatinum Rheni, Imperiique Electorem, illius vrbis protectorẽ, reuereretur. His enim verbis in publica Concione contra eum inuehebatur. Non expelles me, inquit, nec permittam me à te expelli. Ratio, quia me non recepisti: Immo si velis expellere me, quem non recepisti, non permissurus sum ego, etiam si Mille Capita propter hoc perire debeant. At dicis, Me nihil aliud, nisi quod ad seditionem potestatumque oppressionem tendat, prædicasse ac docuisse: Ob id nimirum, quod dico tibi, Regimen ac potestatem tuam esse contra Verbum Dei, & non ex Deo, sed ex viuo Diabolo esse. Non igitur expelles me hinc nisi prius hæc regio tota, ac regna insuper aliquot, propterea deuastentur. Dico tibi, quia huc à Domino destinatus sum ad te docendum. Hæc kautius, qui & ante biennium rusticis tumultuantibus, & conscius & consiliarius fuisse dicitur. Quum vero reclamarent fortiter ex publico suggestu ad suos Lutherani duo, kautius septem articulos publice affixit, quos coram plebe contra illos disputaturum se pollicebatur: Quibus & illi totidem articulos publice opponebant, vt parum abesse videretur ea contentio à seditione. Palatinus vero Elector, tantum effecit, vt paulo post vtrique aduersarii ex vrbe illa pellerẽtur. Interĩ kautianos igitur articulos duo erãt præcipui, Tertiꝰ & Quartus: quia ipse tate præ cæteris insignes. Tertius enim ita habe

Verba Kautii contra Palatinum electorem.

Duo bariartitule Kautii.

bat Baptiſmus paruulorũ a Deo prorſus non eſt ſed directe cõtra Deũ,& contra Dei doctrinã quæ nobis per Chriſtum Ieſum filium eius prolata eſt. Quartus vero ſic. In Sacramento ſeu cœna Domini, neque eſt ſubſtantiale corpus aut ſanguis Chriſti, neque vſus illius hic vnquam rite eſt celebratus. Hos ergo articulos vbi Moguntiæ vidiſſet Cochlæus, mox ædidit libellum Teuthonicum ad Senatum Vuormacienſem, velut vicinus officioſus, reprobans vtriuſque partis articulos breuiter, & pro Baptiſmo paruulorum, elegantem Cypriani Epiſtolam ad Fidum Epiſcopum ſcriptam Germanice recitans: vt intelligerent, paruulorum Baptiſmum ſemper in Eccleſia Chriſti fuiſſe. Ad articulos vero breuiter in hunc modum reſpondit. Intertio (inquit) articulo kautius omnino Paganus eſt: nuſquam enim prohibitum eſt baptizari paruulos, & ſemper in Eccleſia fuit paruulorum Baptiſmus. Id quod inſignis martyr Diuus Cyprianus libro 3. Epiſtola 8. ad Fidum, multis demonſtrat tum ſcripturis tum rationibus. Sed & palam aduerſatur & ipſi Chriſto & ſacratiſſimę eius doctrinę, vetare, ne paruuli baptizentur. Chriſtus enim iubet baptizare omnes gentes, neminem excipiens, neque ſenem neque iuuenẽ. Et dicit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſãcto intrare in regnũ Dei, Iob. nõ poteſt 3 Quinimmo ſpeciatim expreſsit paruulos, docens Matth. 19. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere venire ad me: taliũ eſt enim regnũ cœlo

Error Lutheri de paruulorum Baptisma.

tum. At kautius facit hic, sicut alibi fecit occultè Lutherus, qui primo peccatum posuit in paruulis post Baptisma, ac deinde fatebatur, nisi pueri habeant fidem propriam, eos baptizari nõ debere. Nos autem baptizamus paruulos in fide sanctæ matris Ecclesię, atque ita tollitur ab eis omne peccatum per Baptismum. In Quarto vero articulo, kautius incredulus est Iudæus. Æquum proinde foret, vt ei contingeret sicut sæpe contigit Iudæis, tum in Germania, tum alibi: Qui Venerabile Sacramentum acubus compunxerunt, ad explorandum, an sanguinis ibi contineretur. Et ante CCCC. annos, reuocauit hunc articulum Berengarius hæreticus, contra quem multi tunc præclari scripti sunt libri. Sed & his nostris temporibus Rex Angliæ, Episcopus item Roffensis, aliique nonnulli, Lutherum, qui sacram conuersionem seu Tarns substantiationem in hoc abnegat Sacramento: grauiter ac potenter ex scripturis redarguerũt. Sequeretur enim ex ea abnegatione, quod corpus & sanguis Christi non essent ibi substantialiter, sicuti non assunt ante verba consecrationis prolata. Vtraque igitur pars iampridem digna esset, vt in honorem Venerabilis Sacramenti, proscriberetur in extremos fines terræ. Hæc ibi Coclęus. In epistola vero ad Senatum ista quoque adiunxit. Christus pro suis rogauit patrem suum cœlestem in monte Oliueti, vt sint unũ, sicut & ipse cum patre vnum est, Ioan. xvii. Quum igitur tot sectę ex Lutheri doctri-

Verba Cochlæi ad Vuormacienses.

na

facile sane intelligitis, eam ex Deo non esse, sicut est doctrina & institutio sanctorum patrũ Ecclesiæ Catholicæ: sed ex patre potius mendaciorum discordiarũmque, vti cunctæ aliæ fuerunt ex eo hæreses & schismata. Quum ergo huiusmodi doctrina, quam Lutherani proponunt, non solum ante Centum annos, per Vniuersale Concilium Constantiense, atq; in plærisque aliis antea Conciliis: Verum etiam nostris temporibus à tribus summis Pontificibus, ab omnibus totius Christianitatis Vniuersitatibus: immò & à Cæsarea Maiestate, atque adeo à toto Romano Imperio, apud vos in vrbe vestra, ante sex annos damnata sit, & nunc post tantas calamitates, ac post tantum fusi sanguinis, per proprias discordias articulósque contrarios damnet seipsam: Non poterit profecto vllum vobis dari consilium melius, quod vobis, & in anima & in corpore, vel vtilius vel honestius existat, quàm vt semel omnem eorum discordiam à vobis ablegetis, atque errorem vnum simul cum altero ex vrbe vestra pellatis, & sic rursus in antiquam tranquillitatem Catholicamque vnitatem redeatis. At si permiseritis eis, vnum super alium librum contra se inuicem scribere, ac quotidie in concionibus se inuicem lacerare, nunquàm profecto peruenietis ad pacem. Eiusmodi enim scriptio contentióque finem nullum habet, Ecclesiastes xij. Neque vestrum est, in eiusmodi causis, quæ ad totam spectant Christianitatem, absque consi-

ſilio conſcientiáque ſuperiorum veſtrorũ, tum Eccleſiaſticorum tum ſæcularium, vllam ferre ſententiam, finalémq; cognitionem vobis arrogare. Cunque articulos illos vertiſſet in Latinum, his in prefatione ad Robertum Ridleũ insignem Angliæ Theologum, vſus eſt verbis. Ne omnino in ciuilis atq; ingratus tibi videar, mitto ad te aliquot articulos nouorum Vuormaciæ Euangeliſtarum, quos his diebus Teuthonice magno ſupercilio & publice affixerunt valuis, & ſtentoreis concionibus ebuccinauerunt ex ſuggeſto. Mitto igitur eos ad te in Latinum verſos: Non ſane vt munuſculum (Quis enim rem tam abſurdam, adeóque barbarice impiam, vice muneris dignam exiſtimet?) ſed velut nouum quid, quale antea forſitan, nequeui diſti neque audiuiſti. Videbis enim, in his aperte prohiberi Baptiſmum paruulorum, quem antea nemo Lutheranorum (quod ſciam) prohibuit. Variis quidem impietatibus Baptiſmo iniurius extitit Lutherus, nuſquàm tamen iuſſit re baptizare, nuſquàm prohibuit (aperte ſaltem) paruulis Baptiſmum impendi: licet ego ex aliis cauſis de Baptiſmo paruulorum ſatis longum, vt puto, in eum ſcripſerim librum. Vt igitur & reliqui eius impietatum ſocij, aliquid agere videantur, comminiſcuntur die noctuq; aliquid noui, vnde & ipſi nomen acquirãt. Sciunt enim Lutherũ non niſi ex impietatibus nomen grande ſibi paraſſe: Quum antea tam obſcuri fuerit nominis, vt ne vicinis quidẽ Dreſdæ aut Lipſiæ

Verba Cochlei ad Robertum Ridlaũ Anglũ.

notus

notus extiterit. Quinimmò neq; parentib⁹ eius notum fuit antea nomen istud Lutherus. Non enim Lutherus, sed Luder à parentibus dicebatur, & ipse sub initium huius Tragœdiæ, nominabatur à seipso, nunc Ludder, nunc Luter: Sed augustius tandem visum est nomẽ LVTHERVS, vt pro amplianda & prophetæ & Euangelistæ Germanici Maiestate, sacrum istud nomen vbiq; grandioribus describeretur literis. Simili nimirum auspicio, pariq; omine prorũpit nunc Kautius: Cui nomen Teuthonicũ ab aue, reliquis auibus maxime inuisa, inditũ existit. Ego Deum precor, vt omen auertat. Mihi certe longe abominabilius videtur nomẽ Kautij, quàm Lutheri. Quandoquidem hic in septẽ duntaxat articulis plus impietatis proferat, quàm protulerit olim Lutherus in Conclusionibus XCV. à principio. Quid igitur futurum putemus, si tot euomat libros Kautius, post hos septem articulos, quot post illas Conclusiones euomuit Lutherus? Quanto forent nobis tolerabiliores Poëticæ illæ Harpyiæ, quæ obscœno volatu fœdabant mensam Ænea, quàm sit Kautius iste, qui non communem mensam, dapésque humanas, sed mensam Domini, cibúmque vere cœlestem ac diuinum garritu nimis diro atque abominabili cõsputcat &c. Circumferebantur & alij noui quorũdam articuli, Octo ex Saxonia, ac totidẽ ex Morauia: Hos Anabaptistæ in Nickelspurgo: Illos quidam Apostata Præmonstratensis Magda-

Kautius nomen abominabile.

Octo Articuli impij cõtra Christum.

burgi se disputaturum pollicebatur. Vtrique vero tanta in Christum ipsum impietate insaniebant, vt vel Imperator Iulianus, qui ex Christianismo ad Paganismum Apostatice transiuerat, tam fœdis & absurdis erroribus vix fuerit obnoxius. Sic enim ait Præmonstratensis ille. Infernus non est: Christus non descendit ad inferna: Sancti Patriarchæ & prophetæ, non fuerunt in Inferno: Christus cum hanc vocem dixisset, Heli Heli Lamazabathani, damnatus fuit: quia desperauit &c. Mirauí autem illi dicebant, Christum non fuisse verum Deum, sed prophetam Nec prædicandum esse eius Euangelium publice in Ecclesiis, sed solum primum in domibus & in aures. Inter Christianos nullam Potestatem aut Magistratum esse: Christianis omnia esse inter se communia. Diem extremi iudicij post biennium futurũ esse &c. Fuerũt & alij homines, numero CCC. qui prope Apocellam in Heluetiis, in ęditum ascendebant montem, velut assumẽdi illinc in cœlum cum corpore simul & anima. Quibus Cacodæmones ita omnem eripuerant intellectum, vt abiecto omni pudore humano, in brutorum modum congrederentur, ac necessarium esse crederent, vt commiscerentur: ita, vt ne virgines quidem à tali congressu sibi abstinendum putarent. Qualia & in ora Saxoniæ circa Bremam, ex Lutheri doctrina & prædicata & practicata fuisse dicuntur. Scripserat enim Lutherus, virum muliere, & mulierem viro, minus cæ-

Mira quorũdam insania.

Luth. in lib. de vita coniugali.

rere posse, quàm cibo, potu & somno: nisi adesset alta, rara & miraculosa quædam gratia. Et in Suenia captus quidam sacerdos dixerat, finem iam Christianæ fidei adesse, aliámque legẽ tradendam esse. Nam sicut lex Moysi M. D. annis durauerit: ita & lex Christi totidem annis iam durauit: ideo tempus iam esse, vt alia tradatur hominibus lex, aliáque fides. Cum hæc & id genus alia impia & absurda, passim audirentur ac fierent: Plærique Principes rerum indignitate commoti, eiusmodi homines non solum in vincula coniecerunt, verum etiam extremo alicubi affecerunt supplicio. Nam Rotẽburgi ad Neccarum fluuium ex Anabaptistis compræhensi complures, tum viri tum mulieres, quicũque reuocare & errores suos abiurare noluerunt, vltimo affecti sunt supplicio. Exusti quidem igne viri Nouem: Aquis vero submersæ mulieres Decem. Cæterum doctor & dux eorum Michaël Sellarius, Monachus Apostata, qui lõge grauius peccauerat: eam in iudicio publico sententiam accepit, vt à carnifice primum excidatur ei lingua blasphema. Deinde super currum alligato, candentibus forcipibus, ex carne eius bis dilacerentur frusta in foro: deinde adhuc Quinquies in via sic lanietur, ac tãdem in cineres exuratur. Quod & factum est die 17. Maij. Grauiter enim populum seduxerat, docens, non esse in Sacramento corpus & sanguinem Christi: Non esse baptizandos pueros: Non esse præstandum iuramẽtum superio-

Supplicio affecti Anabaptistæ.

Michael Sellarius.

ribus: Non esse resistendum Turcis: Non esse inuocandos sanctos &c. Sic & in arce Palatini Electoris, quæ Alcea dicitur, multi ex ea secta homines diu fuere detenti, multisque iudiciis producti, donec tandem aut reuocarẽt errores, aut subirent secundum leges supplicia. Sic & in Bauaria Salisburgi & Monaci: Sic in Austria Viennæ: Sic in Turingia Ysennaci: Sic & Augustæ & Vuormaciæ, aliisque in ciuitatibus nõnullis Imperij, plærique in carceribus detenti, aut suppliciis, aut reuocationibus, ac publicis pœnitentiis emendati sunt. Cochlæus vbi Morauorum vidit articulos, vt Principibus ad oculum ostẽderet, nihil tam impium aut absurdum excogitari posse, cui nõ queat aliquis ex magna scripturarum sylua fucus & probationis color prætexi, si sic liceat vnicuique scripturas nouo modo ad libitum interpretari: Scripsit pro & contra, ex meris scripturis, An Christus sit vere Deus, non solum argumenta, verum etiam solutiones in vtranque partem. Et hæc quoque verba inter alia multa adiecit. Quod si ego (inquit) reluctante fide mea, tremente conscientia, pilisque simul cum mente inhorrescentibus, contra Deum & saluatorem meum, tot scripturæ sacræ loca, intra paucas vnius diei horas, colligere, ac in reprobum impiúmque sensum detorquere potui: Quid obsecro posse putetis istos Suermeros, qui per hæresim iusto Dei iudicio in reprobũ sensum traditi, scripturi sunt, vt sentiunt, vt credunt, vt erronea fides cõscientiáque

Dispersio Anabaptistarum.

Libellus Cochlæi de Christo.

tiáque eis dictat. Idq; facient serio, ac minime inuiti, sed omni conatu totisque viribus, non solum vno aut altero die, sed omni tempore, quoad victuri sunt, nitentur hunc suum articulum quoquo fuco persuadere atq; defendere. Adiũgent etiam colores Rhetoricos, afferent tropos simulabunt item ac dissimulabunt plurima. Inferent denique vim scripturis, vt vel inuitæ trahantur ac subseruiant eorũ intentioni: Id quod maxime solent omnes, quos nouerim, Lutherani, præsertim vero ipse Lutherus. Sic enim allegabat contra gratiam Sacramentorum, in primo articulo suæ assertionis. Scriptura dicit (inquit) Rom. 1. Abacuc 2. Heb. 10. Iustus ex fide sua viuet: Non dicit, Iustus ex Sacramentis viuet. Mar. vult. Qui crediderit & baptizatus fuerit. Et Rom. 10. Corde creditur ad iustitiã. Rom. 4. ex Gen. 15. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Ecce quot sunt hic scripturæ loca, per fucum & fumum attracta, quæ quidem de fide loquuntur, sed articulus loquitur de Sacramentis. Quasi vero contraria sint fides & Sacramenta, perinde atque album & nigrum, quum nihil sint minus. Et in [illegible] 00. articulis eius, ita habet septimus. Quia sicut minime Christus non est Christus, ita non potest Monachus aut sacerdos Christianus esse: quia dominus dicit, Nõ veni mittere pacem, sed gladium. Quod si ego tã extranea, tamq; falso ac violẽto sensu velim citare scripturas, ad persuadẽdum, quod Christus non sit Deus: non puto equidẽ

Lutherus vim scripturis sæpe infert

difficile mihi fore, vel vno die plus quàm DC loca scripturarum afferre, quæ meliorem possent habere fucum probationis, quàm habeant iam dicta loca Lutheri. Sed siue ego (quod absit) siue Suermerorum quispiam allegerex scripturis vel Decies Centena Millia locorum, contra Deitatem Christi: nihilominus manet re vera manebitque in æternum Christus vere deus. Ad quod sane credendum satis nobis est, contra omnes hæreticorum fucos & argutias, vel vnicum illud, quamlibet breue, dictum Euangelistæ. Et Deus erat verbum. Et rursus.

Lutherus radix amaritudinis sectarũ multarum. Deut. 29. Heb. 12. Esa. 14.

Quid prodest, occidere Suermeros rusticosque Lutheranos, superstite librosque disseminante Luthero? Ipse est enim radix, germinans (vt Moyses ait) fel & amaritudinem. Ipse est radix amaritudinis, vti Apostolus vocat, sursum germinans, per quam inquinantur multi. Ipse est radix colubri, de qua egrediũtur reguli, quorum nunc sibilos blasphemos nimium exhorrescimus. Frustra igitur, O Principes, ramos surculosque malæ huius arboris exciditis, si radicem ipsam, nouo semper fœtu amaritudinis sursum germinare sinatis. Excisa autem radice, rami surculique mox vltro marcescerent. Id enim & ipse fatetur ac iactitat. Papistæ putant (inquit) quod & ego propemodum credo, si nõ esset Lutherus, Suermeros quàm citissime tenues fore, atque in abditum abrepturos. Quãuis igitur verbis nunc vehementer contra suos contẽdat Suermeros: re tamẽ ipsa nihil minus, immo

Luth. contra Epistolam Regis Angliæ.

immò longe plus nocet ipse, quàm Suermeri. Ex eius enim doctrina pullulant illorum articuli. Etenim in Kautianis articulis nos maxime (vt æquum ac pium est) detestamur ac execramur eos, qui baptizari paruulos vetant, & in Eucharistia corpus & sanguinem Christi negant. His autem impietatibus ansam dedit iam olim Lutherus, quando in paruulis baptizatis peccatum post Baptismum: In Eucharistia panem & vinum, post consecrationem remanere docebat. Hæc est illa radix amaritudinis, quam in Kautio nũc sero damnamus, quam ante sex annos damnauit Sedes Apostolica, vosq; cum ea in Luthero. In articulis autem, qui nuper in Morauia euulgati sunt, nihil quidem non maxime detestandum ac execrandum reperio: attamen & illi magna ex parte germen habent à Lutherica radice. Et iterum. O præclarum igitur Lutheranorum Euangelium, Quod secundum Lutherum non est liber legis & doctrinæ Christi, nec requirit bona opera nostra, immò damnat ea. Secundum Ottonem vero Brunfelsium, non habet præcepta aut præceptiones Christi, sed manuductiones tantum, neque in scripturas censeri debet, quum sit mera relatio Cabalistica, & surda sine spiritu narratio. Secundum Kautium autem, prohibet baptizare infantes, & adultos rebaptizat, omnemque potestatem ac regimen Principum ex viuo Diabolo, non ex Deo esse docet. Secundum alios denique Suetmeros, aut omnino nihil est, aut in aures tan-

Quale Euãgeliũ nouum.

Quatuor noua Euangelia sectarum.

tum atq; in priuatis domibus prædicati debet. En vobis Principes, Quatuor Euãgelia Luthe-ranorum, sic quidem diuersa atque pugnãtia, vt neque inter sese, neque cum nostris conuenire aut velint aut possint: Quæ nunc simplici plebi, pro Quatuor Euangeliis nostris, nõ minus malitioso, quàm seditioso perniciosóq; studio, ab Apostatis ingeruntur, vt omnis fides, paxque & disciplina Ecclesiastica dissoluatur, funditusq; intereat, tandem: longe maiore nimirum cũ cla de ac pernicie, quàm ante bienniũ passi sumus. Et infra. Quod si hæc, velut vetera, minus mouent animos vestros, moueant saltem ea, quæ nunc quotidie fiunt. Quot enim libros epistolásque & sermones, de Venerabili Sacramento Eucharistiæ, contra Ecclesiæ fidem antiquã scripsit his annis Lutherus? Quot contra eum viri Ecclesiastici? Quot hodie & contra eum, & cõtra Ecclesiam, Zuinglius & Oecolampadius? Quot alij? Ait enim Lutherus, eam hæresim plus quàm in Decem sectas iam diuisam esse. Quot item contra Oecolampadium Zuingliumq; viri Catholici? Quot Lutherus complicesq; eius? Quid proficitur tot libris? Quis contentionum finis? An non multo incertior infirmiorque est circa illud Sacramentum nunc fides, reuerẽtia, deuotioque populi hodie, quàm ante X. annos fuit? Longe igitur, vt tutius & securius: ita & melius atque salubrius fuisset, in antiqua Ecclesiæ fide simpliciter permansisse, quàm sic nouam disputationem contra Ecclesiæ fidem Luthero per-

Multitudo cõtentiosorum librorum, pro & contra.

permisisse. Ex qua nunc tot errores dubiáque male succreuisse videmus. At de Sacramento Eucharistię longe minus habetur in scripturis, quàm de Christo. Christus enim scopus est & argumentum, totius & veteris & noui Testamenti scripturæ. Sic enim dicebat ipse Apostolis. Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tanto igitur plures in diuersos sensus de Christo poterunt scribi, tum ab hęreticis tum à Catholicis libri, quanto plus de Christo, quàm de Eucharistiæ Sacramento habetur in scripturis. Quid autem vel turpius vel irreligiosius nobis esse queat, quàm eum ipsum iam demum in dubium disputationemque vocare, à quo tota salus nostra dependet? Non est (inquit S. Petrus) in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Quid dedecorosius nobis ad Turcas & Iudæos contingere queat, quàm si nunc tandem in nouissimis diebus, de Christo nostro, quem nō vt prophetam, sed vt verum Deum & saluatorem nostrum vnicum colimus, disputando dubitemus, ac dubitando disputemus: à quo Mille iam Quingentisque annis in vniuerso mundo dicti sunt Christiani. Vbi quæso Turcis de Mahumeta suo sic disputare licet? vbi de Moyse Iudæis? Et tamen non habent pro Deo Moysen, nec ab eo nomen habent Iudæi. Cúnque gladij potestatem nusquàm habeant, sed vbique seruili-

Non debent admitti tam scandalosæ disputationes de rebus fidei nostræ.

Luc. 4.

Act. 4.

ter subiecti, tributa pendant, atque alterius religionis potestatibus subiaceant: ea tamen & reuerentia & diligentia, legem seniorúmq; traditiones obseruant, vt inquietis malisque & superbis eorum legisperitis, nusquàm liceat, ne latum quidem digitum, vel à Moyse, vel à seniorum traditionibus discedere &c.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M.D. XXVIII.

Liber Lut. cõtra Anabaptistas.

LVtherus autem, vt vidit tam graues inualescere sectas, propter quas male audiebat, tanquàm prima radix & scaturigo fuerit ipse omnibus sectis iisce adeo barbaris: ipse quoque in Anabaptistas scripsit Teuthonice. In quo sane libro primum queritur, Principem Anabaptistarum, Doctorem Balthassarum Pacimontanum, iniuste fecisse mentionem Lutheri in libello suo, quasi & ipse consentiat in stultam eius opinionem. Deinde queritur contra Diabolum, quod Decem ora aperiat, vbi vnum claudat Lutherus. Tertio, Catholicis, quos Papistas vocat, imputat istud malum quod non admittunt Euangelium, quia sub sui Principis ditione nulli sint rebaptizatores: Sed mentitur improbus Calumniator, quia Ysennaci sub illo Principe multi fuerunt deprehensi

&

&mulctati. Quarto, reprehendit Principes qui morte sæuiunt in rebaptizatores. Ait ergo, vnicuique liberum esse debere, credere vt velit. Nam si male credat quis, satis pœnarũ ei fore in inferno æternaliter: Ideo nõ debeat tẽporaliter quoq; puniri. Sed nescit aut dissimulat Luther⁹, publicis quoq; legibus in rebaptizatores antiquitus animaduersum esse. Quinto, commemorat bona, quę à Papatu habemus, ne omnia reiciantur propter odium Papæ, Nos fatemur (inquit) sub Papatu esse bona Christiana, immõ omnia bona Christiana, atque etiam inde ad nos defluxisse: Nempe confitemur, in Papatu veram esse scripturam sacram, verum Baptismum, verum Sacramentũ altaris, veras claues ad remittenda peccata, verum prædicandi officium, verum Catechismum, veluti Orationem dominicam, ac X. præcepta & articulos fidei. Quemadmodum & ipse è contrario fatetur, apud nos (quamuis nos tãquam hæreticos damnat) & apud omnes hæreticos esse sacram scripturam, Baptismum, claues, Catechismum &c. Sexto deinceps contra Rebaptizatores agit toto vsque ad finem libello, probans, non tam fidei baptizantis aut baptizati aut patrinorum fidendum esse, quàm promissionibus Christi & susceptioni Baptismi: Fidem enim esse incertam, Sacramentum autem certum. Cunque rebaptizatores dicant nusquam haberi in scripturis, quod paruuli habeant fidem propriam, aut quod baptizari debeant: ipse in hunc mo-

Quãta bona habemus à Papatu.

Contra Anabaptistas.

dum respondet. Quod paruuli credant, nullo scripturæ loco demõstrare possumus, qui clare his aut similib⁹ verbis dicat. Paruulos baptizate, nã & ipsi credũt. Si quis nos vrgeat ad demõstrandã eiusmodi literã, huic nos cedere oportet, & victoriã dare, nusquã scriptã inuenimus. Boni autẽ & ratione præditi Christiani, tale à nobis nõ exigũt: Contentiosi & Ceruicosi sectarum duces, id faciunt. At cõtra, neq; ipsi vllam afferent literam, quæ dicat. Adultos baptizate, & nullos paruulos. Hæc ibi Lutherus. Verum tamen longe aliam scripserat sententiam ea de re ante aliquot annos. Nam dum scriberet ad Vualdenses seu Pighardos Bohemiæ, interea, quæ in eis repræhendebat: hunc quoq; articulũ commemorabat, quod paruulos baptizant ad futuram fidem, quam adulti consequuturi sint. Ait igitur præstare, prorsus omittere Baptismũ in paruulis, quàm baptizare sine fide. Quia Sacramenta neq; debeant, neque possint sine fide accipi. Si vero sine fide accipias Sacramentum, magno tuo malo accipias. Huic vestræ (inquit) doctrinæ opponimus nos verbum Christi. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit &c. Sic & in Cochlæũ scribens ait, Non negamus, paruulos esse baptizandos, nec asserimus eos Baptismum accipere sine fide: sed dicimus, ad Baptismũ eos credere per vim verbi, quo exorcizantur, & per fidem Ecclesiæ eos offerẽtis, & eis fidem orationibus suis impetrantis: Alioqui mera & intolerabilia essent mendacia, quando baptiza-

Verba Lutheri pro Anabaptistis.

baptizans à paruulo quærit, an credat? non baptizaturus, nisi vice eius respondeatur, Credo. Vt quid interrogat an credat, si certum est, eos non credere, vt Cochlæus contendit? Esto, Augustinus sic aliquando dicat, sed Cochlæo satis sit, esse sic ab homine dictũ: Nos volumus hoc dictum diuinis testimoniis prohibitum. Quin asserimus, Paruulos prorsus non esse baptizãdos, si verum est, eos in Baptismo non credere, ne illudatur Maiestatis Sacramentum & verbum. Hæc in Cochlæum. In isto autem libro contra Rebaptizatores sic ait. Ego & gratias ago Deo & gaudeo, me paruulum esse baptizatum. Ibi enim feci, quod Deus præcepit. Siue ergo crediderim, siue non, sum tamen baptizatus super mandatum Dei. Baptismus verus & certus est, siue fides mea adhuc hodie certa sit, siue incerta, possum curare, vt adhuc credam ac certus fiam. In Baptismo nihil deficit: In fide semper est defectus. Satis enim laboris habemus, ad discendam fidem toto tempore vitæ. Hæc Lutherus contra seipsum. Quemadmodũ in Septicipite postea ad longum variis argumentis, ex ipsius verbis ostendit Cochlæus.

Lut. contrarius sibiipsi de fide paruulorum.

Visitatio Saxonica.

At Dux Saxoniæ, Princeps Elector, quum audiret, in terris quoq; suis fieri plurima nimis barbarice contra religionem: destinauit Quatuor Visitatores. Quorum duo erant Nobiles, Dominus Ioannes à Plaunitz, & Erasmus ab Haubitz: & duo ex eruditis Doctor legum Hieronymus Schurff, & Magister artium Phi-

lippus Melanchton. Qui circumeuntes de oppido in oppidum, Pastores & Concionatores vbique examinabant, eisque nouam & pascendi & docendi normam tradebant, mediam ferme inter Catholicam & Lutheranam: de vtraq; enim aliquid mutuabantur. In eam igitur cogebant Catholicos, aut reluctantes expellebant, & nimis ferocientes Lutheranos ad suam normam temperiem castigabant ac moderabantur. Splendide illis sumptu suppeditare cogebantur Communitates, ad quas diuertebant. Et ij quidem aliquanto moderatius agebãt. Verum post eos constituti alij, adeo imperiose ac sumptuose gesserunt se, vt eiusmodi Visitatio cunctis retro Synodis Episcoporum, & Archidiaconorum Communitatibus, grauior intolerabiliórque videretur. Eam Visitationem primum Latine Philippus Melanchton, post Teuthonice Lutherus descripsit. Hic verbosius ac imperiosius: Ille succinctius ac moderatius. Philippus igitur præscripsit XX. articulos, erga Curatos per Visitatores examinandos, hoc sane vsus exordio. Pastores (inquit) debent exemplum Christi sequi: Qui quoniam pœnitentiam & remissionem peccatorum docuit, debent & ista Pastores tradere Ecclesiis. Nunc vulgare est, vociferari de fide, & tamen intelligi quid sit fides non potest, nisi prædicata pœnitentia. Plane vinum nouum in vtres veteres infundunt, qui fidem sine pœnitentia, sine doctrina timoris Dei, sine doctrina legis prædicant, & ad carnalem quandam

Verba Phil. Melan. de visitatione.

dam ſecuritatem aſſuefaciunt uulgus: Ea ſecuri tas eſt deterior, quam omnes errores antea ſub Papa fuerunt. & infra. Si largientur (inquit) eleemoynas, Deus augebit noſtrã rem familiarem, dabit publice annonam vberiorem, pacem & ſimilia bona: Non quia facimus nos, ſed quia talia ipſe promiſit facientibus. In primis largi erga ſacerdotes eſſe debent. Quia ſcriptum eſt: Duplici honore digni ſunt. Itẽ. Volo etiam (inquit) nonnihil de libero arbitrio aſſeri bere, quomodo doceri debeat: De quo plerique valde incommode loquuntur. Et quia clamitãt omnino nos nihil facere poſſe, aliud nihil docẽt quàm diffidentiam, quæ multa peccata parit in vulgo. Voluntas humana eſt vis libera, vt facere poſſit iuſtitiam carnis, ſeu iuſtitiam ciuilem, vbi lege & vi cogitur: Vt, non furari, non occidere non mœchari. Paulus enim cum iuſtitiam carnis vocat, docet eſſe quandam iuſtitiæ partem, quam caro coacta, ſuis viribus faciat. Ro. 2. Gentes natura faciunt quæ legis ſunt. Quid autem faciunt, niſi ciuilem iuſtitiam? Exigit autem Deus iuſtitiam hãc 1. Timoth. 1. Lex eſt iniuſtis poſita. Vult Deus coherceri rudes & imperitos doſtrinæ legis. Propterea doceant, In noſtra manu, ſi cogatur vi eſſe, carnem frenare, & ciuilem iuſtitiã præſtare: & hortẽtur diligẽter ad recte viuendum. Quia Deus hanc quoque iuſtitiã exigit, & grauiter puniet illos, qui adeo negligenter viuunt, & ſomniant, hanc iuſtitiam non eſſe in noſtra manu, ſi extorqueãtur. Et ſicut aliis do

De libero arbitrio.

nis Dei bene vti debemus: ita etiam vitibus, quas Deus naturæ tribuit, bene vti debemus. Hæc Philippus ille ibi, & id genus multa subdola moderatione præscribebat, quæ minus absurdam redderent Lutheri doctrinam, quàm fecerant priora, tum sua, tum illius scripta. Quibus & Lutherus ipse in Teuthonica visitandi formula consentiebat. Hinc data est Catholicis ansa, colligendi plurimas è scriptis Lutheri contradictiones & Antilogias, quibus docuerunt, Lutherum iuxta Pauli Apostoli sententiam, proprio iudicio condemnatum, & velut seruum nequam in Euangelio ex ore suo iudicatũ. Hinc monstrosus ille Germaniæ part°, Lutherus Septiceps, quem & Latine & Teuthonice ædidit Cochlæus: Vbi fœdo aspectu ex vna cucullã septem diuersa, & habitu & figura, prominentia capita, quæ fœdissima super diuersis rebus verborum contentione inter sese rixantur. Accidit eodem anno mira & horrenda Tragœdia Basileæ quam scripsit priuatim Erasmus Roterodamus, vir Doctiss. ad Io. Cochlæum, In hæc sane verba. Superioribus hisce diebus, Quarto die Augusti, is erat Dominicus, accidit Basileæ quiddã vere Tragicum, ac propemodum cum Thyestea cœna conferendum. Ciuis quidam honestus ac diues, Christophorus Bomgartnerus, vxorẽ suam Elisabetham, prædiuitis negociatoris filiam, nomine Henrici Dauidis, suspectam habebat, quod furtiuam consuetudinem haberet

cum

cum famulo, nomine Angelo: Zelotypia tantũ erat, nullis certis argumentis nixa. Eaper occasionem incruduit. Quum famulus abesset, à domino iussus colligere à certis debitoribus pecuniã vir ingressus est illius cubiculum, venans, opinor, argumentum, quo quod suspicabatur conuinceret. Reperit in famuli indusio ligulas aliquot sericas. Mox accersitam vxorem percontatur, agnosceret ne eas ligulas? Vnde, inquit, has nactus est? nam meæ sunt. Confessa est à se donatas. Tum maritus, vt verum extorqueret metu, pugionis mucronem intentauit in ventrem vxoris, promittens nihil futurum mali, si verũ profiteretur: mortem pręsentem minitans, nisi profiteretur. Quoque magis illam proliceret ad confessionem, ipse prior fassus est, se commisisse adulterium: Idem de vxore suspicari, nec aliud tamen quam suspicari. Illa primum inficiari, tandem vrgente marito, confessa est & ipsa. Et confestim maritus dimisit. Illa territa confugit ad sororem in pagum nomine Prattelen. Actum est per affines & propinquos de reditu in gratiam. Maritus se placabilem exhibuit. Rediit mulier sabbato 3. die Augusti, deducentib⁹ eam aliquot cognatis & propinquis, quos maritus accepit hilari compotatiuncula. Discessum est cum gratulatione: Et, vt aiunt, ea nocte fuit viro & vxori lectus communis, netur. Postdie, quiriquid offensionis vestigium, re sidere videre dies dies erat Dominicus, simili familiaritatevn à pransi sunt. Rumor

addidit & cognatos aliquot eodem acceptos conuiuio, quo peracto, egit illis gratias: rogans vt adesse vellent in cœna, se paulo lautius illos accepturum. Verum is rumor incerta est fide: Illud certum, mox à prandio ablegauit famulis ad concionem: liberos ex priore coniuge susceptos, ad emenda pira. Ita nactus solitudinem, obdit pessulum ianuæ: grauidam vxorem transfodit, mox filiolam vix Quadrimam. His peractis, ipse scripsit epistolam ad Senatum. Confestim in summam ædium partem conscendit, ac ter inclamato nomine Iesu, se præcipitem dedit: adeo, vt cerebro disperserit viam, iuxta Comici dictum, sed nimium Tragicé. Caligis vna ligularum alligarat epistolam, de quo modo dixi. Qua continebatur, quid, quo consilio fecisset, ac facturus esset. Occidit adulteram confessam, illa pœnam commeruerat: Occidit filiam ne quis in posterum illi maternum paternumque crimen opprobraret. Sibi fuit carnifex, ne longo cruciatu periret: Damnatus iudicum sententiis. Nam in corpus sæuitum est, fractis ossibus, impositum est sublimi rotæ. Deinde inclusum ligneo culeo, demissum est in Rhenum. Quid acciderit animæ nouit Deus. Facinus tã atrox & inopinatum, socerum vxoris pattem ita perculit, vt totus factus sit attonitus. Frater mariti, Iacobus Bomgartnerus, præ dolore sibi excidit, vt iam sit in vinculis. Exemplum quamuis impium, non inutile fuerit, ad deterrendum ab adulterio, quod iam inter Euangelicos

quoque

quoque cœperat esse iocus, Accidit & alia eodem anno ingeniosæ malignitatis Tragœdia ex nouis Lutheranæ factionis adinuentionibus quæ sic habet. Otto PaK, legum Doctor, homo nobilis, occultus Lutheri discipulus, cum esset Consiliarius iuratus Pii atque Catholici Principis Georgii, Ducis Saxoniæ: grande ac plane magistro suo dignum, hoc est, bene Lutheri cũ facinus scelerato aggressus est consilio. Nam effinxit formulam cuiusdam fœderis, sub nomine quorundam Principum Catholicorum, aduersus Electorem Saxoniæ & Hassiæ Lantgrauium conceptam, per quam nitebatur occulte Lutheranos ad arma concitare: Quod & effecit. Nanque dum Cancellarii vices ageret, nactus ea occasione secretum Principis sigillum, appressit illud formulæ confícti fœderis, ac Hassiæ Lantgrauio velut grãde munus tradidit. Is viso Principis sigillo, statim credit rem ita esse. Et communicato consilio cum Electore Saxoniæ, magno studio validum comparauerũt ambo exercitum. Quem vbi in publicum eduxerunt, nec quisquam aliorum Principum sciret, quemnam tanto cum apparatu belli inuasuri essent: Lantgrauius copiam fœderis socero suo, Duci Saxoniæ Georgio, transmisit, multa cum prece, vt tali fœderi renunciare vltro velit, ac promittere, vt neque ipsi neque Electori Saxoniæ arma sit illaturus. Dux autem Georgius, mox eodem die (nempe in festo Ascensionis Domini) quo illius scripta recepit, per literas respondit Theu

Scelerátum facinus D. Ottonis PaK.

Exercitus Lutheranorũ contra Episcopos

Respõsio Ducis Georgii ad literas Lantgrauii.

thonice, In hæc sane verba.

Generose Princeps, Benigne dilecteque Cognate ac fili, hodie à Dilectione vestra scriptum recepi, in quo Dilectio vestra indicat, quodnam fœdus contra Patruelem meum, Electorem Saxoniæ editum sit, ac deinde contra vos. In quo & ego comprehendar, id quod Dilectioni vestræ ex animo doleat, & malletis membrum aliquod de corpore vestro perdidisse, quàm rem talem de me rescire: Addita prece benignissima ac humillima propter Deum, vt Dilectioni vestrę dem responsum, in quo abrenunciem isti fœderi, & contra Patruelem meum, & vos nihil faciam, iuxta latiorem literarum tenorem perlegi. Et super hoc Dilectioni vestræ notum facio, Quamuis simplex sim & ineptus, ea tamẽ animi fortitudine me esse credat D. V. vt si quid vere in hac causa à me factum esset aut actum, nollem id coram Dilectione vestra, aut coram maiore, quem merito plus timerem quam vos, negare. Quoniam vero hæc ficta Copia, quam ad me misit D. V. tam multa mendacia in se continet, ac per Originalia nunquam probari aut demonstrari poterit: non paruam fero admirationem, quod D. V. huic fidem præbet & me per eam grauat. Multo magis condoleo Dilectioni vestræ, tanquàm meo consanguineo & filio, ꝙ D. V. sinit se eiusmodi infũdatis, falsis, mẽdacibusque nugis seduci, & in seditionẽ cõtitari: Vnde Dilectioni vestræ cõiugiq; & liberis vestris, terrisque & subditis vestris, perditio, calamitasque

Fictam esse copiam fœderis prætensi.

lamitasque exoriri possit. Dico igitur & scribo adhuc, eum, qui Dilectioni vestræ dixit, se vidisse Originales literas, quibus additum sit Chirographum ac sigillum meum, aut quod Originales illas legerit audieritúe: esse desperatum, infamem ac periurum Nebulonem. Hoc constáter corãm quibuslibet affirmabo. Volo item Dilectionem vestram amice, & (quemadmodum D.V.) propter Deum rogatam habere, D.V. velit negocia sua meliori deliberatione, quàm hic factum est, incipere: nec velit incitari ad eam venationem, vbi merito alius præuenaretur.

Vt indicetur Nebulo, autor consilii fœderis.

Velit item D.V. ostendere mihi mendacem virum illum, vt & ego, & quilibet ab eo cauere sibi sciat. Nisi enim id à D. V. moueri possem ad suspicandum, quod D. V. ipsamet effinxerit illud, atque ita velut captare occasionem, vestram inimicam voluntatem contra me miserum senem inchoandi. Neque item prætermittam scribere iis, qui comprehendun tur in copia fœderis, quod Vratislauiæ factum sit, eamque illis transmittere: Nihil dubitans, eos & se & me sufficiéter excusaturos esse. Satis enim scio, plærosque eorũ neq; affuisse, neque missos ibi habuisse Oratores suos. De nullo igitur fœdere mihi sũ cõscius, neque vnquã id doceri potest, q̃ de ipso sciã aliquid. Ea enim quę de aliis in eiusmodi copia recẽsita sũt, vtique manifesta sũt mẽdacia. Quicquid aũt me tãgit, prsus emẽtitum est. Existimo igitur iam, si D.V. ob id ali-

quod de corpore suo membrum tradidisset, eius facti nunc pœniteret eam, quod omnino frustra & pro nihilo factum esset. Neque opus est, vt ab eo, quod in seipso nihil est, desistã aut abrenũciem. Geram me, Deo dante, erga D. V. & erga quoslibet ita, vt sciam cum honore coram Deo superioribusque meis, & coram toto mundo respondere. Hoc tanquàm responsum Dilectionem vestram celare non volui: Cui inseruire paratus sum. Data festinanter Dresdæ in die Ascensionis Christi, Anno Domini 1528. Neque omittam scribere agnato meo, vt ista significem. Ex quibus Dilectio eius me bene excusatum habebit. Georgius Dux Saxoniæ &c. Nomina autem aliorum Principum, ex tenore conficti fœderis cognoscuntur. Cui⁹ sane initium sic habet. Dei gratia Nos Ferdinandus Rex Bohemiæ, Rom. Cæs. Maiestatis locum tenens, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ & Vuittenbergæ, Comes Tyroli &c. Et Nos Albertus S. R. E. Tituli S. Petri ad vincula Presbiter Cardinalis, Archiepiscopus Moguntinus & Magdaburgensis, sacri Rom. Imperii Archicancellarius per Germaniam: Princeps Elector & Primas, Administrator Halberstatensis. Et nos Ioachim, sacri Rom. Imperii Archicamerarius, & Princeps Elector: Ambo Marchiones Brandeburgenses, Duces Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassabiorum & Vuandalorum: Burgrauii Nurenbergenses, & Principes Rugiæ. Et nos Matthæus S. R. E. Tituli S. Angeli Presbyter

Initium formulæ conficti fœderis.

byter Cardinalis, Archiepiſcopus Saltzburgen ſis, Apoſtolicæ ſanctitatis & ſedis Romanæ Legatus natus &c. Nos Vuigandus, Epiſcopus Bābergenſis. Et nos Conradus, Epiſcopus Herbipolenſis, & Dux Franconiæ. Et eadem gratia nos Georgius Dux Saxoniæ, Lantgrauius Turingię & Marchio Miſnæ. Nos Vuilhelmus & Ludouicus fratres, Duces ſuperioris & inferioris Bauariæ, Palatini Rheni. Fatemur & notum facimus, virtute harum literarum palam, Poſtea quám in hoc periculoſo & aduerſo rerum ſtatu quem Deus omnipotens ſuper genus humanū, propter iniquitates & peccata permittit, multæ in Deū blaſphemiæ & iniuriæ, ac ſcandala proximorum exoriuntur. Ita, quod Deus non ſolum in ſuis Sacramentis, quæ ipſe ſuper terram, tum ad emēdationem noſtri, tum ad confortationē infirmæ conſcientiæ noſtræ inſtituit: Verum etiam in ſua ipſius omnipotentia ac Deitate, iniuriis contumeliiſque afficitur. In eo ſane, quod Templa & Monaſteria diripiuntur ac deuaſtantur: Deo ſacratæ perſonę ab eius cultu expelluntur, ad loca inhoneſta protruduntur, ſuiſque cēſibus & prouentibus vi ſpoliantur & priuantur. Et quod omnium horrendiſſimum eſt, ſacræ Miſſæ officium non ſolum aboletur, ſed & Idolatriæ & peccato aſſcribitur. Nobis tanquàm Catholicis, Regi, Principibus Electoribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis & Prīcipib⁹, propter votum & promiſſionem, quā Deo creatori noſtro

fecimus (Cui nos tanquàm creaturas suo creatori absque omni medio subdere, ac sacris pedibus eius substernere debemus) similiter etiam propter iuramenta & fidelitates, quas partim Apostolicæ sanctitati, ac omnes nos Ro. Cæs. Maiestati, Domino nostro omnium Clementissimo, præstitimus (Quibus tanquàm superioribus nostris debitam obedientiam exhibere debemus & tenemur) nihil aliud cõuenit, quàm eiusmodi suprascriptis blasphemiis (quãtum nobis, velut hominibus, mediante auxilio diuino, possibile est) occurrere, eas auertere ac in melius conuertere &c. Quanquàm vero cuncti Principes & Episcopi illi, sigillatim per proprias scripta & sigilla negarent, se tale fœdus percussisse: non tamen potuerunt viciniores Tres Episcopi periculum euadere belli, nisi persoluerent Centum Millia aureorum. Imparatis enim ac indefensis imminebat è proximo grandis & ad inuadendum paratus exercitus. Quamuis igitur essent inmunes ab eo fœdere, maluerunt tamen redimere pacem, quàm iniustum sustinere bellum. Numerauerũt itaque Archiepiscopus Moguntinus XL. Millia aureorum, totidem Episcopus Herbipolensis, & XX. Millia Episcopus Bambergensis. Quid facerent aliud? longe aberat Cæsar in Hispaniis, & Liga Sueuica tam subito non poterat ferre auxilium. Subditorum autem corda, magna ex parte Lutheri fermento erant infecta. Maluerunt itaque Episcopi in pecuniis, quam in damnis subditorum, agrorumque

Tres Episcopi redemerunt pacem à Lutheranis Centum Millibus aureorum.

rumque populationibus, aut oppidorum expugnationibus, iacturam facere. Quia metus erat ne speciosus verbi Dei prætextus, Euangelii que defendendi titulus (quem Lutherani vbique iactitant) totam Germaniam in tumultum excitaret. Ne autem Hassiæ Lantgrauius videretur fœdus illud vltro effinxisse, indicauit autorem, supradictum Ottonem Pak, eumque in custodia tenuit, vt de facinore isto responderet aduersariis. Scripsit igitur ac certum præfixit diem Regi Ferdinando, Electori Brandeburgẽsi, & Duci Saxoniæ Georgio, ad agendum iure contra dictum Pak, si quid aduersus eum haberent. Illi missis Oratoribus iusserunt illum accusari, tãquàm reum læsæ Maiestatis. Feria igitur secunda post festum Diuæ Margarethæ, conuenerunt Oratores in oppidum Cassel, vbi Lantgrauius publicam exhibuit audientiam. Antequàm vero accusaretur ab illis PaK, iussit eum à suo Cancellario coram illis interrogari de tribus articulis. Primo an de fœdere illo dixerit Lantgrauio, quod Vratislauiæ factum sit. Secundo, an Copiam illius sigillatam annulo Ducis Georgii, tradiderit eidem Dresdæ. Tertio, an per multa scripta promiserit, etiam Originales tradere illius fœderis literas. PaK ergo hæc omnia confessus est palam. Deinde datus est Oratoribus locus accusandi illum. Cœpit itaque Cancellarius Ducis Georgii, Doctor Simon Pistorius, clarissimus ac disertissimus Iurisconsultus, hominem accusare multorum criminũ:

Actio contra D. PaK Cassiæ instituta.

De multis criminibus accusatus est D. PaK.

De qui-

De quibus eum certissimis documentis convicit, tum per propria eius Chirographa, tum per aliorum authenticas literas. Etenim Pak, cum esset superbus & sumptuosus, multo plura decoxerat, quàm in tota substantia sua haberet. Variis igitur figmentis callide circumueniebat plærosque, vt sibi in mutuum darent. Effinxit sane diuersas epistolas, quas annulo Ducis Georgii, dum Cancellarii vices ageret, sigillabat, vt per eas pecuniam vndecunque acquireret. Finxit & scripsit, se octo Millia aureorum dedisse Duci Georgio, pro Præfectura oppidi Vueissensehe, ad dies vitę suæ. Finxit credentiales literas, pro se ad plærosque, annulo Ducis signatas. Finxit literas, quibus fateretur Dux, et debere Quinque Millia florenorum. & cum à Duce missus fuisset, velut Consiliarius, ad Lantgrauium Hassiæ, ille peruerso itinere profectus est occulte, ad Ioannem Vuaiuodam Vngariæ hostem Regis Ferdinandi. Et Vratislauiæ aliam confinxit multorum Principum, aduersus Regem Ferdinandum, confœderationem. In qua nominatim recensuit non solum reges Franciæ, Angliæ, Daniæ, & Scotię, ac Venetos: Verum etiam quosdam Germaniæ Principes, vtpote Duces Gelriæ, Pomeraniæ, Electorem Saxoniæ, Lantgrauium Hassiæ, & Archiepiscopum Treuerensem, Denique sub figmento & prætextu conficti fœderis, quod contra Electorem Saxoniæ Lantgrauiumque Hassiæ initum asserebat. à Lantgrauio Quatuor

Millia

Millia aureorum in donum recepit, vt Creditoribus eius ex ea pecunia satisfieret: Neque tamen omnibus satisfieri potuit. Cum igitur ad tot sibi obiecta crimina, non posset nec auderet respondere immoto pede: omnes Oratores consurrexerunt, eique in faciem dixerunt, quod sit infamis, perfidus, periurus ac sceleratus nebulo, & ex stirpe nequam, qui Principes & Dominos eorũ nequiss. calũnia traduxerit: reus crimine & falsi & læsæ Maiestatis. Protestabantur itaque & rogabant Lantgrauium omnesque circumstantes, vt illum pro tali haberent, donec demonstraret, fœdus illud à Dominis eorum factum esse. Pak uiro misere confusus ac dehonestatus, mortis quidem supplicium euasit gratia & benignitate Lantgrauii: profugus tamen & exul factus, nusquã intertis Lantgrauii & Electoris Saxoniæ, aliorũque Principum, quos diffamauerat, tuto pedem sistere potuit. Vagus igitur ac profugus factus super terram, velut alter Cain, per diuersa latibula ad urbes stagnales sese proripuit: Atque in hunc modum restituta est Germaniæ pax. Quãtum vero doluerit id Luthero, vel ex ea constat epistola, quam paulò post scripsit ad sodalem suum, Apostatam Augustinianum, In hæc sane verba. Optimo pariter ac pio viro, Vuincilao Linco, seruo Christi in Euangelio Nurenbergæ fratri suo, Gratiam & pacem. Noua plura tu nosti, quàm ego scribere possim. Fœdus illud Principum impiorum, quod ipsi negant, vides quantos

D. Pak miserè confusus & conuictus est publice

Tandem comprehensus Antuerpiæ Anno 1536. post diuturnum carcerem, post lõgã iuris disceptationem post seralia quæstionum tormenta capite plexus & in Quartas diuisus est. Anno 1537. mense Februario.

Epistola Lut. ad Vuencesl. Linc.

quantos motus mouerit. Sed ego Ducis Georgii frigidissimam excusationem ferre pro confessione interpretor. Sed negent, excusent, fingant: Ego sciens scio, non esse fœdus istud merum nihil aut Chimeram, licet monstrum sit monstrosum satis. Deinde orbis nouit, illos animo, facto, edicto, studio pertinacissimos hactenus talia publice tentasse & fecisse, & adhuc facere. Extinctum enim volunt Euangelium, quod negare nemo potest. Sed quid hæc ad te, qui absque dubio certus de his omnibus es. Tantum vt scias, neque nos istis credere impiis, licet pacem offeramus, optemus, demus, Deus confundet istũ μωρότατον μῶρον, Qui sicut Moab plus audet quàm possit, & non secundum vires suas superbit, sicut semper fecit. Orabimus contra istos homicidas, atque hactenus sit eis indultum. Si denuo aliquid moliti fuerint, orabimus Deum: Deinde mouebimus principes, vt absque misericordia perdantur: Quandoquidem sanguisugæ insatiabiles quiescere nolunt, nisi sanguine Germaniam madere sentiant. Vale & ora pro nobis, Dominica post Barnabæ 1538. Martinus Lutherus.

Disputatio Bernensis. Sub initium eiusdem anni, famosa ac scandalosa habita est Disputatio apud Heluetios in oppido Berna, quam procurauerunt Zuinglius, Oecolampadiusque, & eorum complices, Vuolfgangus Capito, Martinus Bucerus, qui Argentinæ in secta Zuinglii præualebant: Et duo scelerati Apostatæ, Berchtoldus Haller,

& Fran-

ciſcus Kolb, qui potentem ac bellicoſum populum Bernenſem, in fide peruerterunt. Cum igitur formula ad diſputandum à Bernenſi Senatu ptæſcripta atque euulgata, Catholicis aperte præiudicialis ac iniqua eſſet, Zuinglianis vero plauſibilis nimiunque alludens, factum eſt, vt è Catholicis nemo Doctorũ Theologorum ibi diſputauerit, ne comparuerit quidem, niſi prouincialis Auguſtinianus, D. Conradus Tregarius: Neque vllus Epiſcoporum ad eam ſuos miſerit Oratores, ſicut miſerant ante biennium, ad diſputationem Badenſem. Articuli enim X. quos diſputandos proponebant, aperte erant impii & erronei, contra Eccleſiam, contra veritatem Euchariſtiæ Miſſæque, & aliorum Sacramentorum: contra merita venerationemque ſanctorum, contra exequias defunctorum: breuiter contra receptos & approbatos Eccleſiæ ritus, cæremoniaſque fere omnes. Et ipſa formula ſic erat imperioſa, & faſtu quodam turgida, vt Quatuor Epiſcopos perſonaliter ita citaret ad comparendum, vt niſi comparerent ſimul cum doctis viris, ſacrarũ literarũ peritis, omnẽ Iuriſdictionẽ Epiſcopalẽ in terris Bernẽſib⁹ perdituri eſſẽt. Euulgata aũt ea formula, multiplex diſſuaſio ac dehortatio Bernenſibus per ſcripta ab aliis facta eſt. In primis à Regimine, Imperiali nomine Cæſareæ Maieſtatis, è Spira interdictũ eſt Bernẽſibus ſerio, ne diſputationem illam admitterent. Deinde à Quatuor Epiſcopis multis rationib⁹ prolixe

probatum

Pia dehortatio de illa disputatione per viii. Cantones

probatum est, non expedire, vt fieret ea disputatio. Et adhuc multo copiosius dissuaserunt eandem Octo Heluetiorum Cantones Catholici: Inter quos Lucernenses primas tenebant partes. Quorum sane admonitio adeo pia erat & fidelis, vt eorum verba ex imis visceribus ac intimis cordis penetralibus, absque omni fuco, procedere videreatur. Admonebant eos disputationis Badensis, quem inter XII Cantones ipsi Bernenses pręcipue & expetierant & comprobauerant. Admonebant eos fœderum, promissionum, literarum sigillatarum, recessuum (vt vocant) publicorum, iuramentorum, & multorum aliorum monumentorum: quæ omnia per impiam disputationem istam violanda erant. Dicebant eiusmodi disputationem fore, non solum contra disputationem Badencem, intra biennium prius communi eorum consensu & approbatione habitam: Verum etiam contra iusiurandum, quod & ciuitas Bernensis & eorum territoria præstiterant, & contra sigilatos recessus. Item contra ipsorum fœdera, & contra Catholicę Ecclesiæ ordinationes. Vnde exoritura sint plurima ipsis mala, magna detrimenta scandala, damna, seditiones, tumultus, & quid non? Sed & Ioannes Cochlæus, qui tum Moguntiæ degebat, cum sero uidisset eam disputandi formulam publico Bernensium Edicto præscriptam: cõfestim collegit dissuadendi rationes quam plurimas, quas per proprium nũcium per tanta terrarum interualla

Bernam

transmisit, quo tempore iam cœptũ erat disputari. Admonuit eos legis diuinæ, autoritatis Ecclesiæ, Sedis Apostolicæ, legum Imperialium: ne tot sęculis probatos ac receptos fidei nostrę articulos, per infaustam illam disputationem in dubium reuocarent. Maxime vero reprobauit modum iudicandi super disputatis, quod reiecta omni Ecclesiæ Doctorum expositione, sola Biblica scriptura debeat inter partes discernere ac iudicare: Quandoquidem ipsa secundum sese sit res inanimata, quæ eloqui non possit, nec iudicare, vtra partium ipsam rectius intelligat aut exponat. Neque clamare possit, Ohe aut Vę, contra eos, qui ei vim faciunt, aut retortam velut per capillos in deuium sensum trahunt. At ipsi Bernenses temere sibi iudicandi autoritatem sumpturi sint, ad pronunciandum, vtri scripturam rectius intelligant, Catholici ne, an hęretici. Et proculdubio hæreticis palmam daturi sint, quorum instinctu & disputandi formula & impij articuli fuerint promulgati. Lex autem diuina nequaquam talem statuit disquirendi modum: sed iussit, si quid ambiguum fuerit, vt illud proponatur summo sacerdoti, qui pro tempore fuerit, vt eius stetur iudicio, & qui acquiescere illi noluerit, morte moriatur, Deut. 17. Denique ne nudæ scripturæ nimium confiderent, reiecta doctorum Ecclesiæ expositione, proposuit eis tria Themata secundum sese vt falsissima, ita & absurdissima. Quorum primũ erat, Christum nõ esse verum Deum. Secundũ,

Tria Themata absurda & impia.

Deum debere obedire Diabolo. Tertium, Mariam Dei genitricem, non permansisse perpetuo virginem, Primum erat error quorundam Anabaptistarum, & antiquorum Hebionitarũ. Secundum Ioannis Vuicleui. Tertium Heluidij. Hæc tria in vtranq; partem è locis variis scripturę probauit, nunc argumentando, nunc soluendo: vt iisce exemplis declararet, quàm non sit difficile, ex tanta scripturarum sylua excerpere diuersa loca, per quæ secundum fucum & exteriorem corticem literæ, quodlibet thema & probari & reprobari queat. Nisi igitur sterur autoritati Ecclesiæ, Conciliorúmq; Generalium, & sanctorum patrum expositioni, qui per spiritum sanctum locuti sunt, velut per certum veritatis magistrum: per corticem literæ omnia ab hęreticis in dubium vocari ac peruerti possent.

Noua Reformatio Bernẽsium.

Bernenses vero his omnibus contemptis, prosequuti sunt disputationẽ suam: Disputantes à Die septimo, vsq; ad Vicesimũ sextum Ianuarij. Postea iudicarunt X. articulos recte probatos, & in scripturis fundatos esse. Mox igitur nouã instituerunt Reformationem, in qua præceperũt primo, Vt ab omnibus subditis suis approbentur X. articuli. Deinde, Vt subditi ipsorum, nulli è Quatuor Episcopis, amplius obediant in rebus Ecclesiasticis: non in causis Matrimonialibus: non in excommunicationibus & absolutionibus, non in perceptione Chrismatis: non in oblationibus decimisq; & frugũ primitiis &c. Deinde absoluerunt à iuramẽtis Episco

po

po præstitis Decanos, Camerarios, Pastores, Cõcionatores, & quoslibet Ecclesiæ ministros. Postea cum ipsi in vrbe sua iam demoliti essent altaria, atq; Imagines, vbiq; in tẽplis suis, Missasq; penitus aboleuissent: præceperunt subditis, vt per omne territorium suum itidem facerent. Deinde abrogarunt omnes Missas, & exequias, anniuersariásq; memorias defunctorum fraternitates viuentium: Dedicationes templorũ, habitus Monachorum & Monialium, vsum sacrarum vestium: Dies ieiuniorũ, festa sanctorum, & quid non? Permiserunt autem sacerdotibus vxores, nouas nuptas Monachis, sacrilegos maritos Monialibus. In fine tamen, vt fidei suæ incertitudinem conscientiæque palpitationem ac metum proderent: adiecerunt, se se, vbi meliora docti fuerint, ea libenter amplexuros esse, & eam Reformationem velle vel augere vel minuere. Quoniam vero tam in Badensi, quàm in Bernensi disputatione, coram Laicis Teuthonice & loquendum & scribendum fuit: Teuthonice quoque reprobauerunt, D. Io. Eckius Disputationem, D. Io. Cochlæus Reformationem Bernensium. Eckius prolixius ac subtilius: Cochlæus breuius ac simplicius, pro captu Laicorũ. Eckius vltra X. articulos disputationis, commemorauit adhuc XXV. articulos erroneos, quos in Disputatione illa admiserũt. X. itẽ articulos cõtradictorios sibiipsis, & XV. locos scripturæ, quos falsificauerũt inter disputandum. Cochlæus priusquàm articulatim Re-

D. Eckius disputationẽ. Cochlæus Reformationem confutauit.

formationem reprobaret, obiecit Bernensibus contemptum & negligentiam circa viros doctos, quos ad disputationem suam vocare debuissent, præsertim D. Eckium. Deinde exprobrauit inciuilitatem, qua male tractatus fuit in ea disputatione D. Conradus Tregarius, Prouincialis Augustinianus, Heluetiʼ natus. Postea respondit articulatim ad Reformationis Capita. E quorum Tricesimo paucula, exempli gratia, retulisse operæ precium fuerit. Tricesimo (inquit) conceditis Monasticis personis, deserere Monasteria, & inire connubia: Atque vt eas ad hoc prouocetis, vultis eis bona, quæ intulerunt, restituere. Quæ si nimis modica sint, vultis plus addere, modo exeant, siue connubia ineant siue non. O boni Domini, quàm inimicus est & honori vestro & animarum vestrarum saluti, autor huiuscemodi Reformationis. Quomodo potestis (obsecro) vsque adeo obliuisci omnis scripturæ, omnis legis & iuris, omnis disciplinæ & honestatis? Quomodo potest licere vobis, qui iuramento fœderati estis, iuramenta & vota Deo præstita, tam turpiter ac scelestè soluere, & concedere id, quod in vestra potestate minime consistit? Honestas iuris etiam apud Gentiles & Romanos antiquos exigit, vt iuramenta & pacta etiam hosti seruentur: Vos autem ea ne Deo quidem seruari vultis. Quomodo positis quæso, maiores aut vehementiores vos exhibere hostes Dei & Ecclesiæ, quàm hic facitis? Consyderate vos ipsi. Quomodo enim

Contra nuptias Monachorum & Monialium.

Hostes Dei Bernenses.

enim potest alicui maior aut dolor aut iniuria inferri, quàm si sponsa aut vxor eius abducatur aut rapiatur? Aut si filius aut filia eius, amisso honore, ad ignominiam redigatur publicè coram toto mundo? Iam sponsæ & vxores Christi, Dei & Domini nostri, Moniales sunt, Can. 4. Ioan. 3. 2. Cor. 11. Ephe. 5. Apoc. 21. Sunt & filiæ sanctæ matris Ecclesiæ, Gal. 4. 1. Corinth. 4. Psal. 44. & 47. Can. 3. 1. Pet. 3. Quomodo igitur præsumitis eas contra omne ius, contra omnẽ scripturam & honestatem, à votis suis absoluere? Iubete, quæso, Apostatas vestros omnẽ perscrutati tum scripturam tum historiam, an inuenire queant, quod in vlla per orbem terrarum prouincia, intra M. D. annos, vspiam cõcessum fuerit Monachis & Monialibus, Matrimonia inire, aut è Monasteriis in mundum redire. Est enim manifeste contra Deum, sic irrita facere vota Nume. 30. Deut. 23. Psal. 65. Eccle. 5. Contra Christum Matth. 8. & 19. Luc. 9. & 14. Contra Paulum 1. Tim. 5. vbi damnantur ij, qui primam fidem (votum scilicet) irritam faciunt. Quid autem sacra Concilia, sanctique Pontifices & Catholici Doctores, contra scelus istud scripserint atque statuerint, recitare hic nimis lõgum foret, atque etiam apud vos irritum & inutile, qui talia cuncta contemnitis. Recitabo autem vobis legem Imperialem ex Codice, vt ex ea intelligatis, quid hic meremini &c. Lutherus, vt vidit Zuinglium Oecolampadiúmque inualescere in dies magis ac magis: scripsit rursus con-

C. Iustin. & Cod. l. Raptores.

Liber secũdus Lutheri cõtra Zuinglium & Oecolãpadium.

tra eos bene prolixum librum Teuthonice, Cui titulus est. De cœna Christi confessio Lutheri. In prima eius parte exagitat ac reprehendit Zuinglium. In secunda Oecolampadium. Interdum denique fidei suæ confessionẽ, quam pro certa & vltima suæ mentis sententia, tam in vita quàm post mortem, haberi iubet. In prima multa obiicit Zuinglio eiúsq; complicibus, quæ Catholici prius longe iustius obiecerant ipsi Luthero: Nempe, Quod eiusmodi dissensio & diuisio inter ipsos non est à spiritu sancto, sed à Sathana: Quod spiritus ille vertiginis contradicit sibiipsi: Quod libere concludẽdum est, Diabolum omnis dissensionis patrem, esse eorum doctorem: Quod dissensio in intellectu & sermone, ex Diabolo est &c. In secunda contradicit sibiipsi, dum negat in cœna Christi remanere vinum, eò quod Christus dixerat. Non bibam de genimine &c. Quod antea sæpe affirmauerat, cum alibi, tum in Babylonica sua captiuitate, vbi detisit Transsubstantiationem & accidentia sine subiecto. Affirmat item ibi Christum, non solum dedisse calicem discipulis, sed & ipsummet bibisse. Quod prius negauerat in libro de abroganda Missa, vbi docebat, quod sacerdos aliis dare debet Sacramentum, non ipse sumere: quoniam & Christus ita fecerit. In tertia autem parte inter articulos fidei suæ ponit, quod non sit credendum liberum arbitrium. Reiicio (inquit) hic simul

Finalis confessio fidei Lutheri.

mul ac damno, velut meros errores, omnem doctrinam, quæ liberum arbitrium nostrum iactitat. Item affirmo, Quod Vigiliæ, Missæ ac Anniuersarij dies pro defunctis, sint inutiles, ac nundinæ Diaboli. Item, Quod sancti inuocandi non sint. Item, Quod extrema vnctio, Matrimonium & Ordo sacerdotalis, Sacramenta non sint. Super omnes vero abominationes teneo (inquit) esse Missam, quæ pro sacrificio ac bono opere prædicatur ac venditur, super quam nunc omnia Ecclesiarum Collegia Monasteriáque consistunt: At, Deo dante, cito iacebunt. Quamuis enim magnus, grauis turpisque peccator fuerim, atque inuentam meam damnabiliter consumpserim ac perdiderim: ea tamen sunt maxima peccata mea, quod tam sanctus Monachus fui, ac tot Missis vltra XV. annos dilectum dominum meum tam horrende offendi, martyrioque ac tribulationibus affeci. Hæc in illo libro Lutherus. Ædidit & alium librum Teuthonicum eodem anno contra Papistas (vt vocat Catholicos) de communione sub vtraque specie. In quo miris cauillis ludit, scurratur ac mordet, dum iactitat quantum sua doctrina profecerit etiam apud Papistas, qui re vera Lutheraniores sint ipsomet Luthero. Quoniam Canonici, aliique sacerdotes ac Monachi, pulchre dicerint omittere ac neglectui habere horas Canonicas: ita fortes in consciētia, vt Papæ di-

Alius liber Luth. contra Concomitantiam.

ſpenſatione non amplius indigeant. Epiſcopi autem ſciant nunc diſſimulare Interdictum & excommunicationem, quando Papam tenebat Cæſar captiuum, quod ante Lutheri doctrinam minime paſſi fuiſſent. Principes denique, qui odio perſequuntur Lutherum, ſint Lutheranio res quàm ij, qui Lutherum fouent, dum ab Eccleſiis & Monaſteriis tollant, & ad ſe rapiãt paratam pecuniam, præcioſa clenodia & ornamẽta, inſidientúrque nihilominus & bonis immobilibus eorum, ac multas eis imponant exactiones: Aduerſus Lutheranos vero Principes, quærant proditorias conſultationes ac fœdera, do quib⁹ ipſimet poſtea erubeſcãt &c. Excerpſit ex eo libro Ioãnes Cochlæus Calũnias CXLIIII. & ſannas L. quas breuibus reſponſiunculis cõfutauit Latine: maxime propter Epiſcopũ Roſſenſem, à quo petebat, vt denuo aliquid in illũ æderet, propter Germanos, qui præ omnibus Lutheri aduerſariis ei plurimum (& merito quidem) tribuerent. Volebam (inquit in præfatione) R. Dignationi tuæ ex vno eius libello Teuthonico in vnum colligere faſciculum, ipſius aduerſum nos calumnias, ſannas, vanitates, iactantias, peruerſitates impietatéſque & blaſpemias. Et iam percurrendo libellum omnes in margine mihi deſignaueram certis notulis: Sed inter reſpondendum tanto affectus ſum tædio, vt vix potuerit anima mea tantã ſuſtinere nauſeam & moleſtiam, donec ad calumnias ſannáſque eius breues adiecerim reſponſiunculas.

Hoc calũnioſum eſt in Cæſarem figmentum.

Cõfutatio eius libri per Io. Cochlæum.

Cuius

Cuius sane laboris gemina mihi ad te R.P. causa fuit. Vna, vt scias, quanta sit eius in lingua patria improbitas: Altera, vt adhuc semel scribas, non sane ad eum, sed ad Proceres Imperij, ad nobilitatem Germaniæ, vt vel sero perpendant, quonam tendant omnes nouarum sectarum conatus &c.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M.D.XXIX.

CVm autem è Nurenberga peruenisset Dresdam exemplar epistolæ Lutheri ad Lincum scriptæ, cuius tenor recitatus est supra: Dux illustriss. Saxoniæ Georgius, misit ad Lutherum illius copiam, sciscitans per literas ab eo, an fateretur, eam epistolam à se scriptam ac datam. At Lutherus proterue respondens & ambigue, petiit, vt Dux cũ talibus schedis & literarum exemplis patientiam ipsius nõ tentet. Dux vbi ex responso Lutheri certior fieri non posset (Quandoquidem neque negabat, neque agnoscebat eam epistolam Lutherus) misit quendam è Secretariis suis Nurenbergam ad Senatum: petens de epistola illa interrogari Vuencesladum Lincũ, an re vera ad ipsum à Luthero data fuerit. Ille autem interrogatus, Se-

Epistola Lut. è Nurẽberga Dresdam peruenit.

natui aperte confessus est, Lutheri esse epistolã. A se tamẽ quibusdam amicis communicatam fuisse, simplici animo & citra dolum malum, nõ studio insimulandi aut offendendi, nec Ducem Georgium, nec quemuis alium. Quod autem exscripta latiusq; propagata fuerit, id factũ esse inscio se & inuito. Vidit ibi Secretarius per quẽdam amicum ipsas literas Originales, quarum exemplum recepit: Quod Dresdam allatum, cum priore concordabat. Cum igitur iam certus esset Dux, eam epistolam à Luthero scriptã fuisse, & ab illo publicam quoq; nimisq; odiosam & suspicacem, immò plane assertiuã mentionem de fœdere Principum (quod seditiosum proditoriúmque vocabat) in eo factam sciret libello, quem is contra Episcopum Misnẽsem, de vtraque specie ædiderat: Purgauit & excusauit se bonus Princeps denuo per publicas literas de confecto illo fœdere, quod D. Otto Pak Hassiæ Lantgrauio primum suggesserat. Idque fecit Dux multo exactius pluribusque rationibus, quàm fecerat prius ad Lantgrauium, tum propter iniquas suspiciones, quas pariebant scripta Lutheri: tum propter D. Pak, qui iamdudum crimine falsi multipliciter conuictus in Cassel fuerat. Operæ precium itaq; fuerit, quædam Principis verba, è Teuthonico in Latinum translata, hic recitare. Nos (inquit) certi de hoc sumus (Deo sit gloria) hoc omne, de quo insimulati sumus, manifestissimum mendacium esse, & neque Lutherum, neque quenquam secta-

Calumnia Lut. in Ducẽ Georgium de fœdere.

Purgatio Ducis de illo fœdere.

ſtatorum eius, nullum vel leuiſſimũ argumentum proferre poſſe, è quo probabiliter coniici, æſtimari aut probari poſſit, nos his de rebus, quas confictum hoc fœdus continet, vnquam deliberaſſe, agitaſſe, aut omnino etiam cogitaſſe. Nihilominus homo iſte Euangelicus, tam audax impudenſque eſt, vt non dubitet tã ſplendidum mendacium, non ſolum ac ſi id auditum haberet: ſed præterquam quod omnes, quos hoc commentum inſimulauit, vna voce negãdo ſeſe purgarunt: tamen pro comperta etiam veritate prædicare, ac in vulgus ſpargere, & nominatim de nobis in hæc verba ſcribere. Ducis Georgij frigidiſſimam excuſationem fere pro confeſſione interpretor. Quam frigida fuerit excuſatio noſtra, ipſa verba indicant. Nec adhuc videmus, qua vehementiore ardentioreue pernegatione, talem accuſationem reuellere debuiſſemus, Quod ſi tam frigida, & conſimilis confeſſioni fuiſſet, quam arguit Lutherus, nunquam certe nomen Indicis expreſſiſſet. Quapropter illa adhuc plus feruoris habet, quàm Lutheri, Pak, & omnium aliorum accuſatio &c.

Attulit deinde præter alias de falſo & ficto fœdere rationes, etiam ex ipſo ſtylo & verborũ tenore Octo probationes, quibus oſtendit autorem figmenti erraſſe, tum in titulis Principũ, tum in quibuſdam aliis rebus. Quod autem Lutherus ſcripſerat, ſe ſcientem ſcire, quod fœdus illud non fuerit omnino nihil aut Chimera.

Certæ rationes, quæ probant fœdus eſſe falſum & confictum.

Princeps pulchre in eũ retorsit: Nempe, quod ideo sciens sciat, quia ipse forsitã aliqua ex parte parauerit, aut consilium dederit, ad parãdum tale commentum. A qua sane suspicione non vult eum liberum esse, nisi certæ suæ scientiæ probabiles afferat rationes. Scripsit igitur & Patrueli suo, Duci Ioanni, Principi Electori Saxoniæ, sub cuius vmbra & protectione Lutherus degebat, vt is saltem ex eo perquireret, vnde sciret, fœdus illud non esse fictum. Sed neque per eam viam quicquam exquirere potuit. Cæterũ Lutherus, velut crabro irritatus, ædidit Teuthonice libellum, cui titulum fecit. De priuatis & furto surreptis literis. In quo sane vsque adeo scurriliter ac petulanter in honestissimum Principem debacchatus est, vt etiam Lutheranis nõ paucis displiceret tam indecora scurrilitas.

Liber Lut. de priuatis Epistolis contra Ducem Georgium.

Itaque Ioannes Cochlæus, indignitate eius rei motus, in Lutherum Teuthonice scripsit libellum. In quo præter mendacia, multos etiam lapsus Lutheri, tum in Psalmi expositione, tum circa linguam Hebraicam (quam olim Romæ ex Heliæ Iudæi informatione degustauerat modicum) indicauit: inscribens eum Generosis ac Illustribus Principibus ac Dominis, Ioanni & Friderico, filiis Ducis Georgij. In cuius præfatione sic ait inter cætera. Et sane merito graue molestumque auditu est, hunc extreme malitiosum, & iam pridem condemnatum deploratũque & infamem Apostatam, sub potentissima laudatissimaque domo Saxoniæ tantum aude-

Apologia Cochlæi pro Duce Georgio.

re,

ro, vt quenquam bonum virum in ditione Saxonica degentem. Taceo tam inculpatum, ac omnibus modis laudatum Principem, tot mẽdaciis, scommatibus, conuitiis, & omnis generis iniuriis, palam coram toto mundo impetere atque exagitare sustineat, & obiter aspergere se diuiosa mendacia atq; maledicta, etiam de multis aliis Principibus, atq; adeo de negociis publicorum Imperij Conuentuum. Scribens videlicet, Vuormaciense Edictum (quo pro obstinato hæretico damnatus est) sine optimorum & summorum quorumque Imperij Ordinum cõsensu, promulgatum fuisse: Cum tamen Cæsarea Maiestas in eo ipso Edicto, palam testetur, id de sua & omnium sacri Imperij Electorum Principum, reliquorúmque Ordinum tũ congregatorum, sententia & consilio factum esse. Et id quidem in eodem Edicto testetur ter, sicque ter à Luthero mendacij arguatur. Cum igitur nemo nesciat, quam impudenter hic Monachus omnis generis mendacia, & simul multas vanissimas nugas, petulantissimaque scommata in scriptis suis congerere, inque iis nullius plane hominis rationem habere soleat, non aliter ac exercitatissimus aliquis scurra, aut ira incensa læna: Non est quod Celsitudines vestræ illius contumeliis magnopere commoueãtur, Quemadmodum nec Pater noster commouetur. Qui dicere solet, se nõ magis commoueri, si Luther⁹ sibi cõuitiũ faciat, atq; olim cõmoueri solitus sit, cum sibi Morio suus, cui Pastori

Contemnẽda Lutheri conuitia.

Septiceps Lutherus.

nomen erat, conuitium fecisset &c. Ædidit sub idem tẽpus idẽ Cochlęus Latine haud ita breuẽ librũ, qui inscriptus est, Septiceps Luther⁹. Quẽ ob duas potissimum causas ex diuersis Lutheri opusculis, tum Latinis tũ Teuthonicis, in vnũ collegit. Nempe & propter Concionatores Catholicos, vt ij quouis proposito Themate, Lutheranos facile per propria scripta Lutheri, absque longæ disquisitionis labore ac tædio, reprobare atq; confundere possint. Et propter externas Nationes, vt viri Docti, linguam Germanicam non callentes, in futuro Concilio haberent breue compendium, ex quo intelligerent, qualia Teuthonice scripserit Lutherus, atq; eo facilius eum velut seruum nequam, de ore proprio iudicarent. In præfatione autem eius libri vbi admonuisset lectorem, quomodo eum librum cum fructu aliquo legeret, ita subiunxit. Cogita, quæso lector, quàm periculosum sit, illi firmiter adhærere, & ab illius parte stare, qui tã instabilis vbique est in seipso: Aut ei plus quàm toti Ecclesiæ credere, qui toties contradicit, & non credit sibiipsi, ac sese proprio iudicio condemnat, & mendacem reddit. Ipse quidem Sacramentariis Suermeris, nunc aduersariis, paulo ante dilectissimis fratellis, filiolisq; & aureis amiculis suis, triumphabundus obiicit, Ibi mera esse & mendacia & dæmonia, vbi tanta reperiatur eorum de re vna diuersitas, vtpote circa Eucharistiæ Sacramentum. Quanto, obsecro, iustius nos idipsum obiicimus ei: Qui cũ sit in sub-

Instabili Luthero adhærẽdum non esse.

substantia indiuiduũ vnum, seipsum in septem capita cõtrariis assertionibus diuisit? Multa qui dẽ peperit olim monstra Aphrica, sed mirabiliora nunc parit mõstra Germania. Quid enim monstrosius, quàm in vno cucullo residere tot capita, inter sese tam cõtraria atque dissimilia? Quid ad hæc Ianus Bifrons? Quid Geryõ Triceps? Quid Cerberus Trifaux? fabulæ sunt Poëtarũ & iocosa figmenta. At Septiceps cucullus, immò cucullatus Draco iste noster, nimiũ vere ac serio septem capitibus Germaniam confundit, ac pessimis venenis lethaliter afflat atq; corrumpit. Quis antea vidit, quæso, tale vsquã portentum? Mirum quidem est, & supra omnẽ sensum atque intellectum sublime ac venerabile, Maiestatéque plenum mysterium, quod in vna Deitate sunt tres, & hi tres vnum sunt: Vnũ in substantia, tres in personis. At in vno vnius Lutheli cucullo sunt Septem, & hi septẽ non modo vnum sunt in substantia, sed & vnus in persona. Mira profecto Theologia, non modo Iudæis & Gentibus, sed & Christianis prius inaudita. In veteri Christianismo multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna: In nouo autem Euangelio Lutheri, dissecatur cor & caro vna in corda & capita multa: Vt nõ solum diuersi diuersa sentiant, sed & vnus arroget sibi sensus & capita multa. Nos quidem breuiter septem elicuimus, qui inuite ac graui cum tædio nauseáque Lutheri libros legimus. At si quis plura in eis desideret siue monstra siue capi-

Mirabile mõstrũ Septiceps Monachus.

ta, modo excutiat ac perlustretur paulo diligẽtius, inueniet procul dubio multa & plura & mirabiliora: & ea quidem vsque adeo absurda, impia, blasphema, vt homo pius ac timoratus, neque lingua eloqui, neque mente cogitare atque reuoluere sustineat. Fuit eo anno rursus Spiræ celebratus Conuentus Principum, aliorumque Ordinum ac Statuum Sacri Rom. Imperij, ex eisdem sane causis, ex quibus ante Triẽnium ibidem celebratus fuerat: nisi quod maior necessitas maioráque pericula imminere videbantur. Nam & Turcarum Tyrannus potentior iam erat, subacta Vngaria, captáque Buda, quàm antea, & maiori cum exercitu in Germaniam tendere dicebatur: & in religione Christiana in dies magis ac magis gliscebat dissensio, dum sectæ ita inualescerent, vt non solum Catholicis, sed & sibi ipsis inter sese formidabiles essent. Zuingliana enim factio, & apud Heluetios, & apud plærasque vrbes Imperiales, Argentinam, Constantiam, Vlmam, Augustã &c. Lutheranorum sectæ iam præualebat, & Anabaptistæ occultis per diuersa loca conspirationibus, non minus vtrique sectæ, quàm ipsis Catholicis de violenta eruptione ac terribili sæuitia suspecti erant. At tantundem effectum est in eo Conuentu, quantum in priori. Rex Ferdinãdus, qui & de occupata Vngaria dolebat, & de amittendis prouinciis auitis, Austria, Styria, Carinthia &c. anxie timebat: nulla potuit à sectis auxilia impetrare, nisi pacifice ac secure agere

Conuentus Imperialis Spiræ habitus

gere in opinionibus suis eas permitteret. Necessitate igitur cogente, consensit in publicum decretum, quo vnicuique, quantum ad fidē & religionem attineret, liceret sic agere ac statuere, vt de factis suis sciret & Deo & Cæsari ratione reddere, atque ita discessum est soluto Conuentu. Philippus Melanchton, quem Illustriss. Princeps Elector, Dux Saxoniæ Ioannes, secum Spiram adduxerat: duas scripsit Spiræ epistolas, quas euulgauit. Vnam ad Regem Ferdinandum, cui titulum fecit. Præfatio in Danielem: fuit tamen præfatio sine libro. Captata autem beneuolentia à laude tum ipsius Regis, tum aui eius Maximiliani Imperatoris, cœpit suum commendare Lutherum, atque in odium trahere scriptores Catholicos. Magno in odio (inquit) multorum sunt hoc tempore nonnulli, qui sacras literas pure tractant. Aduersus hos cum Sycophantę quidā vbique Principes concitent, nullum hoc tempore grauius est crimē, quàm genuinam religionis doctrinam amplecti &c. Alteram ad Ioannem Oecolampadium, qui simul cum Zuinglio multis libris etiam aduersus Lutherum contendebat. A qua sane contentione eum, vt veterem amicum, dehortabatur. Rogo te (inquit) vt consyderes, quantam rem, quàmque periculosam susceperis. Verum illud est, nimium altercando amitti veritatem: atque hæc multo magis periclitatur in his tam violentis concertationibus. Video causam vestram præsidiis ingeniorum niti, & vos habere

Epistolæ Duæ Phil. Melan.

studia Theatri, non tantum manifesta, sed occulta etiã, quæ haud scio, an efficacius vobis suffragentur, quàm manifesta &c. Erat autem apud Heluetios tam feruida atróxque contentio, de fide ac religione, per Zuinglium & Oecolãpadium præcipue excitata, vt à verbis ad arma perueniretur. Tigurini enim seu Turegenses atq; Bernenses, qui Zuinglianæ sectæ maxime addicti erant, assumptis in auxilium Basiliensibus, aliisque non paucis populis Heluetiorũ, armati processerunt in campum, aduersus Quinque Cantones Catholicos, Lucernenses, Suitenses, Subsyluanos, Vrienses & Zugenses. Et magna vtiq; strages edita fuisset, nisi alij Cantones, nẽpe Glareani, Solathernij, Friburgenses, Schaffhusenses, & Appecellenses, pro ineunda cõcordia vices suas interposuissent. Maiores erant vires Tigurinorum & Bernensium, proinde magis ferociebant, atque ad pugnandum anhelabant. Verum mediatores persuaserunt vtrique parti certas conditiones pacis, vt de cætero nemo ex vtraque parte propter religionem infestaretur. Articuli pacis & concordiæ fuere permulti, Catholicis minus æqui quàm Zuinglianis. Iussi sunt enim Catholici mox, antequã è campo abirent, tradere in manus Sequestrorum literas sigillatas fœderis, quod cum Rege Ferdinando inierant: vt ruptis sigillis scissisque membranis, fœdus illud prorsus emortuum ac irritum esset. Decretum est item, vt à Regibus & Principibus nulla deinceps munera aut stipen-

Tumultus bellicus apud Heluetios propter discordiã in religione.

Articuli pacis.

pendia vlli reciperent Heluetij, Vtque Bernẽsibus Tiguriniſque & eorum complicibus, pacta ſua inter ſeſe inita, firma permanerent. Neque ad reſtituendum quiſpiam teneretur, neque in ius vocaretur, qui Imagines aut altaria demolitus fuiſſet, aut ſacras veſtes, aliáque Eccleſiarum ornamenta rapuiſſet &c. Illuſtriſ. Princeps, Dominus Philippus, Haſſię Lantgrauius, ægre, ferens inimicam illam inter Lutherum Zuingliúmque & Oecolampadium contentionem & diſcordiam, conuocauit eos in vrbem ſuam Marpurgum, vt ibi amica diſceptatione finiretur contentio. Conuenerunt quidem illi, & multi complices eorum: Atq; vt aliquid effeciſſe viderentur, conſcripſerunt ac ædiderunt aliquot articulos, in quibus cõtra Catholicam Eccleſiam conſentiebant inter ſeſe, velut Herodes & Pilatus contra Chriſtum. Verum in Principali articulo, de Venerabili Sacramento Eucharistiæ, de quo præcipue contenderant ſemper, hæſit ac permanſit inter eos diſcordia. Zuingliani circumferebant CCC. argumenta, quę dicebant à Zuinglio fuiſſe obiecta Luthero. Re igitur infecta diſceſſum eſt.

Diſputatio Marpurgenſis in Haſſia.

Hiſtoria Ioan. Hus Teuthonice edita.

Socius autem & amicus Lutheri, Ioannes Agricola Iſlebienſis, Poëticus Theologus & ſacerdos, non vnctus (vt ipſemet gloriatur) nec conſecratus: vt in Catholicos maius conflaret Germanicæ plebis odium, ædidit quædam Acta Concilij Conſtantienſis ſuper Ioanne Hus Bohemo, qui vt hęreticus

ibi damnatus atque combustus fuit. Affirmabat eam historiam (vt vocat) fuisse conscriptam Latine à nescio quo autore, qui præsens omnia viderit, audieritque & expertus sit. Et ad imitationem sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ subdit. Et scimus, quia verum est testimonium eius. Sic autem præfatur. Adeptus sum (inquit) librum Latine scriptum, quomodo probus ille amicus Dei, Ioannes Hus, Constantiæ propter doctrinam Euangelij, à Synagoga Antichristi, combustus est. Repertus est autem iste liber in Bibliotheca cuiusdam Doctoris Medicinæ, Pauli Rockenbach Citicensis, ac per bonum amicum meum, Nicolaum Krompach, Teuthonice interpretatus. In quo sane reperies, quomodo Ioannes Hus, absque omni ope & consolatione humana, solus contra maximas duas potestates super terram, nempe Cæsarem & Papam, contra sacros Ecclesiasticos Doctores, stetit ac vicit. Hæc ille Agricola. Veruntamen ea historia Lutheranis parum conducit. Nam eos articulos, quos ipsi maxime affirmant, Ioannes Hus, & in Ecclesia Constantiensi ante degradationem sui, & foris in campo circa supplicij sui locum, publice coram omnibus negasse refertur in historia illa. Non est igitur, quod de ea historia glorientur Lutherani. Sub idem tempus, cum immineret Germaniæ Turcarum Tyrannus, librum Teuthonicum ædidit Lutherus, cui titulum inscripsit. De bello contra Turcas. In quo sane ita suadet bellandum

Præfatio Agricolæ Islebiensis.

Liber Lut. de bello contra Turcas.

landum esse contra Turcas, vt magis absterrere ab eo bello Christianos videatur, quàm ad illud incitare. Etenim multis ibi verbis ac foliis queritur, inique damnatum fuisse à Papa Leone X. illum articulum suũ. Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo, visitanti iniquitates nostras per illos. Inter multa sane alia sic ait. Interrogetur rerum experientia, quàm prosperum nobis hactenus fuerit, bellum cum Turcis gerere, quando tanquàm Christiani & sub nomine Christi pugnauimus, donec tandem Rhodon totámque pene Vngariam, ad hæc multam Germaniæ partem amisimus. Atque vt sentire ac palpare possimus, Deum non esse nobiscum ad bellandum contra Turcas: nunquàm adhuc dedit Principibus nostris tatum animi aut spiritus in mẽtem, vt vel semel potuerint serio de Turcico tractare bello, quamuis plærique aut pene omnes Conuentus Imperiales, eam ob causam fuerint indicti ac celebrati. Nusquàm enim vult res disponi aut concludi, vt appareat Deum irridere Conuentus eiusmodi, ac sinere, vt Diabolus eos impediat ac gubernet, donec Turca opportuno tempore adrepat, Germaniámque absque labore ac resistentia disperdat. Quare fit hoc? Propterea nimirum, vt meus articulus, quem Leo Papa damnauit, indemnatus efficáxque permaneat &c.

Cauillosæ propositiones Lutheri contra Principes.

Multis præterea propositionibus incessit & criminatur atque calumniatur ibi, Papam, Imperatorem, Reges, Principes, Episcopos, maxi-

me vero Curiam Romanã. E quibus CXXXVI extraxit Ioannes Cochlæus, sed nimis longum foret omnes recensere: satis ergo fuerit, exempli causa, unam aut alteram referre. Cęsar (inquit) non est Caput Christianitatis, neque Defensor Euangelii aut fidei. Oportet sane Ecclesiam fidemque alium habere defensorem, quã Cæsar & Reges sunt. Isti enim sunt ferme pessimi hostes Christianitatis & fidei, sicut Psalm. secundus ait, & Ecclesia omni ex parte queritur. Item, si dixeris: Tam malus est Papa quam Turca, quemadmodum tu ipse eum vocas Antichristum cum Ecclesiasticis & adhæsoribus suis. Et è conuerso, tam bonus est Turca quàm Papa. Confitetur enim Quatuor Euangelia Moysénque & Prophetas. Si ergo contra Turcam bellandum sit, & contra Papam quoq; bellandum erit, Respondeo, Negare non possum, Turcam tenere Quatuor Euangelia, tanquàm diuina & recta, sicuti & Prophetas tenet. Multũ præterea iactitat & Christum & matrem eius: Veruntamẽ credit suum Mahumetum esse supra Christum Sed Deus & Turcam & Papã simili percutit cæcitate, vt fiat eis, quod Paulus Ro. 1. dicit de peccatis contra naturam. Tã cæci enim ac furiosi sunt ambo: Papatus & Turca, vt ambo committant peccata muta absq; pudore, velut rem honestam atq; laudabilem. Hæc & id genus multa, exprobrat ibi Luther⁹ inuidiosissime per improbissimas calumnias omni Statui superiorum. Quapropter ædidit in eum Ioannes

Collatio Papæ ad Turcã.

Heu scandalosa & nefaria dicta.

nes

nes Cochlæus Dialogum quendã. In quo Lutherum Bicipitem facit, eò quod de bello Turcico permultas propositiones sibiipsis contrarias, in diuersis ædidit libris. Colloquuntur autem ibi tres personæ, Orator Regis Ferdinandi, Lutherus & Palinodus per L. Capitula. In quorum Vndecimo sic habent. ORA. Lutherus tuus ait, Nos hactenus nihil habuisse prosperũ aduersus Turcam. Quo sane verbo auertere & absterrere cupit animos nostros, ne Turcis resistamus. Ait enim, Qui habet aures audiendi audiat, & à bello Turcico abstineat, donec nomen Papæ sub cœlo valet. Quid autem hoc aliud est, quàm Patriam Turcis prodere, ac sua dere nobis, vt aduenienti aperiamus portas, dedamúsque nos vltro? PAL. Ad hoc præcipue mouit eum (vti mihi dixit) quod sub Christiano proponebatur nomine bellum cõtra Turcam, Tanquam populus noster vocari deberet exercitus Christianorum, contra Turcas ceu contra hostes Christi. Quod est directe contra doctrinam nomenque Christi. Contra doctrinam quidem, quæ dicit, Christianos non debere malo resistere, non bellare nõ contendere, non vindicare, nec litigare. Contra nomen vero ius est, Quod in eiusmodi exercitu vix quinque forsitan Christiani sunt, ac deteriores forte coram Deo homines, quàm Turcæ sunt: Et tamen omnes volũt ferre nomẽ Christi. Quod sane omnium maximum est peccatũ, quale Turcarũ nemo facit. ORA. Siccine

Dialogus Cochlæi de bello Turcico.

In assertione art. 34.

In lib. de bello cõtra Turcas.

In lib. de Visitatione Saxonica.

recantas Palinode? At longe satius esset, aperte dicere quod sentis, quàm talibus fucis & ambagibus irretire populum. Certe tu ipse eiusmodi sermonem supra indicasti seditiosum atque intolerabilem: Atque ex Paulo probasti, Magistratus nostros gladio bellóque debere Turcas arcere, vimque à subditis propulsare. Neque Christus prohibuit vsquàm, immanitatem Tyrannidémque Turcicam repellere. Turcas vero esse hostes Christi, tu quoq; confessus es supra ex ipsorum Alcorano. Et in facto ipso id tam euidens est, vt insanissimum simul & vanissimum sit negare. Cæterum annus iste maxime insignis memorabilisque fuit, & Turcico bello in Austria, obsidionéque Viennensi, & Cæsaris nostri CAROLI. V. Augusti profectione prima in Italiam, eiúsque coronatione à Ro. Pontifice Clemente VII. Bononiæ facta. Etenim Turcarum Tyrannus, Solimanus, vastata Vngaria, Viennam, Austriæ Caput, venit Die XXI. Septembris: habens in exercitu suo CCCC. Millia militum, circundans vrbem XVI. castris per circuitum, quæ ad Tria aut Quatuor Miliaria extendebantur: occupãs præterea & pontem Danubij & suburbia. Ciuibus & præsidio militum nihil relinquebat præter vrbem. Iussi fuerant vrbem excedere Mulieres, pueri, sacerdotes, Monachi & omnis imbellis turba, quæ magna ex parte in manus hostium incidit, apud quos summa crudelitas, nulla erat misericordia. Infantes dissecuerunt medios:

Rum. 13.

Grauis obsidio & oppugnatio Viennæ per Turcas.

dios: Mulieres ac ſenes, quos in ſeruitutē abducere nolebant, perfoderunt palis, transfixerunt verubus, diſciderunt gladiis. Fecerunt præterea longiſſimas excurſiones ad X. aut XII. Miliaria Germanica, omnia vaſtantes, nulli parcentes ordini, ſexui aut ætati. Rex Ferdinandus fortiſſimo munierat vrbem præſidio. In quo ſane lectiſſimi erant milites, quorum ſupremus Capitaneus erat Illuſtriſſimus Dux Bauariæ, Rhenique Palatinus, PHILIPPVS. Inuexerat præterea tormēta bellica maxima & optima quæque, quorum precia vix duo regna (vti nōnulli dicunt) æquare poſſent. Hoſtes qui Bombardas magnas non aduexerant (quia vrbem ſubito occupare intendebant præueniendo imparatos) maxima vrbi præſidióque pericula intentabāt cuniculis antriſq; ſubterraneis, quibus vrbem velut penſilē faciebant, & impoſito puluere tormentario, eóque incenſo, terribiliſſimis fragoribus rupturiſq; muros demoliebātur. Vrbe magna ex parte muris nudata, fecerūt creberrimas oppugnationes, ſed inuictū preſidij robur ſemper cum damno eos repulit: adeo, vt Turcæ tādem, quamuis fuſtibus gladiiſque à ſuo Tyranno ad oppugnandum adigerentur, ſtatim tamē retrocesserint. Interea Rex Ferdinandus, qui in oppido Lintz, velut in ſpecula, ad Danubium morabatur, magna vndique conciebat auxilia, vt obſeſſis opem ferret, quorū magna pars in procinctu iam erat. Quod vbi animaduertit Turca, ſoluit obſidionē incenſis caſtris ſuis die

XVI. Octobris, & inglorius Constantinopolim reuersus est, magnis acceptis in terris & aquis per inediam & frigora incommodis, non solum in rebus & machinis, sed etiam in hominibus Camelisque & equis. At Piissimus Cæsar noster CAROLVS longe optatius, fœlicius, gloriosiúsque in Italiam ex Hispaniis nauigauit. Non exegit à subditis violenter pecunias, vti Turca à suis per omnes prouincias exegerat: sed tanta erat Hispanorum erga eum dilectio, vt offerrent vltro longe plures, & milites & pecunias, quàm alius vi minisque extorquere potuisset. Etenim viri Mille Quingenti, sua sponte obtulerunt suæ Maiestati singuli Millenos Ducatos aureos in Quatuor annos, absque omni interesse (vt vocant) aut lucro. Multi ex Principibus obtulerũt: Vnus C. equites, CCC. pedites: Alius plures, alius pauciores, quos die & anno suis impensis & stipendiis Cæsari militare ac seruire iusserunt. Priusquam vero ex Hispaniis Cæsar abiret, Rex Francię per mulieres, per matrem scilicet suam, & per amitam Cæsaris, pacem & concordiam ab eo impetrauit, relicta tota Italia, numeratisque pro filiorũ liberatione, qui vice sua obsides & captiuitenebantur in Hispaniis, Vices Centenis Millibus aureorum. Vbi vero in Italiam Cęsar peruenit, totam aduentu suo pacatam reddidit, excepta vna vrbe Florẽtia, quæ reiecto Cæsaris arbitrio, nolebat ad instantiam Papæ, inclytam familiam de Medicis in vrbem recipere, quam violenter expu-

Fœlix & gloriosus transitus Cæsaris nostri in Italiã ex Hispaniis.

cepulerat. Propter eam igitur contumaciã Cæsariani Milites vrbem illam obsederunt, & post grauissima incommoda ad deditionem cõpulerunt. Recepto autem in gratiam Francisco Sfortia, Duce Mediolani, per intercessionem Ro. Pontificis, eóque in Ducatum illum restituto: geminam à summo Pontifice coronam, priũs ferream, deinde auream, Bononiæ cõsuetis Cæremoniis, magna cum laude, gloria, triũpho, omniúmque gratia & lætitia suscepit.

Germanis autẽ fuit annus ille grauis & molestus, non solũ à metu & periculo belli Turci, & à sectarum importunis contentionibus: Verum etiam à duobus malis fatalibus. Quorũ alterum fames erat, & omnium rerum penuria, quanta in hominum memoria nunquam fuerat: Alterum pestis quædam, quæ sudor Anglicanus dicebatur. Malum sane adeo vehemẽs & lethale, vt intra XXIIII. horas homini sano vitam eriperet, nisi diligentissima cura sudorem illum quibuslibet fomentis euinceret. Non erat ea pestis Germanis prius cognita itaque obierunt multi, priusquam Medici curandi modum adinuenerint. Vinum vero ita fuit acerbũ eo anno, vt pre acredine sua, bibi nõ facile posset, adeóque vile ac insipidum cum tempore factum est, vt neque acetum ex eo fieret, sed ad omnia prorsus inutile, in vanum effundebatur.

Grauis annus apud Germanos.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M.D.XXX.

Cathechismus Luth.

LVtherus, quanquam suis complicibus, quomodo docere ac prędicare debe-rent, multa prędscripserat, velut legisla-tor quidam & nouus Moyses, Tum in Postilla sua, Tum in Visitatione Saxonica: Attamen tá-ta permansit inter concionatores suæ sectæ va-rietas & discordia, vt necessarium ei visum fue-rit, aliam rursus præscribere docendi formulá, quam Catechismum inscripsit. In quo sane li-bro & X. præcepta Dei & Orationem Domini-cam, Symbolúmque Apostolorum longe aliter exposuit in plærisq; locis, quàm ante X. annos fecerat. Præscipsit item & fidem & vsum duo-rum Sacramentorum. Baptismi scilicet & Eu-charistiæ nouo modo, nec plura Sacramenta a-gnoscit. Quamuis enim ad cófessionem ibi ex-hortetur populum: eam tamen longe aliam fá-cit, quàm instituit sancta Mater Ecclesia. Per-mittit enim confitenti, dicere non omnia quæ scit se peccasse, sed ea quæ vult: vt à sacerdote consilium consolatioémque & absolutionem recipiat. Eius postea exemplum sequuti alij nó-nulli, qui se aliquid esse existimant, multos ædi-dêre Cathecismos: Sed ita, vt nullus cum alio per omnia concordet. Eo autem modo pueris puel-

puellisque & primæ adolescentiæ, nituntur sua dogmata sic instillare per conciunculas vespertinas, velut cum lacte imbibita, vt actis in teneris pectoribus firmis radicibus, per omnem ætatem infixa maneant, nec vlla vi persuasione ue eradicari queant. Pro pueris itaque Catechismos suos præcipue conscribunt. Cæsar, cum adhuc in Italia esset, publico Edicto indixit Principibus, aliisq; sacri Ro. Imperij Statibus, Conuentum Imperialem Augustæ apud Vindelicos celebrandum, in diem Octauam Aprilis, propter duas præsertim causas: Nempe, vt discordia in religione aboleretur, & cõtra Turcas certa bellãdi ratio, quæ duratura esset, communi consilio inueniretur. Mitissime igitur inuitauit eo Edicto omnes Imperij Ordines, vt in causa religionis liceret vnicuiq; parti suam proponere opinionem, explosisque discordiis, vna omnium fides, synceráque religio, stabili deinceps concordia seruaretur. Atq; vt omnis abesset metus, ac doli periculique suscipio, addixit omnibus securitatem ac fidem publicam, seu saluum conductum. Vnde factum est, vt frequentissimus celeberrimúsque fuerit ille Ordinum Imperij Conuentus. In quo non solũ Lutheranis, sed etiam Zuinglianis libere ac secure licuit, suæ fidei confessionem publice coram Cæsarea Maiestate, omnibúsque Imperij Statibus, ex scripto recitare. Cæsaris enim aduentus eiúsque nota clementia & publicus amor, omnes alliciebat. Inter primos igitur, qui Au-

Dieta Imperialis ad Augustã indicta.

Dux Saxoniæ Ioan. Princeps Elector.

guſtam conuenerunt, fuit illuſtriſſ. Princeps Elector, Dux Saxonię Ioannes. In cuius comitatu erant & alij nonnulli Principes, nempe filius eius Dux Ioannes Fridericus: Duo fratres Duces Lunebergenſes, Erneſtus & Franciſcus; Et Princeps ab Anhalt Vuolfgangus. Splendida præterea Nobilitas, & cum iis doctrinæ Lutheranæ Anteſignani: quorum præcipuus erat Philippus Melanchton. Adduxerat & Lutherũ ipſum per bonam itineris partem, Ad Augũſtam tamen vſque non perduxit, eò quod eſſet à Cæſare in Edicto Vuormacienſi pro hæretico notorio damnatus & proſcriptus. Volebat eũ ſub ſaluo conductu reſeruari in quadam vrbe Imperiali propinqua, ſed reſponſum eſt ei à Senatu, non licere ſibi contra Cæſarem aſſecurare quẽquam. Itaq; reliquit eũ in munitiſſima arce ſua Koburg. Cæſaris autem aduentus fuit aliquanto tardior, propter magnos honores & pompa rum apparatus, quibus honorificentiſſime excipiebatur vbique per terras Venetorum, per terras auitas comitatus Tyroli. In quibus occurrebat & excipiebat eum ſummo & gaudio & ſplendore, frater ſuus Rex Ferdinandus, eiuſq; populus Suacienſis, qui nominatiſſimas habet fodinas argenteas, donauit eum nummo vno argenteo, qui Mille ac DCC. aureos precio æquabat, omnia Cæſaris ſtemmata venuſtiſſime repreſentans. Et per terras Ducum Bauariæ, qui in pulcherrima vrbe ſua, quæ Monachũ di-

Iter Cæſaris ex Italia in Germaniam.

ciur

cint, nullo nõ exhibito honoris genere, illum Quatriduo retinuerunt, simul cum Rege Ferdinando, & Cardinale Campegio sedis Apostolicæ Legato. Die autem XV. Iunij, in profesto corporis Christi, cum Cæsar appropinquasset vrbi Augustæ: occurrerunt ei obuiam omnes Principes & Status Imperij, quorum omnium nomine Reuerendissimus & Illustrissimus Dominus ALBERTVS, Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus ac Magdaburgensis, Princeps Elector, velut Archicancellarius Imperij per Germaniam, decentissima oratione eum excepit: Verum tamen priusquàm adirent, omnes ab equis descenderunt in occursum ad L. aut LX. passus. Sed & Cæsar ipse vna cum fratre suo vt viderunt, mox ab equis descenderunt honoris gratia. Facti autem vrbi propinquiores, exceptisunt supplici deuotione à Senatu populóq; Augustensi, qui pedestres procedebant: habebant tamẽ & Equites aliquot accuratissime ornatos, & cohortes Quatuor ad Duo Millia peditum. In ipsa autem vrbe expectabat aduentum eius Reuerẽdissimus Dominus, Christophorus à Stadio, Episcopus Augustensis, cũ omni Clero suo, qui Cæsarem sub Tensa deduxerunt in Ecclesiam Cathedralem, peractisque ibi ab Episcopo benedictionum Cæremoniis, decantatóque hymno, Te Deum laudamus: Cæsar in Episcopi Curiam, quæ Palatina dicitur, velut in hospitium suum concessit, aliiq; omnes in sua redierũt diuersoria ve-

Aduentus Cæsaris ad Augustam.

Lutherani recusarũt in processione Corporis Christi re cũ Cæsare,

spere iam in crepusculum inclinato. Cæsar & illo vespere adhuc, & altero die mane per suos egit cum Electore Saxoniæ, aliisq; Principibus Lutheranæ factioni adhærentibus, vt antiquo more irent simul cũ Maiestate ipsius, aliisq; cũ Principibus ac Statibus Imperij, in processione publica, qua deportaretur Venerabile Sacramẽtum corporis Christi. Illis autem excusantibus sese, & multa obtendentibus, quæ circa eam rẽ suæ obsisterent fidei: petiit tandem, vt si nollẽt propter honorem Dei comitari, facerẽt saltem propter ipsum Cæsarem, vt Vasalli & Principes Imperij. At nec ea ratione persuaderi potuerunt. Vnde factum est, vt processionis tempus vsque in meridiem protractum fuerit, Cæsar vero nihilominus vna cum aliis Principibus, ac statibus imperij, suisque cum proceribus. Hispanicis Burgundiisque, eam processionem deuotissime simul & splendidissime peregit. Venerabile Sacramentum portabat Primas Germaniæ, Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus, quem deducebant Rex Ferdinandus à dextris, & Marchio Brandeburgensis Elector Imperij Ioachimus, Domini Moguntini frater Germanus, à sinistris. Ante ipsum Sacramentum procedebant sæculares Principes, ante eos Magistri Curiæ, Caduceatores, Heroldi, Buccinatores tum Cæsaris tum Regis, ante quos præcedebant Proceres vtriusq; Curiæ totusq; Clerus. At pone Sacramentum sequebatur ipse Cęsar nudo semper capite, quamuis in

Processio splẽdida.

arden-

ardẽtissimo sole, quadrifidam in manu facem ardentem gestans: Post eum omnes Archiepiscopi & Episcopi. Iussu autem & prouidentia Cæsaris, omnes tum Principes, & Proceres gestabant quadrifidas faces ardentes in cera alba tantum longissima processione diuersi generis Musici decantabant in laudem Dei, Et Tensam sub qua portabatur Sacramentum, semper alternatis vicibus gestabant seni Principes sęculares. Lutheranorum vero contumaciam Cæsar æger rime ferens, voluit, vt mox altera die cum saluo conductu abirent domum. Alii autem Principes, pacis & concordiæ auidi, supplicarũt eius Maiestati, vt sedata ira, daret eis publicam audientiam, iuxta tenorem Edicti, per quod vocati fuerant. Quorum petitioni acquiescens Imperator, Die XX. Iunii incepturus Acta publica, iussit omnes Principes ac Status Imperii adesse in Ecclesia Cathedrali. Vbi Missam quidem celebrabat Primas Germaniæ supra dictus: Orationem vero Latinã disertissime habuit ad Principes R.D. Vuicentius Pimpinella, Archiepiscopus Rossanus, Nuncius Apostolicus Cardinilis nanque Campegius, summi Pontificis Legatus de latere, Podagra & articulari morbo præpeditus, publicis actibus raro interesse potuit, Aderant & Lutherani Principes, tum in Missa tum in Concione: Quibus peractis, ad publicũ in Prætorio consessum ex Ecclesia solenni more processum est: Elector Saxoniæ ante Cæsarem de more equitans, gladium euaginatum

Cæsaris ira placata cœptũ est agi publice.

geſtabat. In conſeſſu autem publico, generalis facta eſt rerum agendarum propoſitio. Ne quavero ſeditio in tanta hominum multitudine ac linguarum religionumque diuerſitate oriretur: Cæſar Mille conduxit pedites, qui & portarum cuſtodias & noctium vigilias ſeruarent. Publico præterea Edicto cauit, ac per omnia Platearum capita promulgauit, ſub grauiſſima pœna, ne fierent publicæ conciones ad populum, niſi in Eccleſia Cathedrali ab eo, qui ordinarius ibi erat Concionator. Id enim neceſſarium videbatur mandatum: Quandoquidem ante Cæſaris aduentum, in multis locis diuerſæ habebantur conciones æmulatione quadam, dum vnuſquiſque turbam ad ſe trahere conaretur: Hic Lutherani, iſtic Zuingliani, alibi Catholici concionabantur. Maximus vero erat populi concurſus ad Monaſterium fratrum Minorum in cuius æde ampliſſima concionabatur Apoſtata quidam Zuinglianus, homo facundus & ad cõcitandum populum idoneus & acer. Qui librum Ioſue tunc ad populum declamabat, ea ſane ratione, vt omnia aduerſa, quæ regibus terræ Canaan ibi contigiſſe memorantur, homo ille in Cæſarem Principeſque noſtros minaciter contorqueret, ſectæ ſuæ homines filiis Iſrael, populo Dei, aſſimulans: vt eo commento confortaret illos in hæreſi ſua, ne metu Cæſaris ad Catholicam redirent Eccleſiam. Cæterum Cæſar antiquo Romanorũ exẽplo, ac laudabili religioſoque Maiorũ inſtituto, cauſã religionis omnibus

Prouidentia Cæſaris cõtra tumultus.

Concionator ſeditioſus.

Confeſſio fidei Lutheranorũ recitata.

omnibus aliis causis necessitatibusque præferés
In proximo consessu publico audientiam dedit
Lutheranis Principibus, qui ex scripto fecerunt
recitari fidei suæ confessionem Teuthonice, per
D. Christiannum Beyer: quam & Latinam exhi
buerũt, cuius Architectus præcipuus fuerat Phi
lippus Melanchton. In qua sane post exordium
commemorantur XXI. Articuli de fide ipsorũ.
Deinde annectuntur alii articuli, in quibus recẽ
sentur abusus (vt aiunt) mutati, quorum Tituli
sunt. De vtraque specie, De coniugio sacerdo-
tum De Missa, De confessione, De discrimine
ciborum, De votis Monasticis, & De potestate
ecclesiastica. In articulis de fide multa dissimu-
labant, quæ antea aliter docuerant. In articulis
de abusibus poterat astutus ille Architectus vel
manifestorum argui mẽdaciorum. Ait enim, fal
so accusantur Ecclesiẹ nostræ, quod Missam abo
leant. Retinetur enim Missa apud nos, & sum-
ma reuerentia celebratur: seruantur & vsitatæ
Cæremoniæ fere omnes, præterquam quod La
tinis cantionibus admiscentur alicubi Germani
cæ. At manifestum erat omnibus, Lutherum
multis antea annis & librum de abroganda
Missa priuata scripsisse, & sacrum Canonem
tam maiorem quam minorem explosisse: Ip-
sumque sacrificium, tum Latine in libro de
captiuitate Babylonica, tum Teuthonice in
sermone de nouo Testamento, sustulisse ac ab-
negasse. Atque etiam postea rursus contra Mis-
sam plurima scripsit, quæ piis auribus abominã

*Aperta men-
dacia in confes
sione illa.*

da ſunt, non ſolum in eo libro Teuthonico, quē de Miſſa angulari & ſacerdotum conſecratione inſcripſit: Sed etiam in quadam epiſtola optat, apud omnes homines tanta foret inter Miſſam & Sacramentum differentia, quanta eſt inter tenebras & lucem, immo inter Diabolum & Deum. Optat item omnibus bonis Chriſtianis tale cor, vt quando audierint hanc uocem Miſſa, exterreantur, ſeque benedictione muniāt, tanquā contra Diaboli abominationem. Sic & De confeſsione ait in mendaci confeſsione ſua Philippus. Confeſsio in Eccleſiis apud nos non eſt abolita. Non enim ſolet porrigi corpus Domini, niſi antea exploratis & abſolutis. At conſtabat plane, nullum Lutheranorum intra X. annos ſine ſua peccata occulta confeſſum fuiſſe. Cęſar pro innata ſua clementia ac bonitate, omnia ad finē vſque patienter audiuit, acceptoque exemplari cœtum dimiſit: profunda enim iam erat veſpera. Examinandę autem & confutandæ illius cōfeſsionis curam negocium que Theologis Catholicorum principum demandauit. Qui cum intra paucos dies bene acrem copioſamque reſpōſionem adornaſſent (in qua non ſolum quæ erronea erant, ſcripturis & rationibus confutarunt: Verum etiam circa ea quę recta erant, oſtenderunt Lutherum ſuis cum complicibus antea longe aliter docuiſſe atque ſcripſiſſe) exhibuerunt eam Cæſari: Cæſar Prīcipibus Catholicis. Quoniam vero auidi pacis & concordiæ omnes, erant, viſum eſt eis, lenius reſpondendum, atque

Cōfutatio illius Confeſsionis per Theologos facta

quo omittendum, quicquid illorum concionatores antea docuissent aut scripsissent aliter, quàm eorum habebat confessio. Dum autem mutaretur confutandi modus, abierunt dies aliquot. Exhibitus deinde breuior modus, iterum consultatione Principum in disquisitionem venit, sub quanam persona recitari deberet ipsa confutatio, Ea Principum disceptatio, variaque confutationis transcriptio, rem vltra tres Septimanas extraxit. Interea gloriabantur Lutherani non solum Augustæ in colloquiis apud quosli bet, sed etiam per literas ad diuersas ciuitates, Papistas obmutuisse ad ipsorum Cõfessionem. Quando vero in publico Cęsaris & omnium Principum consessu recitata fuit per Alexandrũ quendam Cæsaris à secretis Teuthonice, multi è Lutheranis inepte cachinnabantur, alii scriptutæ citatos locos scripto excipiebant, vt post ea reprehenderent. Vbi autem perlecta fuit vsque ad finem, approbauerunt eam Cęsar, & omnes cum eo Principes Catholici, atque à Lutheranis Principibus petierunt, vt ipsi quoque eam acceptarent & comprobarent. At illi petebant sibi exemplar confutationis tradi, Quod Cæsar ex iustis causis tradere noluit, nisi sub certis conditionibus: Nempe, vt seruarent apud se se, & non communicarent aliis, antequam Cæsar iuberet. Illi eo pacto recipere noluerunt. Atque ita discessũ est è cõsessu. Cæsar non æquo ferebat animo eorum contumaciam: Illi sub publica fide tuti, non magnopere timebant.

Delectus Principũ qui cum Lutheranis agerent de concordia.

Alii Principes & Status Imperii, verentes ne Cæsar propter obstinatam illorum indurationem, grauius commoueretur, ac de seueriorib̃us cogitaret remediis: suas interposuere partes Cæsariqué supplicarunt, vt sineret cum illis amplius tractari de concordia circa religionem. Vbi consensit Cęsar, fecerunt delectum certarum personarum ex omni ordine & Statu Imperii numero XVII. vt eo facilius rem expedirent, vbi non esset opus, omnium totius Imperialis consessus personarum vota sigillatim exquirere. Delecti sunt igitur Duo Principes Electores, Mogũtinus et Brandeburgensis: Quibus additi sunt Tres Oratores aliorum trium Electorum, Coloniensis, Triuerensis, & Comitis Palatini Rheni, & Georgius Truchses à Vualburg Baro, nomine Domus Austriæ. Tres item Episcopi, itempe Saltzburgensis, Spirensis & Argentinensis. Tres præterea Duces, Georgius Saxoniæ, Henricus Brunsuicensis, & Albertus Meckelburgensis: Et insuper Abbas Vineæ, Comes Martinus ab Ottingen, Cancellarius Badẽsis, Orator Ratisponensis, & Orator Iuliacensis. Iste igitur delectus petiit à Lutheranis, vt ad colloquiũ cum eis venirent in domum Capitularem Maioris Ecclesiæ Augustensis, die Dominica, quæ erat Septima Augusti, festa Diuæ Affræ: Illi haud grauatim venerunt. Facto autem consessu Marchio Brandeburgensis Princeps Elector vir facundissimus nomine Delectus cœpit illos exhortari longa ac benigna oratione, vt velint

Colloquiũ cũ Lutheranis habitum.

acquiescere,

acquiescere voluntati Cæsaris, & concordiam in fide & religione cum ipso & aliis Imperii Principibus ac Statibus redintegrare. Verendum enim esse, nisi ita fecerint, grandia inde mala exoritura esse, bella seditionesque & vastationes prouinciarum, Hæc est summa orationis. Illi postbidui deliberationem responderunt per D. Gregorium Bruck, virum egregie disertum, qui in omnibus fere Tractatibus commune os & organum eorum fuit. Primum igitur inique ferebant, in admonitione adiunctas esse minas. Deinde responsum in Quatuor extenderunt articulos. In quorum Primo causabãtur, se non sufficiẽter auditos esse à Cæsare, iuxta tenorem Edicti citatorii. In Secundo, quod exemplar cõfutationis non sit eis libere absque conditionibus aggrauantibus traditum. In Tertio, quod non possent absque conscientiarum suarum grauamine, confutationem non plene visam approbare. In Quarto, quod in proximo Conuentu Imperiali, Spiræ habito, promissio conclusioque facta sit de celebrando Concilio, & nihil sit effectum. Et hoc responsum in scripto tradiderunt, quod & ore iam recitatum fuerat. Delectus vero Principum ac Statuum Imperii, rursus per Marchionem Brandeburgẽsem Electorem responderunt: protestantes primũ, sese omnia amica ac fideli intẽtione, tãquã erga cognatos affinesque & amicos suos, agere nihil animo offendẽdi aut minãdi dixisse aut dicturos esse. Quę aũt de malis superuẽturis dixe

runt, eo referenda esse, quod metus sit, si absque concordia & determinatione discederetur ex isto Conuentu: multitudinem plebis rursus in seditiones & tumultus excitatum iri, unde ipsis & toti Nationi Germanicæ grauissima possint oriri incommoda. Deinde responderunt ad Quatuor articulos. Ad primum sane, Quoniam Cæsar clementissime audierit eorum confessionem, & ore & scripto propositam, iusserique, vt si plura adhuc proponenda haberent, proponerent, vt super omnibus vna fieret consultatio & responsio, admiseritque, vt post datam à sua Cæsarea Maiestate responsionem, per Principes & Status Imperii, amice cum ipsis vlterius tractaretur de concordia. Non esse igitur causandum contra Cæsarem, tanquam non satisfecerit suo Edicto. Ad secundum vero, Non videri iniquas fuisse conditiones, quibus Caesar Confutationis exemplar tradere voluit, quoniam ipsimet sciant ac meminisse possint, quomodo Edictum Vuormaciense fuerit ab eorum Concionatoribus publice ac palam derisum, despectũ & peruersum: In opprobrium, contemptum & irrisionem, tum Cæsareæ Maiestatis, tum omnium aliorum Principum Statuumque Imperii. Voluit igitur Cæsarea Maiestas, vt ista sua Responsio non communicaretur aliis ante tempus, ne quid simile contingeret: Cum non ignorent, legibus quoque sub pœna capitis prohibitum esse, ne publice adunatis turbis de fide disceptetur. Ad tertium autem respondeunt

Responsio Delectus ad Quatuor articulos Lutheranorũ.

Conscientia.

runt cùm veniæ præfatione, Quod illi videantur sibi facere conscientiam, vbi non est opus: vbi vero maxime opus esset, ibi nullam faciant. Maxime enim timere deberent suis conscientiis, quod ab Ecclesię, vnitate recedunt, quod Apostatis plus credunt, quam Rom. Ecclesiæ, quàm sanctis patribus, Generalibusque Conciliis: quod illis contra leges & Canones, multa permittunt in subuersionem multorum. Hoc saltem consyderare velint, quã sint illi diuersi & contrarii inter sese, quàm multas in sectas discindantur, quàm malos peperit eorum noua doctrina fructus. Longe igitur tutius fore ipsorum conscientiis, Cæsari ac toti Ecclesiæ consentire, quam talibus Apostatis suas credere animas. Ad Quartum denique articulum respondentes excusauerunt Cæsarẽ, quod propter grauissima duo bella, quorum alterum aduersus regem Franciæ eiusque fœderatos, alterum aduersus Turcas Viennam obsidentes, gerebatur: non potuerit celebrari Concilium, quodque non ignorarent ipsi, Lutherum Vuormaciæ nihili fecisse Concilia, nec ad hoc persuaderi à Principibus ac Statibus Imperii potuisse, vt causam suam futuri Concilii determinationi submitteret, eũque interim scripsisse multa aduersus Concilia, quibus eorum autoritatẽ populo vulgari contemptibilem fecit. Rogabant igitur, vt his omnibus perpensis, mallent in concordiam cum Cæsarea Maiestate & cum tota Ecclesia redire, quàm cum periculo suarũ animarũ in schismate permanere. Quod

Concilium.

si scirent ipsi aliam concordandi viam, proponerent, vt ad Cæsaream Maiestatem de ea referri posit. Cum autem Lutherani hanc responsionem iniquius ferrent, quod videretur tangere eorum animas, honorem, conscientiam ac obedientiam Cæsari debitam: petierunt tẽpus deliberandi, vt accuratius respondere posint. Hoc eis facile concessum est: Marchio tamen publice interrogauit omnes, qui in delectu erant, An non omne, quod ipse dixit ac recensuit communi omnium consilio decretum fuerit? Et omnes confessi sunt, ita esse. Lutherani ergo in sua responsione multo verborum exquisitorum fuco sese ab obiectis excusarunt, maxime negantes, quod separauerint se à generali Ecclesia, aut quod Cęsari vllam culpam ascribant, aut quod Edictum eius irriserint, quodue Conciliis non debitum tribuerint honorem. Quod vero alii scripserint aut fecerint, id sibi imputari nõ debere. Cæterum de alia via concordandi id deberunt concilii, vt ex vtraque parte in pari, attamen paruo, numero, quædam personæ, quæ & rem intelligerent, & ad pacem concordiamque inclinatæ essent, deligerentur: vt super contentiosis articulis inter se inuicem benigne & amice tractarent, siquo modo posint concordiam inuenire. Vnde factum est, vt minor delectus ex vtraque parte factus sit. Catholici sane delegerunt septem duntaxat personas, nempe Duos Principes, Duos Iureconsultos, & tres Theologos: Vtpote Episcopum Augustensem

Delectus minor, inter Septem & Septem

Christo-

Christophorum, Ducem Brunsuicensem Henricum (& post eius iussu Cæsars abitionem, Ducem Saxonię Georgium) Cancellarium Archiepiscopi Colonienſis, Cancellarium Marchionis Badenſis, D. Io. EcKium, D. Cõradum Vimpinam, & D. Io. Cochlæum. Totidem personas delegerunt quoque Lutherani, atque etiam in tali differentia: Nempe Duos Principes, Ioannem Fridericum filium Electoris Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgenſem Georgium: Duos Iureconsultos, D. Gregorium Bruck, & D. Heller, Tresque Theologos, Doctoratu tamen Theologiæ non insignitos, Philippum Melanchtonem, Ioannem Bentium, & Io. Schnepium.

Isti ergo sic delecti, Die XVI. Augusti, peracto prandio, conuenerunt in Exedra quadam Prætorii, vbi præmissis variis proœmiis & consultationibus, vbi consessum fuit, proposita est Lutheranorum Confessio, vt illa examinaretur articulatim. In primo igitur consessu illo, concordauerunt mutuis ac benignis verborum interpretationib⁹ in XI. Articulis, cõsedẽtes vsque in extremã vesperã: Altero die iterũ cõsederunt & ante & post prandiũ. Vnde factũ est, vt circa XXI. articulos illius Confessionis, quæ ad fidẽ pertinent, cõcordarint in XV. In tribus ex parte discordia mansit, & Tres ad posteriorẽ Cõfessionis partẽ remissi sũt. Cęterũ circa septẽ articulos, quos de abusib⁹ inscripserant, durius diutiusque laboratũ est: Neque in vllo ad plenũ cõ-

Tractatus eorum.

cordia reperta est, quãuis strenuè ab vtraque parte in uigilatũ fuerit. Die itaque XXII. Augusti fecerunt Catholici eiusmodi actorum relationem in publico consessu ad omnes Principes Statusque Imperii. Qui vbi intellexerunt, rem in pluribus ad concordiam spectare, & in paucioribus (quæ vtique in concordiam reduci possent abscendente pertinacia) hęrere discordiam Vt res citius perageretur, adhuc minorem fecere delectum. Delegerunt sane Tres tantum, Duos Iureconsultos supra dictos Cancellarios, & Vnum Theologum. D. Io. Eckium. Quibus mãdatum est, vt cum totidem personis ex altera parte delectis, Duobus Iureconsultis, & Philippo Melanchtone, agerent super iis, quæ hactenus concordata non erant. Attẽtauerunt quidem illi rem aliquot vicibus: Nihil tamen efficere potuerũt. Et iam festinabat ad abeundum Elector Saxoniæ, qui ultra IIII. Menses Augustę cum suis fuerat. Cunque Catholici intellexissẽt Lutheranis displicere, quod illi tractatui nullus interesset Princeps: decreuerunt, vt denuo consederent illi septem & septem, qui prius delecti fuerant. Elector autem Saxoniæ longioris moræ impatiens, petiit à Cesare missionem: & abiit cum suis. Interea dum hæc agerentur Augustæ, Lutherus varios ædidit libellos Teuthonice, quibus & Cæsarem Germanis, & Episcopos plebi ac Nobilitati odiosos reddere studebat, & ii libri, nõ solum per diuersas Germaniæ vrbes spargebantur, sed & Augustam mittebantur,

Delectus adhuc minor, inter Tres & Tres.

Discessum est sine concordia

Libri Lutheri calumniosi tunc æditi.

bantur, atque etiam palam prope curiam Electoris Saxoniæ interdum vendebantur. Quorũ vnus erat quædam epistola ad Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinum. In qua declarabat Psalmum secundum: Quare fremuerunt gẽtes, Quasi conuenissent Principes Augustam aduersus Christum & Euangelium eius. Et in fine illius epistolæ, tãquam zelans Germaniæ defensionem, odiosissime in Papam inuectus, Cæsarem quoque perstrinxit, quod Coronam Imperialem à Papa receperit, absque Germanorũ, Principum præsentia: Adiecta hac Ironia, iuxta tenorem Bullæ, in hæc tandem verba concludens. Non possum non sollicitus esse pro pauperte, misera, derelicta, contempta, prodita ac vendita Germania, Cui nihil mali, sed omne bonũ faueo, vt debeo dilectæ patriæ meæ. Ex Eremo feria Quarta post Visitationis, Anno 1530.

Alium vero librum scripsit ad omnes Ecclesiæ Prælatos in genere, quem inscripsit, Admonitionem ad Ecclesiasticos Augustæ, in Dieta Imperiali congregatos. In quo sane tanta est & suę doctrinæ, nouæque institutionis Ecclesiasticæ commendatio, & Episcoporum omniumque Ecclesiæ Cæremoniarum & obseruationum reprehensio, vt nihil possit ad concitandũ in Clerum Laicorum odium scribi vehementius: & tamen omnem illam amarulentiam suam vestiuit prætextu bonæ intentionis cõsiliique ad pacem. Ad longum ibi cõmemorat suæ doctrinę beneficia, quibus purgauerit ab erroribus & abusibus

Liber contra ecclesiasticos.

ſibus Eccleſiam, & Epiſcopos liberauerit a Papæ Tyrannide, & à Monachorum importunitatibus. Et ea ſic magnificat atque gloriatur ſuper iis in malitia ſua, vt nullus Regum aut Imperatorum ea præſtare potuiſſet. Recenſet item articulatim abuſus, De Indulgentiis, De Confeſſionalibus, De Confeſsione, De Pœnitentia. Vbi ait ſentinam ipſiusmet Inferni eſſe, adeo, vt ſi Epiſcopis omnis alia abominatio ignoſceretur ac condonaretur: iſta tamen nunquam ignoſci queat, quæ & Infernum repleuerit, regnumque Chriſti crudelius deuaſtauerit, quam Turca aut totus mundus vnquam facere poſsit. Docuiſtis enim nos (inquit) ſatisfaciendũ eſſe per noſtra opera pro peccatis, etiam erga Deum, & hoc dicitur, pœnitentiam agere pro peccatis. Quid iam hoc aliud eſt dicere, Oportet te pro peccatis tuis ſatisfacere, quàm iſtud. Oportet te Chriſtum negare, Baptiſma tuum reuocare, Euangelium blaſphemare, Deum mendacii arguere, remiſsionem peccatorum non credere, ſanguinem ac mortem Chriſti pedibus calcare: Spiritum ſanctum violare, per te ipſum eiuſmodi virtutibus in cœlum aſcendere? Ah quæ linguæ ac voces hac de re ſufficientet loqui Poſſũt? Quid hæc igitur fides aliud eſt, quam Turcarum Gentiumque & Iudæorum fides? Qui omnes quoque per opera ſua ſatisfacere volunt. Ex hac (inquit) abominationes omnes aliæ venerunt, eaſque neceſſario inde venire oportuit: Nempe, tot Monaſteriorum Collegiatarũque Eccleſiarum

Verba Lutheri de ſatisfactione pœnitentiali

Quid non auſit calumniari ac blaſphemare Lutherus, qui tot ſcripturæ locos de agenda pro peccatis pœnitentia retiici et condemnat?

rum sanctitatem propriam, cum suis cultibus divinis, Missarum sacrificia, Purgatorium, Vigilias, Fraternitates, Peregrinationes, Indulgentias, Ieiunia. Cultum sanctorum, Reliquias, Spiritus tumultuantes, totamque processionem malis ambitus. Hæc & id genᵒ multa: ibi exprobrat. At vero in tractatu Colloquii, quod erat ĩter septem & septem, circa XII. articulum Luthericæ confessionis, vbi cum hęsisset discordia, propter satisfactionem, quam dicimus tertiam pœnitentię partem: dictum est primo vespere illo, Cochlæo & Philippo, vt altero die mane ea de re quicquam pro concordia afferrent. Attulit itaque Cochæus locum vnum ex Septicipite quem Lutherus contra Indulgentias in assertione XII. articulorum (quos Leo Papa X. in Bulla publice damnauerat) circa Quintum scripserat, In hæ sane verba. Ecclesia mater, pio affectu prœuentura manum Dei, castigat filios suos satisfactionibus quibusdam, ne incurrant flagella Dei: Sicut Niniuitę operib. suis spõtaneis prę ueneruntiudicium Dei. Hæc pœnaarbitrari aest inquit) nõ in totũ, vt illi volut, sed tamõ necessaria. Nam aut nos, aut homines, aut Deus punit peccata, quod illi per Indulgentias tollunt omnino. Cum si essent pii pastores, potius imponerent pœnas, & Ecclesiæ exemplo præuenirent Deum, sicut Moyses cum præuenit, occidendo filios Israel, propter peccatum vituli aurei. Optimum autem fuerit, si nos ipsos,

Verba Luth. pro satisfactione.

Seppices c. 31.

puniremus.

punirem[9]. Hæc ibi Luth, Quę cum in conſeſſu eſſent à D. Io. EcKio ex ſcheda recitata, Septē Luth. ſe ĩuicē intuentes, paululum tacebant: Philippus proxime aſſidens, ſuffuſo rubore vultu dicebat, Scio hæc ſcripſiſſe Lutherum. Cunque nihil adderet amplius, Dux Ioannes Fridericus dicebat, Quando ſcripſit hæc? forſitan ante X. annos Dicebant Catholici, Quid tum? ſatis eſt nobis, hanc ipſiusmet ſententiam eſſe. Tunc ira commoti Brentius & Schneppius, dicebant Se non adeſſe, vt Lutheri ſcripta defenderent, ſed vt ſuam aſſererent confeſſionem. Miſſa ergo faciendа eſſe ea Lutheri ſcripta. Hinc, vt vlterius procederetur, hanc ſua manu ſcripſit ſententiā Philippus. Non recuſamus Tres partes pœnitentiæ ponere, ſcilicet Contritionem, quæ ſignificat terrores incuſſos conſcientiæ agnito peccato. Confeſſionem, ſed in hac oportet reſpicere ad abſolutionem, & illi credere. Non enim remittitur peccatum, niſi credatur, quod propter meritum paſſionis Chriſti remittatur. Tertia pars eſt Satisfactio, videlicet digni fructus pœnitentiæ, Sed propter ſatisfactiones concorditer ſentimus, non remitti peccata quo ad culpā. Verum de hoc non dum conuenit, vtrum neceſſariæ ſint ſatisfactiones ad remiſſionem peccati quo ad pœnam. His ita ſcriptis à Philippo, ad vlteriora proceſſum eſt.

Verba Philippi Mel.

Cunque in eodem Tractatu circa Quartum articulum, Catholici nollent admittere, Nos ſola fide iuſtificari, quandoquidem & Iacobus

cobus Apostolus id nõ admittit: Ita concordatum fuit, vt dicatur quidem, nos fide iustificari, sed non sola fide. Quia id nulla scriptura habet sed potius contrarium. Et D. Io. Eckius addidit iocum, vt hæc vox, Sola, remittatur ad Calceatios, qui probe intelligãt, quid Teuthonice sola sit, & sciant sola commo de vti. Omissa igitur hac voce, Sola, concordatum est, quod iustificatio seu Remissio peccatorum, fiat per gratiam gratum facientem & fidem formaliter: Per verbum vero & Sacramenta instrumentaliter.

De sola fide iocus D. Ec Kij

At Lutherus cum esset eodem anno interrogatus à quodam amico, Cur in Paulo ad Rom. 3. diceret in Teuthonico, hominem iustificari sola fide: Cum id Paulus non diceret, Et per hoc daret Papistis ansam calumniandi Teuthonicã eius translationem. Ipse superbissime magno cum contemptu Papistarum illi respondit. Primum vt ita diceret Papistis. Si Lutherus certo scire potuisset, omnes Papistas in vnum coniũctos, ita habiles existere, vt vel vnum Capitulũ in scriptura nossent recte ac bene in Teuthonicum vertere, quod ea voluisset esse humilitate, vt eos orasset pro ope & adiutorio ad vertendũ nouũ Testamentũ. Deinde, vt eis diceret. Luthe tum vertisse nouũ Testamentum in Teuthonicum, iuxta summam diligentiam facultatémq; suam, & per hoc neminem coëgisse vt legat. Suum itaque esse Testamentum, suámq; interpretationem, si errauerit ibi, nolit super hac iudices pati Papistas: quia habeant adhuc nimis

Superba censura Lut cõtra Papistas.

longas ad hoc aures, & eorum Ika Ika sit nimis debile, ad iudicandum super interpretatione ex Latino in Teuthonicum. Ipsum quidem scire probe, eos vero minus scire quàm animal molitoris, quid artis, diligentiæ, rationis & intelligentiæ requiratur ad bonam Interpretationem. Quia non sunt experti. Qui si duo prima verba Matth. 1. Liber generationis, interpretari deberent, nullus eorum sciuisset ad hoc dicere Gack, & iudicant mihi nunc totum opus, pulchri sane socij. Si ergo (inquit) Papista tuus multa vult garrire de hac voce, Sola, ei confestim dicito sic. Doctor Martinus Luther vult sic habere, & dicit, Papistam & asinum esse rem vnam: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione volũtas. Nolumus enim Papistarum scholares aut discipuli esse, sed magistri ac iudices. Hæc & id genus ibi multa contemptim & superbe Lutherus.

Confessio Zuingliana Quatuor Ciuitatum.

Augustæ vero post Lutheranos, aliam fidei Confessionem exhibuerunt Cæsari Oratores Quatuor Ciuitatum Imperialium, Argentinensis, Constantiensis, Memmigensis, & Lindauiensis, qui sectã sequebantur Zuinglij. Quamuis vero Catholicis exosa esset ea secta, maxime, quod negabant veritatem corporis & sanguinis Christi in Eucharistia, Missamque prorsus abolebant, & demoliebantur altaria, Ciboria, Imagines sacras, & alia Ecclesiarum ornamenta: iuxta tenorem tamen Edicti Citatorij, concessa est illis publica audientia. In qua coram omnibus Imperij Statibus, recitata est eorum

Con-

Confessio: Adeo sane astute comptis verbis adornata, vt simplicioribus, velut per omnia probabilis, facile imponere posset, adeo bene fucatam habebat speciem pietatis. Quam Cęsar per eosdem Theologos, qui Lutheranam confutauerant Confessionem, confutari iussit, quorum confutatio publice itidem recitata est.

Cæsar itaque serio ab illis petiit, vt dimissis ceteris cum Maiestate sua, atque cum aliis Imperij Principibus ac Statibus, in fide & religione consentirent. Illi vero respondebant, se ad hoc non habere mandatum aut commissionem à suis ciuitatibus. Petebant autem exemplar confutationis, vt suis exhibere possint. Quod Cæsar iustis rationibus denegauit, quãuis vellet permittere, vt eis bis aut ter aut sæpius recitaretur, si audire velint. At illi pertinaces in opinione sua perstiterunt.

Recessus à Cæsare Lutheranis datus.

Cæsar discessuris Lutheranis certos proposuit articulos in publico recessu: Nempe, vt intra XV. diem Aprilis proxime futuri darent sigillatum responsum, An per omnia cum sua Maiestate, & cum aliis Principibus Statibúsque Catholicis, in fide conuenire velint necne. Item, Vt interea temporis nihil noui in causa fidei sinerent in terris suis ædi aut venundari. Item, Vt aliorum subditos non allicerent (sicut hactenus factum fuerat) ad suam sectam, nec ab antiqua fide abducerent. Et si qui adhuc essent in terris eorum, qui fidem tenerent Catholicam, ne cogerent eos in sectam

ſuam, neque ab antiquis ritibus arcerent. Item, Vt aduerſus Zuinglianos & Anabaptiſtas cum Catholicis conuenirent, ad conſulēdum, quid contra eos agēdum ſit. Verum illi eiuſmodi articulos recipere noluerunt, & ſine concordia diſceſſerunt.

Generalis Receſſus.

Cæſar autem nihilominus poſtea cum omnibus aliis Electoribus Statibúſque, & aliis Principibus in generali receſſu (vt vocant) firmiter, concluſit, vt omnes conſtantiſſime in priſca Maiorum ſuorū religione ac fide permanerēt. Hæc acta ſunt Auguſtæ & ab omnibus ſigillatim ſub ſcripta Die XIX. Nouēbris. Deinde diſceſſerunt omnes, Cæſar & Rex, frater eius, & multi cum eis Principes, deſcenderunt verſus Coloniam: Alij domum, reuerſi ſunt.

Cōfutatio cur non eſt typis excuſa.

Cæterum Lutheranorum Confeſſio per Typographos diuulgata fuit, & typis excuſa Auguſtam venit, antequàm ſolueretur Principū conuentus. Cæſar quoque commiſerat quibuſdem Theologis, vt Confutationem illius Auguſtæ Typographo alicui excudendam traderent. Cunque ea de re Cochlæus iam cum Alexandro Vuiſſenhorn Typographo, qui aliquot et opuſcula iam antea excuderat, egiſſet: abiit illuſtriſs. Princeps, Dux Saxoniæ Georgius, clementiſſimus Dominus & Patronus eius, cum quo & illum abire oportuit, propter viarum pericula: Alij aliis occupati negociis, æditionē Confutationis omiſerunt. Atque inde factum eſt, vt in hanc vſque diem ædita non fuerit ea

Con-

Confutatio, luce alioqui non indigna.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M.D.XXXI.

CVm Cæsar aliique Principes ac Status Imperij, in generali Recessu constanter conclusissent, permanẽdum esse in antiqua fide ac religione patrum nihilque innouandum aut mutandum, ante Generalis Cõcilij determinationem: Lutherus, qui probe sciebat, quàm fortiter essent Electori Saxoniæ confœderati aliquot Principes ac Ciuitates sectæ suæ, cœpit ferocissime proteruire, ædens Teuthonice libellos duos. Quorum vnum inscripsit, Glosam in Prætensum Edictum Imperiale. alterum, Præmonitionem ad Germanos suos dilectos. In vtroque sane protestatur nequissime, se non suadere ad bellum aut seditionem, cum interim nihil faceret studiosius aut vehementius, diffamando atque criminando, non solum Papã & omnes Ecclesiasticos Prælatos: Verum etiam Cæsarem, omnésque Principes Catholicos, quos vocat proditores ac sceleratos nequam, mendacésque nebulones &c.

Duo seditiosi libelli Lut. cõtra Cæs.

Mendacium Lut. de Recessu seu Decreto Imperiali Augustæ facto.

In Glosa vult omnibus persuasum esse, cõfictum fuisse sub nomine Cæsaris recessum Augustensem, quem Edictum vocat. Cõtra quem

sic scripsit Cochlæus Teuthonice. Quis es tu, infamis intestabilisque ac damnate hæretice, vt ausis, publicum ac legitime constitutum, atque vnanimiter cōclusum recessum totius R o. Imperij, hoc est, Generale Decretum Imperiale, dicere prætensum vel putatiuum Edictum Cæsareum? Cum manifestum sit, & negari nō possit, quod illi Recessui & decreto, nō solum propriis manibus subscripserunt Cæsar ipse, Electores item aliqui, Principesque alij & Prælati, Comites ac Barones permulti, Qui personaliter præsentes fuerunt. Sed & alij nō pauci Principes, Prælati, Comitesque & Barones: Ciuitates item tum liberæ tum Imperiales, per suos legitimos ac plenum habentes mandatum, Procuratores missosq; Oratores, itidem subscripserūt absentes, tāquā pręsentes (Etenim in calce illius recessus, cōmemorantur subscripsisse, siue per seipsos, siue per legitimos Procuratores aut Oratores suos, Quinq; Electores, Principes alij: Ecclesiastici quidem X X X. Sæculares vero X X I I I. Abbates X X I I. Comites & Barones XXXII. Ciuitates denique liberæ ac Imperiales X X X I X.) Verum etiam plenum robur addiderunt, appensis sigillis, tum ipsius Cæsareæ Maiestatis, tum quorundam Electorum aliorūq; Principum ac Dominorum, loco omnium aliorum. Desperato igitur Apostatæ in eiusmodi libris nihil prorsus fidendum aut credēdum est, qui non erubescit, tot Principum ac Statuū Imperij, ipsiusq; Cæsaris subscriptiones, sigilla

Numerus Principum ac Statuum Imperij.

item

item & literas reiicere, calumniari, reprobare. Vbi mendacium eius, vsque adeo manifestum, potest per literas & sigilla in os eius retorqueri visibiliter atque etiam palpabiliter: Ita, vt facile suffocaretur, si omnia ea sigilla faucibus eius inderentur. Hæc ille, contra inscriptionem ac protestationem Lutheri. At liber ipse nihilo melior aut verior est ipsa inscriptione, aut protestatione eius. Etenim circa principium vehementer conuitiatur, quod in Recessu scriptum est, Lutheranorum confessionem fuisse per sacras literas, iustasque rationes confutatam. Vocat autem ipsam confutationem (eò quod Lutheranis in manus tradita non fuit, nec ædita) Noctuam ac Vespertilionem, quæ lucē fugiat, vt non ausint eam Catholici in lucem dare. De vtraque autem specie agens, præsupponit, iam omnibus persuasum est, Christum in Euangelio præcepisse, vt Laicis detur vtraque species: Hoc vsus fundamento, miris cōuitiis ludibriisque & criminationibus insectatur quędā verba Edicti, nempe, quod Ecclesia instinctu spiritus sancti, bonisq; rationibus, salubriter instituerit, vt extra Missam vna tantum species porrigatur. Hic meretricem vocat Ecclesiā Papæ, hic alias iactitat Ecclesias sub vtraq; specie Laicos cōmunicantes, hic Ecclesiam & peccare & errare affirmat: hic queritur Christum à Papistis mendacem fieri, hic Ecclesiæ violentiam iniuriamq; à Papistis illatam incusat: hic docet, Ecclesię neq; credendum neque obediendum esse, si præter

Conuitia & criminationes Luth.

& extra verbum Christi loquatur aut instituat aliquid: Hic peccant in spiritum sanctum Papistæ, & impœnitentes descendunt ad inferos. At tandem post multa folia libri, sic minando concludit. Confidenter (inquit) blasphemate Papistici Asini, dum tempus habetis, Breui aliter fieri: Interim Edictum huiusmodi nemo seruet, nisi filij Diaboli. De Missa scribens ibi, multis primum Ironiis irridet verbum Cardinalis Campegij, de latere Legati, qui ad Cæsarem dixisse fertur, Se malle in frusta discerpi, quàm permittere, vt Missa aboleatur aut mutetur. Deinde irridet verba Edicti, quę iubent vtrunque seruare in Missa Canonem, aliasq; consuetas Cæremonias. Ait ergo Ironice. Quoniam per instinctũ spiritus sancti & per Euangelia, confutata est nostra confessio: oportet in Euangeliis reperiri vtrunq; Canonem, Casulas & calices, rasuras & Cappas: vendere Missas sex nummis, animabus in Purgatorio, nautis in mari, mercatoribus in terra, ægrotis in domo, & omnibus in quibuslibet causis. In summa, nundinas & negotiationes ex Missa facere. Ita mi frater, quid videtur tibi de his magistris? Multa dicuntur, quod Aquilæ Lyncéſq; acute videant: At collatæ ad hos magistros, prorsus cæcæ sunt. Qui in Euangeliis videre possunt ambos Canones, vestes, ac omnis generis nũdinationes Missæ. Hi possunt profecto acuti vocari Doctores, qui alicubi altius quàm inter Gallinas sederunt. Post multa vero ad amarulentias calumniásque reuersus ait.

Ironia Lut. cõtra Missã.

Conuitia.

ab Sed quid multa aduersus procaces blasphe-
matores & impœnitentes Papæ Asinos dispu-
tem? Est, vt dixit Episcopus Saltzburgensis, Ah
quid vultis reformare nos sacerdotes, qui nun-
quam boni fuimus. Estote igitur non boni, ac
manete non boni in Dei vestri, Diaboli nomi-
ne. Quid ergo conamini reformare nos, quos
confitemini bonos esse, iustámque habere cau
sam? Non satis est, vos nebulones ac Dei pro-
ditores esse, quemadmodum inuerecunde iacti
tatis vosmetipsos? &c.

De libero arbitrio, quom in Edicto dicere-
tur error ille non humanus, sed pecuinus ac
blasphemia Dei: Ibi post longam criminationē
ignominiosam affert similitudinem de porcis,
dicens. Perinde atq; si doctum & illustre pecus,
Porci, in Imperiali Conuentu suo concluderēt.
Nos porci præcipimus, ne quis teneat Musca-
tam esse preciosam speciem aromaticam: Quid
vero sit, nos nescimus. Arbitramur autem, a-
liqui quod sint siliquæ: Nonnulli, quod sint
furfura: aliqui, quod sint brassicæ folia: ali-
qui, quod sint preciosa opipera rusticorum
sub sepibus. Sic & nostri docti ac Illustres
Porci Augustæ tam sapienter agunt, & interea
blasphemant veritatem Dei, velut rem pecu-
niam ac blasphemam. De sola fide, cum in
Edicto præciperetur, ne doceatur posthac, nu-
dam fidem solam, absque charitate ac bonis o-
peribus, iustificare: Ibi magno cum contem-
ptu ait Lutherus. Quid boni Porcini Do-

Ignominiosa comparatio Principū ad porcos.

Calumniosa irrisio Lut. in Papistas.

ctores eiusmodi intelligant de hoc sublimi ac sacro articulo, cum ne humiles quidem articulos ferre queant. Veluti, Quod vir possit habere vxorem, & mulier maritum: Quod homo possit edere ac bibere, quicquid ei Deus dederit ac procurauerit: Quod Christianus possit vtranque speciem Sacramenti sumere, & id genus plura. Indignum foret, vt tam stolidum pecus fœdique porci hanc Muscatam olfacere deberent, taceo edere ac vesci. Sine eos doceant q; credere, eum peccare mortaliter, qui in supplicio pedit, & eum esse damnatum, qui in altari Ventum emittit. Veruntamen quum videam (inquit) quod hunc præcipuum articulum Diabolus semper blaspemat per suos Porcinos Doctores, neque quiescere aut cessare potest: Dico ego Doctor Martinus Lutherus, Domini nostri Iesu Christi indignus Euangelista, quod hunc articulum (Fides sola, absque omni opere, iustificat coram Deo) firmum atque inconcussum permittere debet Romanus Imperator, Turcicus Imperator, Tartaricus Impetator, Persarum Imperator, Papa, omnes Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, Moniales, Reges, Principes, Domini, totus mundus simul cum omnibus dæmoniis, & debent insuper habere ignem Infernalem super capita sua, & nullam gratiarum actionem. Hic esto meus Doctoris Lutheri instinctus à spiritu sancto, verúmque ac sanctum Euangelium. Hæc & id genus multa impudenter iactitat nunc minando

Ferocia Lut. de sola fide.

do & terrendo, nunc gloriando & insultando, sæpissiméque calumniando Lutherus, De celibatu sacerdotum, de Euangelio suo, de bonis Ecclesiasticorum, aliisque rebus. Tandem sub finem libri, gloriosum de seipso canit Encomium & Epinicium. Ego (inquit) Doctor Martinus vocatus atque coactus in hoc fui, vt fierẽ Doctor, absque mea voluntate, ex mera obedientia. Ibi oportuit me Doctoris officium suscipere, & Charissimæ meæ scripturæ sacræ iurare ac vouere, vt ipsam fideliter ac pure prædicarem ac docerem. Inter docendum ergo cecidit mihi in viam Papatus, voluitque me prohibere: Id successit ei, sicut pręoculis est, & adhuc semper peius succedet. Ego in Dei nomine atque vocatione, super leonem & serpentem ambulabo, & super catulum leonis atque Draconis calcabo, idque in vita mea debet inceptum, & post mortem meam perfectum esse. Sanctus Ioannes Hus de me prophetizauit, quando ex carcere Constantiæ in Bohemiam literas misit. Nunc assabunt quendam anserem (Hus enim anserem dicunt) At post Centum annos, audient cantare quendam Cygnum, quem pati debent. Hæc ibi Lutherus. In altero autem libello, quem Præmonitionem inscripsit, adhuc multo vanior est mentiendo, gloriosior iactando, terribilior minando, maligniorque calumniando. Certe Cochlæus mox è primis duobus Duernionibus illius libri, excerpsit & confutauit XV. minas & mendacia. Quo-

Encomium Luth. de se ipso.

Verba Lutheri.

rum vltima duo sic habent. De cætero (inquit) non vnum aut alterum Papistam, sed totum Papatum super me oneratum volo, quousque iudex in cœlo signum faciat. Neque volo, neque possum mihi timere à talibus Dei hostibus. Eorum proteruia, est mea animositas: eorum ira, meus risus. Item, Nolo hominum conscientias dimittere oneratas hoc periculo ac metu, tanquam seditiosa sit eorum repugnatio. In tali enim casu nomen istud nimis est & malũ & graue. Oportet aliud habere nomen, quod iura bone inuenient. Non oportet omne id seditiosum esse, quod cruenti canes seditiosum criminantur. Ad hæc ita respondit Cochlæus Teutonice Magnifica quidem verba Luthero non desunt, sed re ipsa nihil habent in se præter peccatum, nequitiam, miseriam, cladem, damnum, tum temporale, tum sempiternum miseræ plebis, quam ille per iniquam rapinam suos aut suum populum vocat. Quid enim infortunatum hoc Diaboli caput effecit hactenus, nisi calamitatem vnam post aliam? Profecto Iudex in cœlo sat signorum iampridem fecit, si credere velimus. Multi ex nobilitate per has Lutheri machinationes iuerunt in ruinam. Multi præterea eruditi, multo adhuc plures agricolæ, neque item pauci ex ciuibus, vel cæli in prælijs, vel morti in iudiciis publicis adiudicati sunt. Et vehementer timendum est, ne in altero sæculo adhuc multo peius accepti sint. Maior nanque pars eorum, velut hæretici, perfidi, rebelles,

Falsa de seditione excusatio.

Responsum Cochlæi.

belles, atque Apostatici Christiani hinc decesserunt. Quos illic Iudex Christus, pro suis agnoscere non potest: Quoniam ab illo & Deius Ecclesia Catholica ad Apostatam quendam Monachum defecerunt, qui velut alter Nemroth violentus ac potens venator, dicere audet. Ego & mei: Suos vocans, quos nullo iure acquisiuit. At sceleratus Iudas iste, suos proditorie tradit, non solum Diabolo (sicut agricolas tradidit) per defectionem, per schisma perantiquas hæreses: Verum etiam Cæsari ac Papæ, quibus per verba propria suos in manus ad supplicia vltro tradit, velut nequissimus ac scelestissimus proditor. Quid ita? Quia ait sic. Seditio non est, quando quis contra ius agit: Alioqui omnis transgressio iuris diceretur seditio. Verum is dicitur seditiosus, qui Magistratum & ius ferre non vult, sed inuadit atque impugnat ea, & vult ea opprimere, ac per seipsum dominari, iúsque constituere &c. Hinc ergo sequitur, quod Lutheranorum repugnatio plane seditiosa sit, Cur ita? Quia Magistratum & ius ferre non volunt. Quod si quis eorum id mihi neget aut inficias eat: huic publice his scriptis nunc oblatum à me volo & ius & Magistratum, sub periculo corporis & vitæ, ad experiendum cum eo super doctrinis & actis Lutheri: ad stãdum secum iuri coram Magistratu, vsque ad determinationem causæ: adsistendum pedem pedi, atque etiam ad iacẽdum in carcere aut captiuitate, vsque ad definitiuam sententiam Iudi-

Luth. proditor suorum.

Prouocatio Cochlæi cõtra Lutheranos quoslibet.

Lutherus & sui, Ius & Iudicē ferre non possunt neque volunt: quia manifeste & notorie hæretici sunt & seditiosi, contra omnia iura, diuina & humana.

cis. Quis eorum hic animosus est? Hic sane vi-
debo, an Lutherus serio dixerit tam turgida ac
ferocia verba. Non est noua hæc mea animosi-
tas & prouocatio: Dixi eam Luthero ipsi Vuor-
macię in faciem, & in publicis scriptis eandem
persæpe repetiui, & in ea adhuc semper firmi-
térque persisto, quo diutius, eo constantius.
Néq; fugio lucem: Non subrepo in angulum,
quando res serio agitur. Quemadmodum Lu-
therus fecit, & pridem post Comitia Vuormi-
ciensia proditorie, & nuper sub Augustana Co-
mitia meticulose. Palam ac manifeste compa-
rui in Comitiis Imperialibus Vuormaciæ, Nu-
renbergæ, Spiræ atque Augustæ, quando hiſce
de rebus agebatur. Et frustra expectaui, an nul-
lus Lutheranorum ibi propter eiusmodi ver-
ba vellet me conuenire, aut iudicio mecum ex-
periri. At in hanc vsque diem nullus eorum ve-
nit, vt periculum de me faceret. Hoc tamen
nequaquam mihi laudi esse volo, quasi ego tan-
tæ sim eruditionis. Agnosco enim me pro om-
nium minimo, quantum ad eruditionem inge-
niúmque attinet: Sed cupio hunc honorem tri-
bui, tum Christo Domino, cuius promissis, Ec-
clesiæ ab eo factis, vsque adeo nitor & confi-
do: Tum sponsæ eius, sanctæ matri Ecclesiæ,
quam Diuus Paulus. 1. Timoth. 3. vocat colum-
nam ac firmamentum veritatis. Hæc ibi Co-
chlæus. Cæterum nimis longum foret, cun-
cta Lutheri mendacia tumidasque vanæ gloriæ
iactantias, ex vno illo eius libro recensere, dum

Falsæ gloriationes Luthe.

glo-

tiuit de pacificis fidelibúsque suis ad Ecclesiasticos æditis admonitionibus, ac de tranquilla sua doctrina, deque validis suis ac suorum ad Deum precibus pro Papistis: & de suis protectionibus, quibus solis à seditiosorum vi conseruati sint Papistæ. Et quod omnium impudentissimum, vanissimumque ac nequissimum est, sæpe iactitat, Papistas probe scire ac vltro confiteri, Lutheri doctrinam verum ac merum esse Euangelium: Neq; tamen desistere à persequendo illud cõtra proprias ipsorum conscientias. Cunque eo in libro toto nihil potius quærat, quàm vt Cæsari aliisq; Principibus Catholicis rebelles atque infensos reddat eorum subditos: attamen perfricta fronte protestatur, se non suadere, vt subditi mandatis aut violentiis eorum resistant. Atque inter atrocissimas iniurias, criminationesque & calúnias, quas in Cęsarem aliosque pios Principes eiaculatur creberrime, Cæsarem interdum laudando, parti suæ gratiam quærit. Hæc sane sunt verba eius. Hoc est fidele consilium meum. Si Cæsar vocauerit subditos ad arma, & parti nostræ, propter causam Papæ, aut propter doctrinam nostram, bellum inferre voluerit: Quemadmodũ Papistæ nunc horrendè gloriantur ac ferociunt (ego autem id de Cæsare nondum credo) Vt in eo casu nullus hominum in hoc vel vsum sui præbeat vel Cæsari obediat, sed certus sit vnusquisque, sibi à Deo id vehementer prohibitum esse, ne Cæsari tali in casu obediat. Qui-

Verba Luth. ne subditi obediant Cæsari contra Lutheranos.

cunq; vero ei obedierit, is sciat, se Deo inobedientem esse, corpusque & animam æternaliter eo bello perdere. Cæsar enim tunc agit, nõ solum cõtra Deum & ius diuinum, verum etiam contra proprium ius suum Imperiale, contra iusiurandum, obligationémque suam, & conuentiones sigilla literasque suas. Aduersus eiusmodi calumnias scripsit Cochlæus Teuthonice libellum, ad Doctorem Gregorium Bruck, qui principuum fuerat os Lutheranorum Augustæ, inter multa alia sic dicens. Nosti Augustæ multum ac serio tractatum fuisse de causa fidei, ac huius insimulationis contra Cæsarem, nunquã factam à parte vestra mentionem, sed vtrinque partem adduxisse Euangelium sacrasq; literas. At vero in intellectu tantum & interpretatione scripturarum fuisse discordiã. Quamuis vero cunctis actionibus interfueris, atq; loquendo & scribendo multum ex parte vestra feceris, nunquam tamen intellexi, quod vos Cæsaream Maiestatem tam impiæ ac Tyrannicæ intentionis argueritis, tanquã Euangelium bello persequi velit. Si enim Cęsar talis esset Tyrãnus atq; Apostata, qui bello Euãgelium (quod est virtus Dei in salutem omni credenti, Ro. 1.) insectari vel intẽderet vel conaretur: esset profecto Imperiali corona, officióq; ac dignitate prorsus indignus, ac perderet per hoc omnem autoritatẽ ac Iurisdictionem in Imperio: omnem subiectionem Homagiumq; Principum aliorumq; Dominorum, qui feuda atq; Regalia ab eo suscipiunt,

Verba Cochlæi contra calumnias Lutheri in Cæsarem scriptas.

piunt, nobisque vilior peiorq; esse deberet quo-
uis Pagano, Iudæoque & Turca. Quemadmo-
dum diuina scriptura iusque vtrunque, Ecclesia
sticum scilicet & Ciuile, præscribunt ac defini-
unt. Iam inter omnes retro Cæsares, à magno
& primo Constantino illo vsque ad hunc Caro
lum Quintum, nullus omnino tantæ impietatis
insimulatus fuit: quantumuis multa ac magna
scelera, persecutionesque & Tyrannides, plæri
que eorum alioqui exercuerunt, Excepto vno A
postata, Cæsare Iuliano, qui à Christo ad Idola *Iulianus Imp.*
defecit, Euangeliumque persecutus est: Non
tamen bello sanguinisque effusione (quemad-
modum Lutherus nostro pio, Catholico, ac re-
ligioso Imperatori non veretur imputare) sed
edictis tantum & interdictis, ne prædicaretur
Euangelium publice. De quo Eutropius, qui
cum eo aduersus Parthos ac Persas militauit, sic
scribit. Nimius religionis Christianæ insectator
perinde tamen, vt cruore abstineret. Hæc & id
genus ibi multa Cochlæus. Lutherus autem in
sua Præmotione Tres præcipue causas recenset
propter quas Cęsari ad bellũ contra Lutheranos *Tres causæ Luth. contra Cæsarem.*
gerendum, nemo subditorum obedire debeat,
easque magnis ampliationibus odiosisque & cõ
citatis criminationibus extendit. Prima (inquit)
causa, quod Cæsari obedire ac militare non de-
beas in tali casu, hęc est. Quoniã tu (quemadmo
dũ & Cæsar ipse) in Baptismo iurasti, Euãgeliũ
Christi seruare, nõ persequi nec impugnare. Iã
vero nosti probe, Cæsarem in hoc casu per Pa-

Manifestum mendacium.

pam incitari ac decipi, ad belligerandum contra Euangelium Christi: Quandoquidem doctrina nostra palam inuenta est Augustæ, quod sit verum Euangelium ac sacra scriptura. Idcirco ad Cæsarem aut Principem tuum, te ad bellum tale vocantem, sic dicito. Bone Cæsar, bone Princeps, quando seruas iuramẽtum promissumque tuum, quod in Baptismo iurasti, cum es mihi Dominus, eroque tibi obediens abdicandum quandocunque volueris: Sin minus, alium tibi quære, qui obediat. Ego propterea solo Deum meum blasphemare, verbumque eius insectari, ac tecum tam animose in abyssum inferni currere ac desilire. Hæc (inquit) causa prima, multas alias easque magnas ac horribiles causas in se compræhendit. Quisquis enim contra Euangelium pugnat, hunc pariter pugnare oportet contra Deum, contra Iesum Christum, contra spiritum sanctum, contra preciosam sanguinem Christi, contra eius mortem, contra verbum Dei, contra omnes articulos fidei, contra omnia Sacramenta &c. Turca sane tam insanus non est, vt contra suum Mahumetum, aut contra suum Alcoranum pugnet aut insaniat, sicut faciunt Diaboli nostri, Papistæ, qui contra proprium suum Euangelium, quod pro vero agnoscunt, furunt atque insaniunt: Atque per hoc faciunt Turcam purum sanctum, se vero meros ac veros Diabolos. Secunda causa est (inquit) Etiamsi doctrina nostra non esset vera (Cum

Grauis calũnia.

tamen

men ipsi omnes aliter sciant) hoc saltem te ab
terrere maxime deberet, Quod tali bello one-
rates te, atque participem te faceres coram
Deo omnium abominationum, quæ in toto Pa-
patu, & contigerunt prius, & deinceps contin-
gent. Hæc causa compræhendit in se innume-
ras abominationes & omnem malitiam, omne
peccatum & scandalum, breuiter, est ipsamet
abyssus Infernalis cum omnibus peccatis: Quo
rum omnium te participẽ esse oportet, si Cęsari
obedieris in hoc casu, Hic horrẽdis criminatio
nibus enumerat Lutherus peccata, scandala &
scelera omnium statuum Ecclesiasticorum, maxi
me Papæ atque Cardinalium, quibus nefandis-
sima quæque imputat, tanquam pro eorum sce-
leribus manutenendis pugnandum foret Cæsa
ris mandato. Et vltra crimina vitæ, commemo-
rat abusus circa Indulgentias, circa Purgatori
um, circa Missas, circa Venerationes sanctorũ,
circa Confessiones auriculares, circa Excõmu-
nicationes &c. Súma (inquit) est, Omne quod
docent ac faciunt, eo tendit, vt nos a Christo ad
suã ac nostra operaducant. Et nulla est literula
tam parua in eorum doctrina, nec vllum opus
adeo modicum, vt non abneget ac blasphemet
Christum, violetque fidem in ipsum, ducatque
miseracorda tum ad impossibilia, tum ad despe
rationem: Quemadmodum & verus Antichri
stus facere debet. Tertia causa est (inquit) quod
si in tali bello Cęsari obedieris, nõ solũ õnia eo-

Graues criminationes contra Papistas.

Falsa iactantia Luth. de suo Euangelio

rum mala in te suscipere ac defendere: Verum etiam optima quæque quæ per Euangelium recuperata sunt atque instituta, abolere ac exterminare te oportebit. Hæc quoque causa in se multa comprehendit: Euangelium enim nostrum multa ac magna bona effecit. Nemo antea sciuit, quid sit Euangelium, quid Christus, quid Baptismus, quid Confessio, quid Sacramentum &c. Summa, Nihil prorsus sciuimus, quod Christianus scire debet. Omnia sunt per Ipse Asinos obscurata & oppressa: Sunt vtique Asini, & quidem magni, rudes & indocti Asini, in negociis Christianis. Nam & ego vnus eorum fui, & scio, me hic veritatem dicere. Et infra, Hic oportebit te cooperari, vt omnes Teuthonici libri, Nouum Testamentum, Psalterium Orationalia, Cantualia, & quæcunque nos scripsimus de multis rebus bonis (quod ipsimet fatentur) comburantur. Oportebit te cooperari, vt nemo sciat X. præcepta, Pater noster, & Credo: Ita enim prius fuit. Oportebit te cooperari vt nemo de Baptismo, de Sacramento, de fide, de potestatibus, de statu matrimonii, nec de Euangelio quicquam discat. Hæc & id genus plurima ibi, ad concitandos plebis seductæ affectus, artificiosa calliditate grãdissonisque ampliationibus commemorat Teuthonicus Rhetoriste. Sed & in ipsum Conuentum Imperialem dire alicubi exclamat, dicens. O infœlices omnes, qui ex parte Papæ Augustæ fuistis. Pudori eritis cunctis successoribus ac posteris vestris, qui non

Exclamationes Luth. contra Principes Germaniæ.

non poterunt iucunde audire nomina vestra, quod habuerint tam infœlices maiores, O turpem Dietam Imperialem, qualis nunquàm vel celebrata vel audita fuit, nec vnquàm celebrabitur audieturve, propter tam turpem actionem: Quam oportet cunctis principibus, totique Imperio sempiternam esse maculam, quæ nos Germanos omnes & coram Deo, & coram toto mundo rubore confundit. Quid ad hæc dicet Turca totumque Imperium eius, quando tam inauditam tractationem de hoc nostro Imperio audierit? Quid dicent Tartari ac Moscouitæ? Quis de cæteto sub toto cœlo timebit sibi à nobis Germanis, aut aliquam de nobis existimationem habebit, quando audierint, quod sinimus, maledictum Papam cum laruis suis sic facere ex nobis fatuos, stultos, pueros, immo truncos ac stipites: vt propter eorum sceleratam, Sodomiticam, turpemque & doctrinam & vitam, tã turpiter, immo plus quàm turpiter, in publicis Comitiis Imperii, contra iustitiam & veritatem agamus? Merito pœniteret vnumquenque Germanum, se & Germanum natum esse, & Germanum dici. Miras præterea minas interdum profert. Satis diu vixi (inquit) mortem bene meruí, ac Dominum meum Christum de Papatu egregie vindicare cœpi. Ipsi post mortem meam, Lutherum primo recte sentient: Quamuis & nunc, si in Papali ac sacerdotali seditione interfectus fuero, mecum recipiam agmẽ quoddam Episcoporum, Presbyterorũ ac Monacho

Minæ Lut. contra Episcopos & Clericos.

rum, vt omnes dicturi sint, Doctorem Martinum magna cum processione ad sepulturã deductum esse. Est enim magnus Doctor supra omnes, Episcopos, Presbyterosque & Monachos: Idcirco & ipsos oportebit cum eo ad sepulturam ire supet dorsa, vt de hoc & cantica & cõfabulationes fiant. Atque ita peragemus vltima vice peregrinationem quandam simul. Ipsi quidem Papistæ in abysum Inferni deorsum, ad suum Deum mendacii, ac homicidii, cui mentiendo ac interficiendo seruierunt: Ego veto ad Dominum meum Iesum Christum, cui in veritate ac pace seruiui. Aduersus hunc librum Lutheri, vsque adeo malignum contumeliosique prodiit è Dresda libellus quidam paruulus à Laico quodam Theuthonice scriptus, Cuius ita habet initium. Lutherus iam rursus libellum quendam ædidit quem vocat Præmonitionem ad dilectos suos Germanos. Verum iustius vocaretur Seductio, atque incitatio ad rebellionem atque seditionem: Quandoquidem ipsa nihil aliud in eo quærit, quàm vt nos Germanos faciat & à Cæsare deficere, & omnibus potestatibus rebellare. Quam insidiosis dolis, mendaciis, clamoribus atque præstigiis id faciat, ac quoties Diaboli nomine ad hoc vtatur, viderint ac tesponderint illi, qui semper dicunt, eũ esse virum sanctum, & cum eo esse spiritum Dei. Primum igitur scribit, Eorum, qui Lutherani non sunt, intentionem stare super vim, eosque causam suam constituere super dextras. Idcirco

Libellus cuiusdam Laici cõtra Luth.

eumte

euenire inde oporteat vel seditionem vel bellū
lirum horum contingat, Lutheranos fore inno
centes, qui neque consilium, neque causam ad
hoc dederint. Quàm verum autem sit istud
probe testari sciūt ii, qui quotidie vident atque
audiunt, quæ conspirationes, qui apparatus bel
li, quę militum conductiones, quæ equitum con
gregationes, quæ cōfœderationes, apud Luthe
ranos, toto isto tempore attentatę atque institu
tæ fuerint. Et qui contra sciunt, nihil horum a-
pud Cæsarem Cæsarianosque fieri: Immò ip-
sum Cæsarem, velut benignissimum ac mansue
tissimum dominum, multo magis curare sem-
perque curasse, vt causam hāc compo nat atque
ad pacem redigat. Hæc & id genus multa Lai-
cus ille. Contra quem conuitiosissime scripsit
Lutherus libellum, cui titulus est. Contra Sica-
rium Dresdæ. In quo post sui excusationem sic
ait: Hic vide, bone lector, an Lutherus sit men-
ticus in duobus suis libellis, vbi criminatus est
Papistas, Proditores, homicidas, Nebulones, &
proh dolor non satis criminatus est. Iste Archi
nebulo vult nos docere virtutes Papistarum:
Nēpe, vt subditi nequaquā sint inobediētes suis
superiorib⁹, vbi velint cōtra Deū & iustitiā effū
dere sanguinē innocentem. Et infra. Quoniam
vero Papistæ, per hunc Sicariū indicāt sese arbi-
trari, quod Lutherani sint in apparatu belli mi
litūq; cōductione. Id ego ex corde libenter au-
dio, placetque mihi Papistas in tali opinione ac
solicitudine existere, ac credere, tase Luth. propo

Cōuitia Lut. in Laicū illū.

ſitum eſſe verum. Quod ſi poſſem, vellem libenter eiuſmodi opinionem ſollicitudinemque eorum confortare, donec prę timore morerentur. Ac velim huiuſmodi cantilenam de ipſis cantare. Domicelle Cain ſcis interimere fratrem tuũ Abel: habe ergo & præmium tuum, vt tremas ac paueas, ne te interimat quiſquis tibi fit obuiam, ac nunquàm ſis ſecurus, terreatque te etiam folii ſonitus. Sciunt Domini Hánas & Caiphas perſequi Chriſtum: habeant & ipſi præmium ſuum, vt timeant ſibi à plebe, & dicant, Obſtipe, ne fiat ſeditio in populo. Sic & homicidiis noſtri, qui tantum innocentis ſanguinis fuderint hanc debent habere plagam, vt vereri ac timere debeant, ne fiat Seditio. Atque etiam ſi Lutherani nullum facerent belli apparatum, ipſi tamen metuere debeant, Germaniam eſſe plenam armatis Lutheranis: nec aliter cogitare, quàm hoc anno nullam arborem producturam eſſe folia, ſed pro foliis Lutheranos Cataphractos ac Sclopetarios. Hoc habere debent, ſic oraui ego & adhuc oro, ſicut ſcriptum eſt. Fugit impius nemine perſequente. Et infra. Quoniam igitur luce clarius eſt, Papiſtas ipſos fateri & verbis & factis, ſeſe nobis eſſe inimicos & contrarios: Hoc Doctoris Martini verax eſto iudicium, tum in ſcripturis fundatum, tum ex fructibus eorum demonſtratum, Certiſſime propoſuiſſe in animo ſuo Papiſtas, die noctuque excogitare inſidiari ac practicare, quomodo nos perdant atque exterminẽt. Hoc de ipſis vnuſquiſque ſentiat,

Cantilena Luth. contra Papiſt.

Lutheri iudicium de cogitationibus Papiſtarum.

ſtum, & nihil melius, de ipſis ſperare poteſt, nec vllum eſt dubium. Quicquid ipſi prætera vel amice vel pacifice prætendunt, id totum eſſe oportet proditorium atque oſculum Iudæ: Aut oportet eos ex timore aut metu facere, quod nondum poſſunt id, quod libenter facerent. Hoc iudicium volo noſtris vniuerſoque mundo conſtituiſſe, ut ſecundum hoc ſciat ſibi proſpicere quicũque voluerit: Scio, me non mentiri niſi falſa ſit ſcriptura. Ideirco Sicarius iſte duplex eſt Nebulo, qui hoc totum in corde ſuo probe nouit, & nihilominus cruentos canes ſuos nobis proponit, tanquam bonos ac pacificos, apud quos plures ſint fructus fidei, quam apud nos. Et iterum. Nihil (inquit) curo, quod queritur, nominari in meo libro fere mera maledicta atque Diabolos: Hoc debet eſſe mea gloria meusque honor. Sic & habere volo, vt deinceps dicatur de me, quod plenus ſim maledicentiæ criminationisque & execrationis in Papiſtas, Volo & de cætero me aduerſus nebulones iſtos exercitare execrationibus ac maledictis, vſque ad ſepulturam meam, nec vllum verbum bonũ ampliusex me audient: Ego meis tonitruis ac fulminationibus ſic eis ad ſepulturam compulſabo. Dum hæc in Saxonia fierent, ac grande ad Lutheranæ ſectæ defenſionem conflaretur cõiurationis fœdus quorundam Principum, Comitumque & ciuitatum: Cæſar vero in Germania Inferiore (vbi multas habet prouincias hæreditarias) occupatus eſſet, Apud Heluetios

Gloriatio Lutheri de maledicentia ſua.

Bellum à Quinque Cãtonibus Heluetiorum Tiguinis indictum.

Pro eisdem accipe, Tiguri-nos, Turicenses & Turregenses ex oppido Zurg.

Causa belli.

multis iniurits tribulationibusque vexabantur Catholici, maxime à Bernensibus & Tiguri-nis qui cęteris erant potentiores, opibusque & armis magis instructi. Vnde factum est, vt Quinque Cantones Catholici, nempe, Lucernenses, Vrienses, Suitenses, Subsyluani atque Zugenses, communi decreto bellum Tigurinis indixerint: Causas belli recensentes ad longam in literis denunciatoriis. Quoniam lõgo (inquiunt) tempore nos omnes ac singuli, satis superque obtulimus nos ad standum iuri & æquitati. Vos autem contra iurata fœdera, contra pacẽ publicam, contra Christianam disciplinam & cõcordiam, contra confœderatorum fidem charitatemque & amicitiam, atque etiam contra omnem ius naturale, & contra omnem æquitatem, subditos nostros nobis subtrahitis ac rebelles facitis, vt facti iam sint erga nos perfidi atque periuri: nostram recusantes Iurisdictionem, in Capitaneatu S. Galli, & in præfectura vallis Rhenanæ, aliisque in locis nõ paucis: Quos defendimus & nos ipsos multis dolis versutiisque inter nos discordes reddere paratis, vt eo periculo nos à antiqua & indubitata fide nostra Catholica depellatis. Et dicitis, nos nolle audire verbũ Dei, neque sinere Nouum ac Vetus Testamentum legi, atque propterea criminati nos estis, tanquã impios ac malignos proditores, ac proditorios nebulones. Cum igitur nouæ ac fictæ fidei vestræ nõ adhæreamus, denegatis nobis Victualia, publicũque mercatũ, vt cõpellatis nos hac ratione

ne

ad famem, ad perdendum non solum nos verum etiam infantulos innocentes, qui adhuc in materno gestantur vtero. Nobis autem omnis denegetur, neque quisquā ad iustitiam consequendam nobis opem vllam ferat, nosque longo tempore eiusmodi angustiam, vim, superbiamque & iniquitatem tulerimus, nec vllus sit iniuriarum finis: Cogimur itaque hæc omnia Deo, suæque Genitrici, præclaræ ac vniuersæ Curiæ cœlesti, cunctisque probis hominibus, quibus ius & æquitas placent, conqueri. Et volumus, si Deus nobis gratiam virtutemque ac fortitudinem concesserit, ista potenter manu ac facto de vobis vindicare: Id quod vobis omnibusque adiutoribus & adhęsoribus vestris clare hisce literis denunciamus, nostrumque honorem per hoc erga vos pro nobis ac nostris adiutoribus assertum esse volumus. In fidem & testimonium harum literarum, appendimus sigillum fidelium nostrorum confœderatorum Zugensium, omnium nostrum nomine. Datum feria Quarta, Die Quarta Octobris, Anno á natiuitate Christi 1531.

Indictio belli.

Mox igitur hac denunciatione facta, ad pugnandum sese ex vtraque parte parauerunt. Die itaque XI. Octobris, Tigurini, prēmisso eorum Capitaneo cum cohorte vna, ac sex Bombardis rotatis, ipsi cū optimo quoque milite ac xx. Bōbardis grādibus subsequuti, trāscēso Albi mōte, prope Monasteriū ꝙ Capella dicitur, tres Cātones Catholicorum, nēpe, Suitēses, Zugenses, &

Primum prælium & cædes Tigurinorum

ses,& Subsyluanos,aggressi sunt. Catholici autem positis insidiis, statim post congressum retrocesserunt fugam simulantes. Mox verò alidi cum agmine prorumpentes. Tigurinos in fugam verterunt. Cæsi sunt igitur omnes, quot quot magnum præcesserant vexillum,& eripuit sunt eis omnes Bombardæ atque munitiones. Numerus cæsorum fuit M. D. Repertus fuit in ea strage Zuinglius, omnis perfidæ discordiæque inter Heluetios autor, à duobus Catholicis, pronus in facie adhuc spirans, quem illi non cognoscentes interrogarunt, an vellet confiteri. Ille tacuit velut mortuus. Superueniens autem alius, qui eum cognouit, lethale inflixit vulnus, Capitaneisque protinus indicauit. Qui iusserunt eum sisti publico iudicio, in quo sane iudicatus est vt proditor, atque combustus vt hæreticus. Ferunt autem, quosdam Tigurinos asportasse inde cineres, domumque retulisse. Cæsi autem sunt & alii Apostatæ insignes, nempe Abbas & Prior Capellæ, Commendator Risnacensis, Antonius Vualdner, Cantor & Canonicus Turicensis, Henricus Vtinger, Custos & Canonicus ibidem. Et ex ciuibus fortissimi quique. Capti præterea Duo insignes viri, Præfectus quidam & Subscriba Turicensis. Alterum deinde prelium commissum est Die XVII. Octobris, iterum Catholicis secundum, hæreticisque aduersum. Nam Tigurini seu Turicenses, post acceptam cladem vocauerunt in auxilium Bernenses, collectoque exercitu circiter XXX. Millia peditum, prosecuti sunt

Zuinglii exitus.

Secundum prelium.

ſunt in campum, partitoque exercitu in duo agmina, Turicenſes verſus Zugam: Bernenſes verſus Lucernam profecti ſunt. Quinque autem Cantones Catholici, coniunctis viribus ad XVIII. Millia peditum habuerunt, congreſsique cum Bernenſibus circa fluuium quendam, compulerunt eos in fugam. In fluuio autem perierũt D. & cæſi ſunt in prælio DCC. Altero die proreperunt ex vepribus aliqui Turgauienſes, quos Catholici clementer ac benigne tractarunt, qui cunque venerabile Sacramentum percipiebant. Rurſus prælatum eſt Die XXIIII. Octobris. Tigurini enim ac Bernenſes vindictæ cupidi, accerſierunt in auxilium Baſilienſes quoque & Schafhuſenſes, volebantque noctu in hoſtes imparatos irruere. Catholici non omnes erant ſimul: Lucernenſes enim propter Bernenſes ſeorſum habebant exercitum. Alii autem Quatuor Cantones, intellecto hæreticorum propoſito albas camiſias ſuper arma ſua induerunt, vt noctu inter ſeſe cognitionis ſignum haberent. Initio igitur prælio, primum certamen adeo aſperũ atque cruentum fuit, vt Catholici circa principia ad Quintum vſque membrum ſeu ordinem cederentur. Deo autem adiutore, vicerunt tandem, atque hæreticos in fugam compulerunt, cæſis ſex Millibus eorum, Neque tamen quieuit ira hoſtium. Vltimo enim die Octobris, in Vigilia omnium ſanctorum, rurſus congreſsi ſunt Turicenſes cõtra Quinque Cãtones catholicos, ſed nihilo fœlicius quam prius. Nam Catholici

Tertium prælium.

Quartum prælium.

ſecunda

secunda hora noctis sex millibus inuaserunt illorum castra, cæsisque Quinque millibus hostium, reliquos qui non aufugerant, ceperunt: fuerant autem in iisce castris VIII. Millia. Ceterum apud Heluetios admodum religiosum ac venerabile, miraculisque clarum est templum, Deiparæ virgini Mariæ sacrum, quod Heremus dicitur. Ad quod sane publicam processionem instituerunt Quinque Cantones Catholici, à senibus, puerisque & mulieribus, virginibusque ac omni turba imbelli peragendam. Id quod Turicenses, Zuinglii peruersa doctrina imbuti, ægerrime ferebant. Decreuerunt itaque facta expeditione templum illud deuastare atque Imaginem Diuæ virginis Mariæ minutatim discindere atque cõburere. Quod vbi perceperunt Quinque Cãtones, festinanter illuc profecti sunt, atque indutis rursus super armis albis indusiis, in montis planitie duriter exceperunt hæreticos, interfectis plus minus Quinque Millibus, raptisque vexillis Quatuor. Quorum vnum Turicensium, Alterum Basiliensium, Tertium Schafhusensium, Quartum Mulhusensium fuisse dicitur. Erant quidem hæretici opibus auxiliisque, & numero militum atque armorum & Bombardarum apparatu longe valentiores quàm Catholici, At Catholici fide, pietate, religione, bonaque conscientia atque recta in Deum & sanctos eius fiducia egregie armati, fœliciter vicerunt semper. Toto enim expeditionis tẽpore, obseruarunt religiosissimam

Templum Heremiticum.

Quintum prælium.

Religiosæ gẽs Quinque Cantonum.

sinam suam deuotionem, secumque habuerũt
sos sacerdotes, vt interessent eorum sacrifi-
cis in quotidianis Missis, serio ac religiose fle-
xis genibus ad Deum orantes, tum ante prælium,
tum peracto prælio. Constituerunt præterea X
VIII. viduas in territorio Suitensium, quæ alter
natis vicibus senæ iugiter in templo Beatæ Vir
ginis Heremitico, pro exercitu Deo supplica-
bant die noctuque. Merito igitur vicerunt eos,
qui superis contempis, confidebant in homini- 1. Macha. 3.
bus, ac ponebant carnem brachium suum. Vn-
denõ iniuria comparari possunt Quinque Can
tones illi Inclytis Machabæis, qui dicebant. Fa-
cile est concludi multos in manu paucorum. Et
non est differentia in conspectu Dei, liberare in
multis & in paucis: Quoniam non in multitudi
ne exercitus victoria belli. sed de cœlo fortitu-
do est. Hæretici igitur toties victi atque fugati *post prælia*
petierunt ac inierunt tandem, intercedentibus *pax & con*
multarum ciuitatum Imperialium Oratoribus, *cordia fa*
concordiã cum Catholicis Quinque Cãtonibus *cta est.*
Turicenses quidẽ Die XVI. Nouẽbris. Bernenses
vero Die XXIIII. eiusdẽ mensis. Operę preciũ
ergo fuerit, recitare primi articuli verba. ex Teu
thonica cõcordię formula, quę de fide (propter
quã pręcipua discordia & belli occasio erat)
per arbitros cõcepta fuere. Primũ igitur debem⁹
ac volum⁹ nos Turicẽses nostros fideles cõfœde
ratos de Quĩq; Cãtonib⁹ similiter & dilectos co
rũ cõciues ac prouĩciales de Vuallis, atq; omnes
eorum adhæsores, siue Ecclesiastici sint siue sæ-
culares,

culares, circa veram, indubitatam, Catholicam fidem suam, nunc & deinceps in suis propriis ciuitatibus, territoriis, præfecturis & dominiis, absque redargutione ac disputatione, quietos dimittere: cunctis malis adinuentionibus exceptionibus, circumuentionibus dolisque omnibus atque remotis. E cõuerso debemus nos Quinque Cantones nostros confœderatos Turicenses, ac proprios eorum adhæsores circa fidem eorum quietos dimittere. Atque eadem hæreticorum forma circa primum concordiæ antilum, cum Bernensibus quoque est obseruata. De qua sane merito gaudent, & Quinque Cantonibus illis congratulantur omnes per orbem terrarum Catholici, quod non dubitarunt pro fide Catholica viriliter asserenda, sua corpora, suas vxores, liberosque ac totam patriam inuitam in vltimum exponere discrimen. Vnde Et Deus pro ea pietate gloriosos eis retribuit de hæreticis triumphos, vt cogerentur ipsimet fateri, antiquã Quinque Cantonum fidem esse veram atque indubitatam. Merentur & aliam laudẽ Quinque Cantones illi, quam nulla posteritas retinere deber, quod eorum strenuitate & opera subiati sunt de medio duo acerrimi deterrimique hostes Ecclesiæ, Vlricus Zuinglius, & Ioannes Oecolampadius, Quorum prior in primo statim prælio cęsus & exustus est: Posterior vero non longe post tanto mœrore animi confectus est Basileæ, vt scortũ suũ (quod ipse Monachus apostata pro vxore habebat) inuenerit eũ mortuum.

Laus Quinque Cantonum:

Duo deterrimi hostes Ecclesiæ sublati.

mortuum in lecto suo. De quorum interitu, sic rescripsit ad Ioannem Cochlæum ex Anglia Clarissimus vir Thomas Morus, supremus Regni Cancellarius. Postquam Georgius in Angliam rediit, complures diuersis temporibus epistolas abs te accepi. Postrema ea fuit, quam de Zuinglio & Oecolampadio scriptam misisti: Quorum nunciata mors lætitiam mihi attulit. Quanquam enim dolendi causas reliquere nobis heu nimium graues, propter multa, quæ neque sine horrore eloqui possum, & nemini sunt ignota: neque audire homines pij sine profundo gemitu debent. Sublatos tamen è medio esse tam immanes fidei Christianæ hostes, tam accinctos ad Ecclesię excidium, tam intentos vbique in omnem perimendæ pietatis occasionem, iure gaudere possumus.

Thomas Morus, qui postea propter veritatem martyriũ suscepit, anno 1535. Sicut & Episcopus Rofensis.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXII.

CÆsar, vt eiusmodi motus conspirationésque & discordias Sectarum in Germania, incruentis consiliis reprimeret atque compesceret: indicebat Dietam (vt vocant) Imperialem, Spiræ celebrandam. Verum vbi intellexit maximum Turcarum apparatum & exercitum appropinquare, ad inuadendam Vngariam atque Germaniam, transtulit eam

Dieta Imperialis Ratisponæ celebrata.

Dietam non Spiræ, sed Ratisponæ celebrandam, vt esset ipse Cæsar propinquior ita hostes Christiani nominis, eique citius resistere possit. Conuocauit igitur omnes Principes ac status sacri Ro. Imperij, in supradictam ciuitatem Imperialem, Ratisponam, quam Danubius praeterfluit in Bauaria. Inter Principes autem Electores personaliter comparuerunt, post Imperatorem Carolum, & Regem Romanorum, Vngariæque & Bohemiæ Ferdinandum, Albertus Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus, Ludouicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Ioachim Marchio Brandeburgensis, Dux Stetinæ &c. Ex Episcopis, Saltzburgensis & Tridentinus Cardinales, item Bambergensis, Hildibipolensis, Spirensis, Augustensis, Patauiensis, Ratisponensis, Mindensis, Vienensis. Et alijs Principibus, Duces Bauariæ Comitesque Palatini Rheni, Fridericus, Vuilhelmus, Ludouicus, Otto Henricus, & Philippus: Dux item Saxoniæ Georgius, Dux Brunsuicensis Henricus, Lantgrauius Leuchtenbergensis Georgius: Comites præterea & Barones non pauci, Abbates item & alij Prælati. Multi autem per suos Oratores comparuerunt, quemadmodum & ciuitates liberæ atq; Imperiales. At Lutherani Principes cum confœderatis suis seorsum conuenerunt Sueinfordiæ in Franconia: Ad quos Cæsaris consensu profecti sũt Duo Electores, Moguntinus & Palatinus Rheni, vt cum ipsis tractarent de maturando aduersus Turcas qui iam

Conuctus Lutheranorum Sueinfordiæ.

tem cum maximis copiis in Vngariam peruenerant) auxilio, quod in Augustensi Dieta promissum fuerat. Quantum verò apud eos profecerint, non est vulgo cognitum: Retulerunt autem Cæsari Ratisponæ. Vbi & aliorum Regum ac Dominorum Oratores erant, Curiam sequentes Cęsaris. Inter quos erat Thomas Cranmerus, Orator Regis Angliæ, qui secum ex Anglia attulerat librum, in quo accuratissime probabatur Regis Angliæ & diuortium & nouum Matrimonium. Quem cũ tradidisset videndum Ioanni Cochlæo, is breuissime ad omnes Rhetoricas argutiarum amplificationes, illi respondit priuatim. Et quanquam Anglus ille acutus ac eruditus erat Theologus & Sacerdos, ad scripta tamen Cochlæi non respondit: Qui tum familiariter sæpe cum illo colloquebatur. Erant præterea in eadem Dieta R. D. Cardinalis Campegius, Legatus de latere, & diuus Hieronymus Aleander, Archiepiscopus Brundusinus, Nuncius Apostolicus. Ad quos delatus fuit liber quidam hominis eruditi, qui Lutheranos cum Catholicis concordare in doctrina nitebatur. Verum dum abrogaret multa Catholicis, iamdiu obseruata, repertus est in multis iudaizare. Liber itaque eius, iussu & Cardinalis legati, & Alcandri Nũcij Apostolici, à quibusdam Theologis Hispanis (quibus additus erat Cochlæus) examinatus, eorum iudicio reiectus fuit, velut iudaizans: Quandoquidem & autor

Tho. Cranmerus Anglus.

Condemnatio cuiusdam libri iudaizantis.

Liber Serueti contra Trinitatem personarum.

eius ex Iudaismo ad Christi religionem conuersus fuerat. At longè peiorem reperit ibi publicè venalem librum Cochlæus, cum hac inscriptione. De Trinitatis erroribus, libri VII Michaëlis Serueti Hispani. Quem cum attulisset ad D. Io. Quintanam, Theologum eximium ac Cæsareæ Maiestatis A confessionibus, viri Hispanum: is ægerrime tulit indignitatem eius rei, tum quod autor Hispanus esset (quem ipse facie se nosse dicebat) tum quod impiissimæque inauditæ in eo libro essent hæreses. Mox itaque curauit, pestilentissimum illum librum supprimi, ne amplius venderetur. Verum eodem tempore insurrexit aduersus Ecclesiam quidam Germanus ex terra Iuliacensi, Ioannes Campanus, qui Lutheri discipulus per biennium fuerat Vuittenbergæ. Is eosdem furores de Trinitate asseuerauit: Cui etiam Lutherani & Lutherus ipse restiterunt, vt non possit hæresis illa vllas acquirere vires. At vnus Georgius Vuicelius German°, ex oppido Vuicelio (quod Lantgrauio Hessorum paret) oriundus, qui X. annis misere Lutherizauerat, ex lectione veterum Theologorum sanctorúmque patrum resipiscere tum cœpit, vt non omnia probaret amplius, quæ docebat Luther°. Quod vbi percepit Lutherus cum suis, effecit, vt ille è Nymeco (quod oppidum tribus distat Miliaribus à Vuittenberga) vi abduceretur captiuus Vuittenbergam, turrique inclusus aliquandiu detinebatur in carcere, haud secus atque malefactor

Ioannes Campanus.

Georgius Vuicelius ex Lutherismo ad Ecclesiam reuersus.

ctus aut hæreticus. Iussit itaque mox inquiri Luther' ac discuti omnes Vuicelij libros chartasque & epistolas, si fortè inuenire ibi posset aliquid, in quo ille iuste accusaretur: Maximè verò cupiebat reperire nonnihil indicij de Cãpano illo, qui mensem vnum Nymeci apud Vuicelium fuerat. Cum verò excussis omnibus angulis nihil prorsus accusatione dignum inueniretur, dimissus est liber Vuicelius. Qui domum reuersus, ac ægre ferens eam captiuitatis ignominiam, accepit literas à patre suo è Vach, quibus reuocabatur in patriam. Ne autem clã aufugere videretur, petiit missionem à Principe Electore Saxoniæ, qua concessa, rediit in patriam. Verum Lutherus & sui metuentes doctrinæ suæ ab illo, cœperunt eum & clandestinis & manifestis criminationibus insectari, cũ alibi, tum maxime Erfordiæ, vbi is olim Philosophiæ operam dederat in publica Academia, in qua iam profiteri bonas literas intendebat. Ne igitur vllum ibi vel concionandi ad populum, vel docendi in scholis locum obtinerer, enixe curauerunt Lutherani, Iudocus Cocus, qui se Iustum Ionam vocat, sacerdos vxoratus, ac Duo Apostatæ Monachi, Langus & Ægidios. Quibus ille cedens, rediit ad patrem. Cũ verò sibi tutum non esset, eo in loco contra Lutheranos vel agere vel scribere, aliunde sibi Patronum quæsiuit. Quem & optimum inuenit, virum pium, religiosum atque potentem, Dominum Hoygerum, Generosum Comitem à

Lutheri contra Vuicelij inquisitio.

Erfordia.

Patron' Vuicelij.

Mansfelt, qui vel in medio Lutheranorum egregie tuebatur eum Islebij. Vbi vir ille: cum sit ingeniosus, acutus, disertus, linguarúmq; Græcæ & Hebraicę insigniter peritus, iuuenis præterea ætate ac laborum tolerantissimus: Multa in Lutheranam sectam atque doctrinam scribit æditque opuscula, quibus Germanos à pernicio sissima secta illa absterrere, in viam reuocare, satagit, atque id facit non paruo cum profectu multorum. Multa quidem Lutheri dogmata impugnat, sed nullum vehementius copiosiúsue aut crebrius, quàm illud, quod rejectis bonorum operum studiis ac meritis, illam fidem extollit. Aduersus criminationes Lutheranorum, ædidit quandam Apologiam Teuthonice, & Confutationem quandam Latine aduersus maledicum calumniatorem, Iohannem Ionam, quem rectius Iudocum Koch seu Cocum vocat. In eundem scripsit postea & alium librum Teuthonice, quem de Catholica Ecclesia inscripsit. Ex quo paucula (est enim bene prolixus) hic recitabo, quantum ad Trinitatem pertinet hęreticum, Io. Campanum seu Campensem. Ait ergo. Idcirco mẽtiris, Coce, quod Campanus sectam suam apud nos Nymegi effuderit. Testis est Deus, Campanum illũ nomini vllum verbum de proposito suo Nymegi dixisse: sed id vnum egit (propter quod aduenerat) vt Orthodoxorum patrum libros perscrutaretur, nescimus vero quam ob causam. Mecum sane raro vel conuersatus vel colloquutus est.

Opuscula Vuicelij.

Verba eius in Iustum Ionã, Iodocum Koch.

et Neque ego ex omni eius sermone vnquàm considerare potui, quod Trinitarius fieri vellet. Id vero statim percepi, quod non esset amicus Lutheranus. Quapropter id quoq; mentiris, quod is apud nos occulte latuerit: Nihil ibi factum est in occulto aut suspecto, neque quicquam impie aut inhoneste. Id de quo testor omnes Incolas illius oppidi. Sed esto, sit Archiblasphemator Christi Campanus, Vbi, quæso, aut à quo didicit? Apud nos fuit septimanas Quatuor, apud vos annos Duos. Et non nos, sed vos docuistis eum. At nec vos illud eum docuistis. Esto ita: At quis reclusit ei ianuam ad illum errorem tam abominabilem atque horrendum? Ego an vos? Hic sane apparebit, quisnam sit Campanicæ hæreseos reus, Quandoquidé ille tam diu Vuittenbergæ permansit atq; nidificauit. In quo sane nido adhuc incubat Struthio Camelus, vir ille, qui modicum tenet de hoc verbo Homousion, atque palam scripsit, sibi hanc vocem, Trinitas, in Teuthonico non placere. An non potuit etiá Cãpanus ex tali primum ouo prorepere? Hæc ibi Vuicelius. Cęterũ Hispanus ille, Michael Serueti, aliàs Reues ab Aragonia, vltra VII. libros suptadictos, Duos eodé anno Dialogos ædidit. In quib? argute & acute ex scripturarũ diuersis locis, nouã de Christi carne Theologiã docet: Nẽpe, quod Christ? tã iuxta carnẽ, quàm iuxta spiritũ habeat substãriã æternam, & quod in eadem substantia, in qua tam iuxta carnem,

Error Campani de Trinitate ex Luthero.

Luth in lib. contra Iacobum Latomum.

Alius error Serueti.

quàm iuxta ſpiritum nunc eſt, fuerit antea in cœlo creator. In præfatione vero ad lectorem ſic ait. Quæ nuper contra receptam de Trinitate ſententiam, ſeptem libris ſcripſi, omnia nunc, candide lector, retracto: Non quia falſa ſint, ſed quia imperfecta, & tanquam à paruulis paruulis ſcripta. Precor tamen, vt ex illis ea teneas, quæ ad dicendorum intelligentiam te poterunt iuuare. Hæc ille, homo nimirum acris ac vehementis ingenij, qui Græcæ quoque ac Hebraicæ linguæ peritus videbatur. Sed hic eſt communis omnium fere nouorum Theologorum morbus, vt linguarum peritia tumidi, ac literali ſcripturę ſenſui, quem non ex probatis doctoribus, ſed ex capite ſuo ſibi effingunt innitentes, contemptis & ſanis patrum expoſitionibus, & ſolidis ſcholaſticorum Theologorum informationibus, ſuæ confidunt prudentiæ: ſed pro mobilitate ingenij inſtabiles, vtinaciti momento per nouam adinuentionem, priorem ſententiam ſuam, quam primo inuentionis calore laudauerant, mutent, varient, augeant aut minuant: Iuxta illud Iacobi Apoſtoli: Vir duplex animo, inconſtans eſt in omnibus viis ſuis. Sic & Lutherus nimis vehemens plerúnque in contentionibus, multa, torrentis in modum, currenti committit calamo, quæ ſi maturius conſiderasſet, non tot tamquam horrendis aliorum erroribus anſam & originem præbuiſſet. Quæ enim ſupra ex Vuicelio recitata ſunt, ea & Cochlæus Philippo Melanchtoni obiecit.

Morbus nouorum Theologorum.

Lutherum multos hæreticos errare facit.

obiecit. Hæc enim sunt verba Lutheri in D. Iacobum Latomum olim ædita. Nec est(inquit)quod mihi Homousion illud obiectes, ad uersus Arrianos receptum: Non fuit receptum à multis, iisdem præclarissimis. Quod & Hieronymus optauit aboleri, Adeoque non effugerunt periculum hoc inuento vocabulo, vt Hieronymus queratur nescire, quid veneni latet in syllabis & literis. Quod si odit anima mea vocem Homousion, & nolim ea vti, non ero hæreticus, Quis enim me cogit vti?&c. At Cochlæus quodam in libro acriter ab hac calumnia Hieronymum defendit, Lutherùmque de falso conuicit. Non enim de Homousio, sed de Hypostasi dubitabat Hieronymus in sua ad Damasum Papam Epistola, in qua eum per Homousion Trinitatem orabat, vt responderet. Qua autem ratione Lutherus oppugnat Homousion, eadem oppugnari posset & hæc vox, Trinitas. Quia & ipsa in sacris literis non est expressa: Quemadmodum nec ista, Tres personæ. Stultissime igitur pariter & impiissime quidam ex iis Poeticis Theologis, dixit Tres personas Tres Chimeras, Qui Lutheri de Homousio audaciam imitatus est. Lutherus enim Arrianos in hoc iustificare ausus fuit, quod noluerunt Homousion(quam vocat prophanam vocem)recipere. Interea, dum Cæsar Ratisponæ simul cum Rege fratre, aliisque Principibus ac Statibus Imperij, de rerum summa, & de salute Germaniæ consultat: Turcarum Tyran

Calũnia Luthera. in S. Hieron.

Grandis exercitus Cæsaris contra Turcas.

nus maximis cum copiis per Vngariam versus Austriam, vt Viennam rursus obsideret, contendebat. At Cæsar, misso illuc valido præsidio, festinatum & iampridem Augustæ promissum, à Principibus & Statibus Imperij auxilium exigens, è Burgundia quoque & ex Inferiori Germania egregium accersiuit Equitatum. Accurrerunt itaque plurimi vndique è Germania milites versus Viennam: Quorũ omniũ Dux & Imperator per sese voluit esse Cæsar, qui Turcarum Tyranno iam denunciauerat suum aduentum, ad ineundum cum eo prælium. At Turca, qui totis viribus cum vniuersis copiis suis paruum circa fines Austriæ oppidum, nomine Gynsam, oppugnabat multis diebus: cũ expugnare non posset, miratus præsidij virtutem, euocauit in colloquium oppidi Præfectum virum strenuissimum ac regi Ferdinando fidelissimum, qui vulneribus, laboribúsque & vigiliis confectus (nam die noctuque oppugnata fuerat oppidum) animi virtute Turcis admirationi spectaculoq; fuit. Vbi vero accepit Turca, aduenisse iam ipsum Cæsarem (qui Ratisponna serius discessit propter afflictum casu equum, quod fomentis Thermarum curabatur) Viennã vsq; (à qua LX. Milliarib⁹ distabat oppidũ Gynsa) immemor addicti prælij, soluta obsidione, turpi fuga retro abiit, cũ esset aliquibus bellicæ gloriæ auidissim⁹. Ne tamen impune aufugeret, Cæsar XVII. Millia Turcarũ, qui populando morã fecerant, assecut⁹, internecioni cõdidit.

Gynsa contra Turcas fortiter defensa.

Fuga Turcarum.

didit. Dimisso deinde exercitu, quem sane pulcherrimũ validissimúmq; habebat, adeo, vt multis seculis Germania maiorẽ atq; instructiorem non viderit: relicta Germania, in Italiã rediit.

Liber Pomerani contra fures calicis.

Eodem anno scripsit Teuthonice aduersus Catholicos Ioannes Bugẽhagius Pomeranus, Apostata, quẽ pastorẽ & Episcopũ suũ vocant Vuittenbergenses, librum maledictis mendaciisq; & odiosis calũniis plenũ, Cui titulũ fecit. Aduersus fures Calicis. Reprobat in eo acerbissime & communicationem Laicorum sub vna specie, & sacrificium Missæ, quod pro viuis atque defunctis offertur. Vt autem Laicos & in fauorem sui & in odium Cleri totius concitet, excusat Laicos, tanquam per ignorantiam fecerint, & iniuriam à furibus Calicis (hoc est ab Episcopis & Clericis) passi fuerint. Episcopos vero mox grauiter accusat, dicens. Episcopi vero, qui Christi mandatũ neq; videre neque audire nolũt, neq; curant, quod Apostoli vtranque speciem docuerunt &c. Hæc Apostata il le pestilentissimus, qui velut Emissarius ac equus hinniens, sæpe abiit ad tempus è Vuittenberga, ad magnas & opulentas vrbes Maritimas (quæ Stagnales vulgo dicuntur) nunc Lubecum, nunc Hamburgum, nunc Flensburgum, nunc alio, ad disseminandum ibi non sine seditiosis tumultibus Lutherismum, donec ex variis ciuiũ donationibus locupletatus, secure nũc Vuittenbergæ opibus illis fruitur. Cæterum grauiter ac erudite respondit Teuthonice libro eius

Accusat odiose Episcopos.

Pestilens & auarus hæreticus Pomeranus.

D. Michael Vehus.

eximius quidam Theologus, Ordinis Prædicatorum, Doctor Michael Vehus, quem ob probitatem & eruditionem in Præpositum Hallensis Ecclesiæ in Saxonia assumpsit, sibique in Consiliarium asciuit R. & illust. ifs. Dominus, Cardinalis & Archiepiscopus Moguntinus ac Magdeburgensis. Quoniam vero prolixus est liber ille, hic ex eius Principio tantum paucula, velut gustum quendam propinantes, remabimus. Vulgatum est (inquit) prouerbiũ. Qui malam habet causam, is eo magis maledictis proteruit: Et cui deficit veritas, is nititur mendaciis. Iuxta hoc prouerbium agit autor iste in toto hoc libro suo, qui in principio, mediõque & fine, eandem vbique cantat cantilenam: Hoc est, vndique refertus est proteruis criminationibus, contumeliis, maledictis & mendaciis. Quæ si à veritate, quæ reliqua est, separarentur, admodum exiguus foret libellus. Qui si calumniandi gratia scriptus est, satis artificiosum habet initium: si vero propter veritatem declarandam atque inquirendam scriptus est, autor merito rem aliter aggressus esset. Etenim in omni causa optimum fundamentum est veritas, at hanc omisit ille, & librum à mendaciis incepit. Calumnias igitur eius domum remittemus, donec sua probet mendacia. Quod si nesciat, quid probare debeat, nos haud grauatim id eum docebimus. Primum sane probare debet, quod Calix ex mandato Christi sit omnibus Christianis ad salutem necessarius. Hoc ipse

Verba Vehi contra Pomeranum.

Quanto deest à probatione sui propositi Pomeranus.

ipse cum suis hactenus non fecit, nec vnquam facere poterit. Hæc enim verba Christi, Bibite ex eo omnes: Non omnes tangũt Christianos. Quemadmodum nos & alij ex Euangelio, tum Marci tum Lucæ, efficaciter probauimus. At esto, sint hæc verba Christi ad omnes dicta, probare tamen debet, ea esse necessarium præceptum. Quod si hic suos consaluerit, inuenietur præcipuos sectæ suæ id negare, atque dicere, quod Christus neque alteram, neque vtranque speciem præceperit, eò quod dixerit. Quotienscunque feceritis. Deinde, cõcesso & isto, quod ea verba sint necessarium præceptum, probare debebit, quod ad singulos in specie dicta sint, & non ad omnes in genere: sicut dictum est illud. Crescite & multiplicamini. Rursus, hoc quoque concesso, quod ad singulos in specie dicta sint, probare vlterius debebit, omnia huius mandati verba ad singulos pertinere: Sunt enim hic multa, consecrare, offerre, edere, bibere, in memoriam eius facere. Atqui nunquàm probabit hoc, nisi velit vnicuique rusticorum consecrandi munus imponere. Denique concesso & isto, adhuc tamen vlterius probare debebit, quod Christus Deus & Dominus noster, in casu necessitatis & periculi, non reliquerit nobis mandatum istud liberum, quodque Ecclesia in tali casu non habeat potestatem faciendi ordinationem, qua tale periculum euitetur. At nec hoc quidem probare poterit: Nos autem contrarium ex sacra scriptura postea probabi-

Marc. 14.
Luc. 22.

mus. Hæc in principio libri sui Vehus contra Pomeranum. Dum vero Cæsar contra Turcas præliari molitur, moritur non longe à Vuittenberga in loco venationis Inclytus Dux Saxoniæ Ioannes, Princeps Elector. In cuius funere duas ad populum conciones habuit, ac scriptas in lucem ædidit Teuthonice Lutherus, In quarum priore Thema ex Pauli prima ad Thessal. In posteriore ex prima ad Corinthios Epistola mutuauit ac declarauit. Cæterum in vtranque scripsit breuem Postillam (vt vocant) Teuthonice Cochlęus ad Illustrem Principem Dominum Ioannem ab Anhalt, qui tum non leui in periculo versabatur, dum Lutherus per Nicolaum Haußman, quem pro concionatore Dessauiam ad illum mittebat, cum à Catholica fide subuertere, ac in sectam suam, velut in retiſam, allicere quæreret. Ostendit ergo breuiter, & quàm vagus ac phanaticus in priore, & quàm lubricus atque inconstans fuerit in posteriore illa concione Lutherus: Ita, vt nemo secure ei vel adhærere, vel credere quicquam possit. Verbi gratia. Lutherus ait, Quid contristamur de morte aliorum, vel etiam de nostra? Nam homo tantũ moritur, neq; tamen totus homo, sed altera pars tantũ, nempe corpus. In morte autem Christi est ipsemet filius Dei, & moritur Dominus omniũ creaturarũ. Respondet Cochlæus. Quid hic vult agere Lutherus? Nunquid in Christo plus mortuum fuit, quàm in nobis hominibus moritur? In nobis moritur tantũ corpus,

Obitus Electoris Saxoniæ, Duæ conciones Luth.

1. Thess. 4.

1. Cor. 15.

Postillæ Cochlæi contra duas illas conciones.

pus, ait Lutherus: fateor, Quid autē in Christo
amplius mortuum fuit, quàm corpus? Nūquid
& anima eius, immortalis & impeccabilis, mor
tua fuit? Aut mortua est eius impassibilis & om
nipotens diuinitas? Quemadmodū igitur non
moritur totus homo: ita nec totus Christus est
mortuus. Rursum ait Lutherus. Deus cogi-
tat & te & omnes alios, quicūq; baptizati sunt
& in Christo dormierūt, ducere secū: quia inuo
luit eos in morte Christi, & in eius resurrectio-
ne comprehendit, non dimissurus eos sub terra.
Respondit Cochlæus. Dico adhuc, vt supra.
Quoniam Lutherus non potest scire cogitatio-
nes Dei, neq; consiliarius eius vnquàm fuit, si-
cut dicit Esaias. Hoc quidē verū est, quod Deus *Esaiæ. 40.*
non dimittet sub terra neq; Christianos, neque
Paganos, Turcas aut Iudæos. Oportet enim *2. Corinth 5.*
omnes procedere, ac stare ante Tribunal Chri
sti, in nouissimo die, vt recipiat vnusquisq; iux- *Matth. 16.*
ta opera sua. Quod autem Christus secum du-
ctorus sit omnes baptizatos, hoc nusquàm scri
ptum habetur. Multi enim ab ea innocentia *Apoc. 2.*
excidūt, & non sunt memores vnde exciderint:
Dūmque non retinent quod habent, auferetur *Luc. 19.*
abeis & illud quod habent, ac dabitur alteri.
Christus quidē mortuus est pro toto mūdo. Cū
autem peccent multi, seq; mortis Christi indi-
gnos faciant: non inuoluuntur in morte Chri- *Matth. 22.*
sti, vt iallat somniátque Lutherus, sed non ha-
bentes vestem nuptialem, eiicientur in tene-
bras exteriores. Christus quidē nos omnes per

Roma.6. Baptiſmum in morte ſua inuoluit. Qui verò per ſubſequentia peccata ſe iterum euoluunt, & non agunt pœnitentiam, ij perpetuo foris permanebunt, ac durius punientur quàm alij, qui eam gratiam non deguſtarunt, vt ait Paulus. Non oportet ſic ex proprio coniectare capite: Deus enim iudicat vnumquenque iuxta opera eius. Amplius ait Lutherus. Omnes enim ſcitis, quomodo Caput noſtrum, Princeps Elector, ſecundum Chriſtum, Auguſtæ anteriennium mortuus ac veram mortem paſſus est, non pro ſeipſo tantum, ſed pro nobis omnibus. Reſpondet Cochlæus. Hæc verba virulentus Apoſtata ſæpe repetit multum odioſe aduerſus Cæſarem omnéſque alios Principes Catholicos: Neque tamen ſcit ſtolidus blaterator, quonam tendant ea verba. Elector enim Auguſtæ vtique in corpore mortuus non fuit. At mors animæ longe grauior eſt, quàm corporis, ſicut & ipſe fatetur Lutherus. Si ergo in anima ibi mortuus eſt, quid laudis aut gloriæ inde accepit? Nonne per talem mortem excidit à Deo? Non enim eſt Deus mortuorum, ſed viuentium: Eorum inquam, qui in anima viuunt, etiamſi corpore mortui ſint, vt Deus Abrahã, Iſaac & Iacob. Quod ſi Princeps Elector, veram ibi mortem paſſus eſt, vt ait Lutherus, non in corpore, ſed in anima: non recte comparat eum Chriſto, qui vtique in corpore, non in anima mortuus fuit. Et multo inepti⁹ ait, quod Elector ille, non pro ſeipſo tantum, ſed pro nobis

Hebræo 6.
Pſalm.61.
Matth.25.
Quomodo Elector Sax. mortuus fuit Auguſtæ.
Math.22.
Exod.3.

pro omnibus mortem Augustæ passus sit, quasi ait Christus. At Paulus contra ait. Vnus est Deus, vnus & mediator Dei, & hominũ homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Delirat vlterius Lutherus, dum ait. Ibi oportuit eum omnes malas offas atque aconita siue cicutas exedere, quas propinauit ei Diabolus. Illud vero est vera & horrẽda mors, qua Diabolus aliquem interimit. Respondet Cochlæus. Ecce quam terribiliter excæcat Deus superbũ Apostatam, vt etiam contra proprium patronum & Principem suum, factus sit palam proditor & animicida. Quem ait omnes malas offas atque aconita exedisse &c. O quam validum & efficax est illud verbum Apostolici de homine hæretico: Proprio iudicio condemnatus. Quales ibi dicit offas & cicutas? Nũquid corporales? At non est ibi corporaliter mortuus illic Princeps. Dicit igitur spirituales, quæ sunt, falsæ doctrinę, hæreses, schismata, superbia inobedientia &c. per quas sane pestes Diabolus miseras interimit animas. Vtinam vero dissimulasset ibi quoque, vt antea, ille Princeps, & non subscripsisset ibi palam Confessioni Lutheranæ (quæ vtique malis offis atque aconitis plena est) nec finaliter in illa, contra vtranque potestatem ac Maioritatem suam, perseuerasset. Rursus ait Lutherus. Ibi confessus fuit dilectus noster Princeps Elector Christi mortem, ac resurrectionem publice coram toto mundo, atque in ea perstitit, & pro ea in periculum ex-

1. Timoth. 2.

Luth. proditor & animicida sui Principis.

Tit. 3.

Nugæ Lutheri de Confessione Augustæ facta.

posuit prouincias & homines, immo & proprium corpus atque vitam. Ea sane confessio transcendit atque absorbet multitudinem peccatorum, sicut mare magnum scintillam ignis. Respondet Cochlæus. O inanes fabulas putridosque pisces. Quis obsecro impugnauit Augustæ mortem & resurrectionem Christi? Quis Principem Electorem ab ea confitenda deterrere aut depellere voluit? Inspiciatur, quęso, tum Cęsaris, aliorumque Principum ac Statuum Imperii responsio, super Tertium Lutheranorum confessionis articulum: Tum Tractatus per delectum inter septem & septem ibi habitus. Clarissime profecto comperietur, in nullo unquam verbo fuisse ibi dissensionem de morte & resurrectione Christi. Quomodo potest plebs vlla tã stolida atque insana esse, vt tam aperta & incredibilia nugonis mendacia, vel audire vel credere queat: Confitemur sane quotidie in Symbolo Apostolorum, Christum mortuum esse atque resurrexisse: Et Lutherus per hoc vult Patronum suum sic extollere, vt Maryrem ex eo faciat, quod coram Christiano Cęsare, aliisque Christianis Principibus, Christi mortem ac resurrectionem confessus est, perinde ac si stetisset coram Nerone, Decio aut Diocletiano. Hæc obiterer Postilla in priorem Lutheri funebrem concionem recitata sint. In posteriore cõcione acrius arguitur inconstantiæ Lutherus, circa veneratio nem sanctorum: Nam quãdo primum scribere ac in lucem ædere libros cœpit, acritet innectus

Inconstantia Luth. circa Inuocationem sanctorum

fuit in

fuit in Thabboritas & Vualdenses Bohemicos, propter cultum & venerationem sanctorum. Et nim in libro de Decē præceptis sic ait. Verum ne Pyghardi, infœlices heretici, suas partes à me adiutas confidant, qui præ nimia auiditate nobis Teuthonicis (superbissimo fastidio indignati) imponunt, quod sanctos Dei colamus, & Idola faciamus, & ideo contra nos aceruum versuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur, ne adoret quis nisi vnum Deum. Et vt nobis apud suos iustissimam inuidiam conflare videantur, insidiosissime omittunt, quod scribitur Rex Dauid & Salomon & multi alii adorati: Si mul impii peruersores scripturæ, & subdoli calumniatores pietatis nostræ. Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod solus Deus sit adorandus, & gloriantur ac si nos idipsum negauerimus vnquam. Item, in eodem libro ait. Omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi a Deo datur, quantum credis te acceptur̄ū. Quid enim aliud sunt sancti, nisi velut guttulæ roris siue guttæ noctium, in cincinnis & capite sponsi? Sic & in sermone de Præparatione ad mortem docebat ægrotum, vt inuocaret omnes sanctos Angelos, præcipue angelum suum, Dei genitricem: omnes Apostolos aliosque sanctos eos præsertim, ad quos Deus ei specialem indiderit deuotionem. Verum posteaquam superbia atque inobedientia eum in furorem concitauerunt, longe aliter de sanctis & scripsit & cōcionat⁹ est, vt vix vll⁹ Suermerorū & Phana

Can. 5.

Impia dicta Luth. contra sanctos.

Luth. In ser. de natiui. Mariæ: De sancta cruce &c.

ticorum esset ei par. Tunc enim Dei genitrix Maria nihilo erat vel melior vel maior Lutherus. Tũc vicinus eius poterat tam bene iuuare eum quàm illa. Tũc oratio sua tã bona erat, quã illius. Tũc ẽ tabulis puerorũ eiici oportebat Aue Maria. Tũc impia erant cantica, Salue regina, & Regina cœli. Itẽ sãcti Apostoli, Petrus & Paulus, adhũc ãplius poterant, quàm Lutherus. Et quisque dico dabat florenum vnum, melius facere ac plus merebatur, quam si Beato Petro autem templum ædificaret. Item sancti in terra adhuc viuentes erant vt gemmæ: Mortui vero, vt eos appellabat, quos nos in cœlis cum Deo viuere credimus, vt ligna erant: Immo mera erant Idola, & quicunque eos venerabatur. Hinc insurrexerunt seditiosi prophetæ, qui omnes sanctorum Imagines atque etiam ipsius saluatoris, è templis eiecerunt tam tumultuose quàm impie: Ita, vt is melior magisque pius habebatur, qui pluribus aut maioribus contumeliis Imagines afficere nosset: neque mitiores erant erga ossa & quaslibet reliquias atque exuuias Diuorum, & in calices Monstrantiasque deauratas, donec furentes tandem rustici superuenirent, qui templa quoque ac Monasteria deuastarunt, tanta cum insania atque impietate, vt Lutherus ipse & gladio temporali & æternæ damnationi eos adiudicauerit. In ista vero concione funebri rursus commendare sanctos cœpit, in gratiam nimirum sui patroni, quem & Martyrem & sãctum Dormitorem facere parabat. Idcirco

Iconomachi.

Rursus benigna de sanctis in cœlo opinio.

dico de sanctis persuadere cœpit, quàm digna & preciosa sit in conspectu Dei mors sanctorũ quanto plus æstimet sanctos defunctos, quàm adhuc in carne viuentes: quanto minus curet sanctos in terra, quos infirmos ac miseros relinquat, perinde ac si non videat eos: quàm eos, qui morte ablati è conspectu hominum, ac subterra iacentes, tunc primum preciosi coram Deo fieri incipiant. Hæc omnia eo refert, vt plebi persuadeat, Principem Electorem, quem Caput sum vocat, à conspectu mortalium ablatum, preciosum esse in conspectu Dei, & in requiẽ receptũ, vbi tutus sit ab omnibus Diabolis & inimicis, eiusque memoria sine perditione & obliuione in æternum permaneat. Hæc idcirco retulit Cochlæus principi Anhaltino, vt ostenderet ei, quàm ventosa & instabilis sit doctrina Lutheri, quæ ad omnem uentum, velut arundo vertitur ac mutatur. A qua cauere nos iussit, & Christus in Euangelio, & Paulus in Epistola ad Ephesios.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXIII.

INterea noua oritur Lipsiæ (quæ vrbs & celebri Academia & insigni Emporio clara, Duci Saxoniæ Gergio, per omnia Catholico Principi paret) iurgandi occasio: Dum multi è plebe diebus Dominicis ex-

Noua contentio inter Lut. & Lipsenses ac Ducem Georgium.

currerent in propinquum pagũ nomine Holtzhausen, qui ad ditionem Electoris Saxoniæ Spectat. Vbi prædicabat homo Lutheranus, populumque subvtraque specie communicabat quũ aliqui Diaconum, aliqui purum Laicum ac lini textorem fuisse dicunt. Hæc vbi resciuit Dux Georgius, prohibuit Lipsensibus, ne amplius illuc exirent. Cum vero multi iam infecti essent ab illo, & occulte Lutherizarent: pius Princeps, vt morbidas pecudes à sanis ouibus discernere possit, iussit certa dari symbola, in modum numi procusa, quę sacerdotes confitentibus atque communicantibus tempore paschali darent & illi redderent Senatui, cum professione omnis quisque sui. Hæc quidam è ciuibus, qui Lutherizabant, ægre ferentes, iramque Principis timentes: scripserunt ad Lutherum pro consilio num metu principis sui possint salua conscientia sub vna specie communicare. Quibus ille (quoniam Vuittenberga septem dũtaxat Milliaribus à Lipsia distat) statim respondit in hæc verba Teuthonice.

Epistola Lutheri ad Lipsenses.

Detractiones Luth: contra Ducem Georg.

Honorabilibus ac prouidis bonis amicis meis Lipsiæ, quos Dux Georgius, hostis Euangelii, nunc proscribit: Gratiam & pacem in Christo, qui apud vos patitur ac mori debet, & certissime resurget atque vos reget. Intellexi chari amici, quosdã è vobis procurasse interrogari, An bona cum conscientia vnã speciẽ Sacramenti ac

cere queant, sub eo prætextu, ac si vtrãque spe
cim acceperint, vt hoc modo paccata reddere
ac vestra Superioritas. Quoniam vero nullum è
vobis nosco, neque scio, quo modo se habeat cor
& conscientia vestra, hæc mihi o prima videtur
esse sententia. Quisquis hac de re instructus, in
conscientia sua pro Dei verbo atque ordinatio-
ne tenet, quod vtraque species recte detur: is
sub corporis & animæ periculo, contra eiusmo-
di conscientiam suam, hoc est, contra Deum ip
sum, non agat. Iam vero quoniam Dux Georgi-
us nititur etiam secreta conscientiæ explorare,
dignus omnino esset, vt deciperetur, veluti Sa-
thanę Apostolus, quacũque id ratione fieri que
at. Non enim habet neque ius vllum, neque op-
portunitatem, tale quid postulandi, & peccat in
Deum ac spiritum sanctum. Verum quum nos
consyderare debeamus, non quid alii faciant ho
mines mali, siue homicidæ sint, siue raptores,
sed quid nos deceat pati ac facere: In hoc sane
casu optimum fuerit, vt ferociter dicatur in fa-
ciem huic homicidæ atque raptori, Hoc nolo fa
cere: Si rapueris mihi propter hoc seu corpus seu
substantiam meam, alteri rapuisti, cui exacte per
solus oportet. Sicut Petrus ait. Iesus Christus pa
ratus est iudicare viuos & mortuos. Vade igitur
bone raptor, Quod tu vis, id nolo ego. Quod au
tem ego volo, id Deus quoque propediem volet
id experiemini: Oportet enim Diabolo cru-
cem in faciem impingere, & non multum vel ap
plaudere vel blandiri, sic sciet, cum quonam

Conuitia in Principẽ, quæ subditos docet Luth.

sibi res est. Christus Dominus noster vos confortet ac sit vobiscum Amen. Datum Vuittenbergæ in magna sexta feria 1533.

Senatus Lipsensis.

Hæc epistola, vt Lipsiam venit, sacratissimis Paschæ diebus, quando populus maxime deuotus vnanimisque esse deberet: odii discordiæque faces in animis ciuium accendit, hinc inde circumlata inter ciues ac multiphariam enarrata. Quod vbi Senatus accepit, ad præcauendã seditionem, confestim ad Dresdam (quæ XIII. Milliaribus à Lipsia distat, vbi Curia est Principis) misit nuncium, cum hac in Teuthonica Epistola.

Illustrissime ac Generosiss. Princeps: Principali Clementiæ vestræ, in primis nostra deuota, promptaque omnino & officiosa obsequia sunt studiose omni tempore parata. Clemens Domine, paucis iam elapsis diebus cõperimus, exemplar molesti cuiusdam scripti (quod Doctor Martinus Luther ad quosdam huc scripsisse fertur) hinc inde per ciuitatem circumlatum esse: Quemadmodum & nobis duo illius exempla in manus tradita sunt. Super quo sane nos multam diligentẽq; inquisitionem atque explorationem fecimus, illius Epistolæ acquirendæ gratia, atque etiam ad resciẽdum, quisnam eam impetrauerit, ad quem scripta sit, & quisnam eam apud se habeat. Tandem vero post multam nauatam operam, hodie re mcerto comperimus hoc sane modo. Est hic insignis & ingeniosus Gẽmarũ sculptor atque Aurifaber, Stephanus

Epistola Lut. dicitur molestum scriptum

Steinber

ſeinber dictus, qui è Nurenberga huc ſe recepit. Hnic res hæc nota eſſe ferebatur. Cunque a dicto magiſtro Stephano ſcire omnino velle mus, vbinam ea eſſet epiſtola, promiſit ille, daturum ſe operam, vt eam ad manus noſtras afferret: Quemadmodum & fecit demum, eam Cõſuli noſtro tradens. Quam nos Illuſtriſſ. Clemẽtiæ veſtræ his literis incluſam trãſmittimus, Cuiuimus præterea, vt prædictus Gemmarũ ſculptor ſeu Aurifaber, adhibitis fideiuſſoribus promiſerit, ſe intra Quatuor Septimanas hinc diſceſſurum non eſſe, quouſque res iſta ſuum attingat finem. Hęc Illuſt. Clementię veſtræ, deuota intentione non potuimus non denunciare. Cui ſineomni cum ſubiectione ac obedientia, ſeruire ſemper paratiſſimi ſumus. Datum ſub noſtræ Ciuitatis ſigillo, Sabbato poſt Quaſi modo geniti, Anno Domini M.D.XXXIII.

Senatus Lipſenſis.

Querela Ducis Georgii ad Electorem Sax.

His lectis, Dux Georgius ſcripſit Principi Electori Saxoniæ, Ioanni Friderico, qui Patri ſuo in regimine ac dignitate ſucceſſit: conquerens de hac Lutheri iniurioſa Epiſtola, per quam ille non ſolum grauiter læſerit nomen & exiſtimationem perſonę eius: Verum etiam ſubditos eius rebelles facere attentauerit. Atque per hoc violauerit pacta, quæ pater Electoris cum Duce Georgio per vtriuſque partis Conſiliarios anno Domini 1527. iniuerat. Petebat igitur à filio, Electore nouo, vt propter hanc malignam attentationem velit ita ſe gerere in Lutherum, vt manifeſte appareret, eam ſibi di-

Capitulum quoddam concordiæ inter Principes de Luthero.

ſplicere, curaretque iniuriis tandem ab illo finé imponi. Caput autem concordię, quod hic citat Dux Georgius, ita habet in Teuthonico de verbo ad verbum. Quod ad Lutherum attinet, Clementiſſ. Dominus noſter Princeps Elector Saxoniæ, debet Luthero, eò quod is in terris & Principatibus eius degat, denunciare per ſuos, ſignificatum eſſe Clementiæ ſuæ quod minacia ſcripta intenderet, ex quibus coniicere liceat, ipſum in animo habere, contra Illuſtriſſ. Clementiæ ſuę Cognatum, Ducem Saxoniæ Georgium, eiuſque terras & ſubditos, ſeditionem ac rebellionem excitare, atque etiam famoſis & conuitioſis vel libellis. Et quamuis Illuſt. Cle. ſua nolit ſuſpicari, quod intentio eius ſit, vel contra Clementiæ ſuæ Cognatum uel contra quemcunque alium, ad ſeditionem actitare. Id quod non minus Illuſt. Clementiæ ſuæ, quam ſuo Cognato intolerabile foret: Velit tamen Iuſt. Cle. ſua ſerio illi mandaſſe, Cum ipſemet ſciret, ſeditionem & iniuriarum irrogationem diuinæ ſcripturæ atque Euangelio contrariam eſſe, vt in hoc ſeipſum admoneat, & ab his omnibus abſtineat. Et poſt paucа. Debet præterea Clementiſſimus Dominus noſter ſerio præcipere Luthero, et neque ab ipſo neque ab vllo ſibi adhærente, in terris Ducis Georgii, quouis modo aut prætextu quicquam attentetur, practicetur, proponatur aut agatur. Hæc ibi.

Interea Cõſul Lipſenſis, Vuolfgangus Vuidemmar,

Vídeman, propter varias ſuſpiciones de Epiſtola illa in populo, ſcripſit ad ipſum Lutherum ſimílíto Epiſtolæ exemplo: Benigne rogans, vt clarum det reſponſum, an ea Epiſtola ab ipſo ſit illo modo emiſſa, & ad quem ſit ſcripta, aut quo modo res aliter ſe habeat: Quoniam plurimi homines Lipſiæ ob eam habeantur ſuſpecti. Velit igitur ſuo reſponſo proſpicere, vt homines illi, quibus cum ea Epiſtola nihil negocii eſt, & nihilominus in ſuſpicione tenentur: à concepta ſuſpicione liberentur ac dimittantur. Huic autem Lutherus ita reſpondit. *Reſpõſum Luth.*

Honorabilis prudenſque ac dilecte Domine & amice, ſcripta veſtra recepi, & eorum ſententiam admodum probe intellexi. Et ad ueſtrã precationem atque petitionem, eſt viciſsim precatio & petitio mea, dignemini indicare mihi, quiſnam vos iuſſerit aut incitauerit, huiuſmodi literas ad me ſcribere. An fecerit hoc plebanus in Collen, an Sicarius in Dreſden, an vero Domicellus veſter Dux Georgius. Tunc ſane acquiretis reſponſum, menſuram plenam, refertam, cogitatam & ſuper ffluentem, Deo volente. Nam ad ſeruiendum vobis promptus ſum. Datum Vuittenbergæ Dominica poſt S. Georgii 1533. *Liber Luth. cõtra Ducem Georgium*

Martinus Lutherus, Doctor &c.

Hoc proteruũ Lutheri reſpõſũ, vbi Cõſul Lipſenſis Duci Georgio Dreſdã miſiſſet: Ille rurſus ſcripſit Duci Electori, Agnato ſuo, adiungens vtriuſque Epiſtolę & Conſulis & Lutheri exemplũ

addens & minas Lutheri, nuncio Consulis factas, si de cætero tali cum Epistola ad ipsum rediret. Rogauit igitur benigne, vt ea in re faciat, quemadmodum sibi fieri velit, Inde nactus criminandi occasionem nouam Lutherus, ædidit librum, cui titulum fecit. Confutationem imputatæ sibi à Duce Georgio seditionis, & literas consolatorias ad Christiànos, ab eo è Lipsiadis causa expulsos, In cuius sane libri exordio mittat quædã Electoris verba ad se scripta, In hunc sensum Teuthonice.

Verba Electoris ad Luth.

Quod si hęc vestra esset intentio, concitandi homines nostri Agnati, aut alios per scripta vestra ad vllam seditionem: id nobis nullo pacto à vobis tollerandum esset. Ac facile possetis coniicere, nos non intermissuros, quin dignam sumeremus de vobis pœnam: At putare volumus, non esse ad hoc animum vestrum. Quapropter vestrum erit, de tali incusatione atque imputatione pro necessitate vestra, vt vestra intelligatur innocentia, vos per scripta vestra defendere. Ne nos quoque, si talis defensio non fieret, existimare oporteat tanquam hàrum rerum sitimus. Hæc Elector iuuenis, qui Lutherum vehementius amare ac magnificare videbatur. Eius igitur potentia protectioneque & iussu fretus Lutherus, pleno conuitiandi ac malignandi impetu, in Ducem Georgium inuectus est. Primũ igitur impudentem præmittit Pii Principis præ se contemptum, dicens Teuthonice, Iam nolo Ducem Georgium, tanquam meum meique

Seruilitas Lut. in Duce Georgium

Euangelii

angelii hostem, eo afficere vel honore vel ob
quio, vt fateri velim, eam epistolam esse me-
m, etiamsi & manus mea & sigillum meum ade
set, quandoquidem secreta est epistola, quam
eum habere non licet, multo minus super eam
agere aut proteruire: Verũtamen, cum propter
eam irascatur atque proteruiat, meque coram
Clementissimo Domino & Principe meo vult
accusare, vendicabo mihi eam epistolam, & de
bet mea esse atque vocari, ad experiendum, an
& eiusmodi epistolam aduersus tam altam & a
cutam artem Ducis Georgii defendere queam:
late sperans, Deum ad hoc gratiam mihi con-
cessurum esse. Deinde vane protestatur, se nihil
dicturum in personam aut statum Ducis Geor
gii, qemadmodum nec vnquam dixerit aut scri
pserit antea. Et de sua glorians prudentia subiũ
git. Ego semper (inquit) verba mea sic posui ac
antea ponderaui, quod bene volo ad ius prouo
care, ac proteruire contra Ducem Georgium,
& omnes eius Papistas in vnum, vt non posint
cum veritate ex illis facere vllam seditionem,
aut hæresim, aut conuitia, aut famosos libellos
Audacter itaque prouocat Ducem Georgium,
vt si bonus ac verax sit Christianus, procedat
scriptaque sua probet: In quibus eum corã Ele-
ctore accusauit, quod ei subditos suos rebelles
atque inobedientes faciat &c. Quem sane li-
brum, vbi vidit Cochlæus, magno accensus ze-
lo, scripsit Apologiã pro Piissimo Patrono suo,
Duce Georgio, In qua libere commemora-

Iactãtia Lu de sua prudentia.

Apologia Cochlæi pro Duce Georgio

uit multa, quæ ægre tulit postea Elector Saxoniæ, ad quem ille librum suum, quamprimum excusus fuit, per proprium nuncium misit; quemadmodum in Apologia illa sua publice promiserat. Recitat enim ibi rei gestæ seriem, & omnes supra dictas Epistolas. Deinde admiratur, quod Elector cum Consiliariis suis nouis perspicere non potuerit, talem Lutheri Epistolam esse & pactis antiquis contrariam, & plane seditiosam. Cum in ea apertis verbis scriptum sit, quod optimum sit, ferociter homicidæ ac raptori insidiem dicere, Nolo id facere. Quis enim bonum potest vel gerere vel concipere animum erga homicidam Et raptorem? aut erga hostem Euangelii Apostolumque Diaboli? Præsertim vero, quod addit ibidem Lutherus, dignum esse Ducem Georgium, vt decipiatur, quacunque ratione fieri queat. Quid enim aliud intendit seditionis machinator, quàm vt decipiat qualibet arte aut ratione suum Principem aut Magistratum? Obiicit eam quoque impudentiam, quà bi vult Lutherus liberum esse, tum ad confitendum, tum ad negandum, quod ea Epistola sua: Cum alioqui fœdissime confusa atque dargutа sit persæpe eius inconstantia atque contrarietas, etiam Augustę coram ipso Electore. Et aduersus excusationem Luther i, qua suas contrarietates excusare nititur, affert idem Cochæus sex rationes, quibus omnem excusandi viam præcludit. Cum autem Lutherus Duci Georgio rursus obiiceret confictum fœdus quorundam

Duplex calumnia Lutheri in Ducē Georg.

Principum

Principum: Cochlæus Quinque rationibus acri-
ter eam calumniam confutauit, ac in Lutherũ
retorsit, vt non minus ipse, quàm D. Pak, proscri
ptione dignus esset, propter seditiosum illud fig
mentum. Confutauit & aliam calumniam re
cens excogitatam, de quadam iurandi formula,
secundum quam cogeret (vt asserebat Luthe
rus) Dux Georgius subditos suos, Lutheranam
abiurare hæresim. Dicebat ergo Lutherus. Si
ars est, venenose interpretari ac malitiose per-
uertere alicui verba sua: vellem Et ego Duci Ge
orgio bene interpretari iuramentum, quod Lip
sie subditis suis imponit, & eos iurare cogit, vt
iurare velint damnare ac persequi doctrinam
Lutheranam. Velim ergo dicere, His verbis vi-
brat gladium Dux Georgius, & in campum pro
ficiscitur contra Electorem, Lantgrauiumque
& eorum confœderatos. Et post pauca subdit.
Nihilominus cum res ipsa docebat, Ducem Ge
orgium non esse compotem sui, Diabolusque
sit in mũdo vndique nequaquã: velim, vt ei? No
bilitas prouincialisque populus ludum hunc at
tenderent, atque etiam vicini Principes. Non
intelligo iuramentum istud, scio tamen probe,
Diabolum nihil boni intendere, & ex contem-
ptibili scintilla grande incendium nasci posse
Egonolim accipere omnia bona mundi, quod
epistola mea tam seditiose sonaret, quàm sonat
iuramentum à Duce Georgio impositũ: Opor-
teret me ĩ hoc ictu oculi præ dolore mori, Ad
versus hãc calũniam produxit Cochęus publicũ

Testimonium Senatus Lipsen. cōtra Lut. de Iuramēto.

testimonium Senatus Lipsensis, qui in sua ad Ducem Georgium Epistola, sic respondit. Nos ad scripta Illustris Clementiæ vestræ, quibus indicat, Lutherum scribere de quodam iuramento hic quibusdam proposito, ad damnandum & persequendum Lutheranā sectam: Tres Ordines Senatus cōgregauimus, quibus ea perlegimus, & interrogauimus. Qui omnes vnanimiter dixerunt, se nihil scire neque de tali propositione, neque de ipso iuramento, Quemadmodum & nos nescimus, illud cuipiam hic propositum fuisse, neque id nobis ab Illustri Clementia vestra mandatum fuit, Quare scire non possumus, quidnam Lutherus per hoc intendat. Hæc Senatus. Veruntamen postea nactus est Dux Georgius duo exempla confictiiuramenti, quod ad excitandam & conflandam ei inuidiam, à Nebulonibus quibusdam interris Lutheranis alicubi publice affixum fuerat. Et satis quidem ingeniose confictum fuit, vt facile crederetur esse verum. Nam secundum communem formam Iuris, de abiuranda quauis hæresi, verba sonabant. Odiosa tamen verba illa, ad damnandum ac persequendum doctrinam Lutheranam, in ea formula non habebantur. Affinxitamen ea Lutherus, vt eo grauius odium in bonū Principem concitaret. Id vero omnium ægerrime ferre videbatur, quod Dux Georgius diceret, eum seditiose scripsisse. Dicebat ergo. Si qua gratia de maledicto ac scelesto mundo promerenda esset, & ego D. Martinus nihil aliud boni

Iactantia Lutheri de scriptis suis pro secuLari potestate.

nihil aliud boni docuissem aut fecissem, nisi quod sæcularem gubernationem atque potestatem sic illustraui atque exornaui: propter vnũ hoc saltem deberent mihi & gratias agere & fauere. Talem enim gloriam & honorem habeo per gratiam Dei, de hoc (siue gaudeat siue doleat Diabolus cum omnib' (quamis suis) quod à tempore Apostolorũ nullus Doctor aut scriptor, nullus Theologus aut Iurisconsultus, tam insigniter ac clare conscientias sæcularium statuum confirmauit, instruxit & consolatus est, sicut ego feci, per singularem gratiam Dei, hoc pro certo scio. Quoniam neque Augustinus, neque Ambrosius (qui tamen hac in re optimi sunt) mihi in hoc æquales sunt &c.

Contra hanc eius iactantiam ita respondit Cochlæus. Ait Sapiens: Laudet te alienus, & nõ os tuum: extraneus, & non labia tua. Ego profecto hactenus nunquam audiui, hanc Luthero laudem à cordatis tribui hominibus, qui eius scripta legerunt. Iactitat quidem & multa alia de se suáque doctrina, quæ mera sunt mendacia: Gloriatur enim, Euangelium suum lucidius clariusque esse, quàm fuerit temporibus Apostolorum, & Germanos ante doctrinam suam nunquam verum habuisse Euangelium. At huiusmodi gloriationes tam stolidæ ac monstrosæ, apud veteres graueſque autores nusquam reperiuntur. Iactitat forsitan hic librum suum (cui titulus est. De sæculari potestate) vsque adeo gloriose super omnes doctores. Quisquis

Prouer. 27.

Confutatio huius iactantiæ.

Luthe. in sermone de destructione Hierusalem.

Seditiosus liber Luthe. de sæculari potestate.

autem cum perlegerit librum, inueniet procul dubio, nullum esse librum vel seditiosiorē, vt conscientiis sæcularium potestatum graui. Deinde commemorat idem Cochlæus XX. articulos ex eo libro, velut exempli gratia, In quos sane hæc quoq; verba habentur. Sæculares Domini deberent prouincias homines gubernare extrinsecus: Hoc omittunt, nō pl scientes, quàm excoriare ac deglubere, vnum vectigal super aliud, vnum tributū super alium imponere: hic vrsum, illic lupum emittere. Ad hæc, nullam fidem aut veritatem apud se tenere. Agunt itaq; peius, quàm prædones ac Nebulones agerent. Et sæculare eorum regimen in profunde iacet, quàm iacet Ecclesiasticorum Tyrannorum regimen. Quapropter Deus tradidit eos in reprobum sensum, vt agant pessime se, volētes spiritualiter dominari super animas. Quemadmodū illi volūt dominari sęcularibus, vt confidenter alienis sese oncrēt peccatis, Deique & omnium hominū odio, donec intereant simul cū Episcopis, presbyteris ac monachis, vnus nebulo cum altero. Hæc ibi Lutherus, & adhuc multo grauiora magisque seditiosa, paulo ante rusticorum tumultus ædidit. Cum autem Dux Georgius deprehendisset circiter LXX. homines, qui Lutheri dogmata sectantes noluerunt sub vna specie Sacramenti Eucharistiæ communicare: præfixit eis terminum à Pascha vsque ad Pentecosten, si forte interim deliberarent, Ecclesiæ potius vsum, quam Luthe-

LXX. homines Lutherani è Lipsia discedere iussi

Lutheri noua præscripta sequi & amplecti. Quod si nollet, vederet ædes suas atq; emigrarit. Illi per astutum Rhetorem Germanicum (omnia enim hęc Germanice & dicta & scripta fuerunt) confinxerunt supplicationē bene prolixam. In qua sane simulata deuotione, offerebant sese ad omnem obedientiam, quā salua cōscientia præstare possent, & argute multas recitabant sui propositi probationes, vt ea supplicatione plebem Lipsensem in odium Principis, & in misericordiam sui concitarent, Cum autem inter cætera scripsissent, se libenter parituros, si quis eos aliter doceret, vt recte possent sub vna specie communicare: Pius Princeps rogauit Episcopum Merseburgensem, tanquam Ordinarium loci, vt eos ab erronea conscientia reuocaret sanis admonitionibus. Id quod ille fidelissime fecit, assumptis aliquot secum Prælatis & Doctoribus. Quoniam vero recens adhuc feruebat discessio, mentesque hominum titillabat vana gloriatio, quod viderentur & sibi & aliis Lutheranis persequutionem pati propter verbum Dei, Et maior pars eorum hominum iam alibi apud Lutheranos in propinquis oppidis domos ad inhabitandum conduxerat, pars vero eorum, qui iuuenes erant soluti & artifices, locum mutare poterat facile: Indefactum est, vt ex toto eorū numero vix duo potuerint sanis admonitionibus reuocari, quamuis diceretur quibusdam sigillatim, quibusdam collectim, si gloriarētur de verbo Dei,

Eorum supplicatio.

Cur sana doctrina non habuit locum apud eos homines.

certum & clarum haberent verbum Dei, quo Christus expresse iubet, audire Ecclesiam: At nullum haberent verbum Dei, quo expresse iubeat Christus, Laicis dare vtranque speciem Sacramenti. Sed pudor videbatur eis & dedecus à cœpto resilire, persecutionisque famam (quæ rudes animos titillabat quasi martyres essent) amittere. Maluerunt itaque abire quàm remanere. Potuisset quidem Princeps de iure seuerius aduersus eos agere, sed noluit: Id quærens, vt separaret oues morbidas à sanis. Nihil aliud igitur aduersus eos constituit, quàm vt personaliter Lipsiæ non habitarent: Permisit tamen, vt retinerent ibi non solum domos & bona sua, verum etiam vxores liberosque cum familia. Quin & ipsis ter in anno tempore Nundinarũ Lipsiam reuisere liceret, sicut aliis mercatoribus. Cæterum neminem eorum velim minimo mulctauit obulo. Lutherus autẽ, dum scriberet ad illos literas consolatorias, rebellionem & discessionem illorum maximis extollit præconiis, per multas rationes Rhetoricis persuasionibus fucatas. Quarum Tertia sic habet. Tertia (inquit) consolatio fortis ac potens est, si consyderetis causam, propter quam patiminì ac expellimini. Diabolus quidem & Dux Georgius simul cum Contyrannis suis, prætendunt apparenter, vos expelli, propter vnicum articulum de vtraque specie Sacramenti. At sub eo articulo est eorum intentio (quam & factis demonstrant) vt debeatis abnegare totam doctri-

Clemẽs Principis cõtra eos sententia.

Consolatio Luth. ad expulsos.

rum nostri Euangelij, omnesque Papæ abomi-
nationes adorare.

Mendacia & calũniæ Lut. impudentiss.

Hic merito debet gaudere cor vestrum, quod in ea vrbe & illa prouincia exiistis: In qua præ cipitur, vt abnegetur ac infestetur verbum gra tiæ & remissionis peccatorũ, & quomodo per solum Christum, absque meritis, iustificamur ac saluamur. Hic est enim principalis articulus ex quo omnis nostra fluxit doctrina, & tam cla re in lucem prodiit, quod etiam Augustæ corã Cæsare confessa & cognita fuit, quomodo in scripturis sit fundata: & Aduersarij ipsi coacti sunt fateri, quod per sacram scripturam confu tari non queat. Cui igitur non fiat nausea? Cui non inhorrescant pili? Cui non tremat in visce ribus cor? (si Christianus esse velit) vt in ea habi tatet vrbe, in qua Euangelium, Sanctus Paulus, ac tota scriptura sacra prohibetur atque damna tur: Et vt abnegetur atque infestetur, præcipi- tur atque iuratur. Deberet sane aliquis nudus potius ex ea currere, & ne vno quidem ictu ocu li in ea remanere. Hæc & id genus plurima ibi Lutherus conuitiosissime simul & calumniosis sime, quibus in odium pij Principis populos concitare nitebatur. Aduersus ea specialem edidit librum Cochlæus, plurima in eo Luthe ri mendacia redarguens, suumque Patronum pium Principem excusans. Vbi inter alia sic ait.

Responsio Cochlæi.

Ægre quidem fert Lutherus, quod Dux Geor- gius causam fidei tam strenue tutatur, & dicit, Episcopis concionatoribusque dimittendum

esse regimen Confessionis &c. At nequitiosus monachus probe scit, Lutheranos nihil prorsus deferre Ecclesiasticæ potestati, sed omnem ei obediẽtiam subtrahere, absque omni timore ac verecundia. Scit item, Ducem Georgium ad mittere manum suam in Confessionem & in secreta conscientiarum, sed extrinsecus duntaxat (vbi opus fuerit) inquirere, siue per signa siue per alium modum, quisnam suorum confitetur & communicet, sicut Ecclesia instituit atque præcepit. Qui sane id facit, ex nulla vel Tyrannide vel temeritate: sed ex debita obedientia quæ eius conscientiæ sub animæ suæ salute iniuncta est, tanquàm Christiano Principi, tum a Deo ipso, tum ab vtroq; iure, vti supra ostensum est. Væ autem ei, si istud non fecerit, sed ex timore humano tam seria Dei ac vtriusque iuris mandata neglexerit aut præuaricatus fuerit. Timendum enim foret ei, ne sibi contingeret id, cut contigit olim bellicoso ac victorioso Regi Saul, quem Deus reprobauit destituitque & a regno proiecit, ex nulla alia causa, nisi quod Agagem Amalech non penitus deleuit, sicut ei Deus per Samuelem prophetam præceperat: sed cepit ac reseruauit Agag regem, ac permisit populo de ouibus & armentis meliora quædam ad immolandũ domino. Sic & Dux Georgius contra Deum peccaturus esset, si non pro virili sua (quẽadmodum ius Imperiale ei sub iureiurando iniungit) cunctis hæresibus in terris suis resistere ret. Quamuis autem omnes hæretici generali-

Tenẽtur Principes sæculares hæreticis resistere. 1. Reg. 15.

C. de Episcopali aud. l. Statuimus.

ter

per Amalech designantur, qui contra Ecclesiam pugnant, sicut pugnauit Amalech contra filios Israël: Præcipue tamen Lutherani per Amalech intelligi possunt. Amalech enim interpretatur gens bruta, siue lambens populus, qui secundum carnem sensumque animalem viuit, sicut viuunt nunc Lutherani. In primis vero Idolum eorum, Monachus iste cum Moniali sua. Idcirco tenetur vnusquisque Princeps Christianus Rom. subditus Imperio, sub iureiurando, nullam in terris suis hæresim tolerare, atque Ecclesiasticæ potestati (quæ ab hæreticis hoc tempore maxime contemnitur) assistere, vt Christiani ritus ordinationesq; & Cæremoniæ in terris suis cõseruentur. Cæterum ad ipsum Principem Electorem Saxoniæ, misit Cochlæus librum suum (sicut in ipso publice promiserat) cum quadam Epistola manu sua scripta. In qua humiliter petebat ab eo, vt Lutherum, iuxta propriam ipsius prouocationem ad ius, adigeret ad standum iuri, atque ad experiundum in iudicio cum ipso Cochlæo, qui sub periculo corporis & vitæ offerret sese vltro ad probandum sufficienter, quod Lutherus sit hæreticus atq; seditiosus: Id quod Lutherus nunquam probari posse scripserat. Elector ille receptis ac lectis libro & Epistola Cochlæi, nihil respondit. At Cancellarius eius dedit nuncio scripturam, quæ testificabatur & librum & Epistolam Principi Electori à nuncio traditam esse, adiecta indignatione mi-

Per Amalech maxime Lutherani significantur.

Liber Cochlæi ad Electore Sax. ab eo missus. vt Lutherum in dicio sisteret.

naci, quod Elector paterque eius in eo libro essent iniuriis affecti, quæ memori mente reponerentur. Verum dum liber Cochlæi Dresdæ excuderetur, Iurisconsultus quidam Vittebergensis, cui nomen est Benedicto Pauli, a Typographo fallaciter per mediam personam sex Quaterniones eius libri adeptus est, data fide, quod redditurus esset antequam Dresdam egrederetur: sed vir Euangelicus, qui fidem in ore semper habet, calcata fide data, non reddita Quaternionibus abiit. Lutherus itaque mordaciorem scripsit librum, cui titulum fecit. Parum responsum Lutheri, ad proximum librum Ducis Georgij: Vt ad easdem nundinas Lipsenses parata esset responsio in librum Cochlæi, qui eodem tempore iam primũ æditus erat. Quam malignus vero in Ducem Georgium, quàm superbus in Cochlæum, & quàm impius in vota vitamque Monasticorum, in eo fuerit libro Lutherus, non facile enarrari queat. Etenim Duci Georgio imputauit ibi librum Cochlei, tanquam autori, eò quod Typographus in frontispicio libri, ad decorem aspectus, appresserat arma Ducis. Ait igitur. Ducem Georgium habui quidem pro viro superbo & iracundo: At tam rudem ac inconsyderatum non putaui, vt paterna arma sua, Nobilem ac preciosam Coronam ruteam, summum suum decus super terram, deberet fatuo in eius narium excrementa illuuiemque apprimere, ac sinere, vt sic circumferretur in terra. Maius dedecus nobili coronæ ruteæ nun-

Liber Luth. malignus in Ducem Georgium.

De rutea corona.

nunquam accidit, Quam tot memorabiles Imperatores, Principesque ac Domini, tanto tempore, hactenus in summo honore, atq; adhuc, circumtulerunt, ac tot egregia facinora virtutesque, sub eius vexillo, tum in bellis tum in pace ædiderunt &c. Ad hæc ita respondit Cochlæus. Corona rutea per Typographum vltro apposita est: Id quod ei neque à Duce Georgio, neque à meipso mandatum fuit. Quemadmodum ipsemet fatetur, ac fateri vult, vbicunque ea de re rationem postulatus fuerit: Quandoquidem illam antea vltra XX. annos plærisque libris à se excusis appresserit. Neque immerito stat laudabile illud stemma circa veritatem, quæ meo in libello, per gratiam Dei, asserta, cõfirmata & in lucem prodita est euidenter, contra vanas nugas præsumptuosaque mendacia Lutheri.

Quod autem Lutherus acri exclamatione ait. O si viueret Dux Albertus, nobilis ille Heros, & videret sic degenerasse filium suum: Ah multo libentius est mortuus &c. Hoc est Rhetoricum quoddam præstigium, quo ex musca facit Elephantem Lutherus. Profecto si hactenus vixisset laudatissimus ac fortissimus Princeps ille, nequaquam permisisset, vt Apostaticus Monachus (quem Papa, Cæsar, omnesque Status Ro. Imperij, multæ præterea Vniuersitates, atque externæ Nationes Christianitatis, publice vt hæreticum condemnauerunt) deberet sub protectione praclarissimę domus Saxonię,

Dux Saxoniæ. Albertus Pater Ducis Georgij.

tantum schisma, tãtamq; turbationem in Generali Christianitate, tantumq; damni, calamitatis, cædiumq; & sanguinis effusi in Germania, per mendacia hæreticaq; & seditiosa scripta excitare atq; procurare, ipsumq; stemma Ducum Saxoniæ, ruteam Coronam, tam grauiac indelibili nota cõmaculare. Neq; dubito, si gloriosus Princeps Elector Dux Ernestus, cum suis Catholicis progenitoribus, à mortuis resurgerent, atq; viderent, quid in Catholicis eorũ prouinciis Lutherus intra XII. annos instituerit. Quin ipsum ignitis forcipibus facerent dilacerari, atq; in puluerem comburi, suumq; nepotem ac patruelem, Ducem Georgium, summis laudibus prosequuturi essent, quod prouincias suas, nõ solũ strenue in Catholica fide antiquisq; Cæremoniis (sicut ipsi post se reliquerant) conseruarit: Verum etiam temporalium rerũ incrementis, multisq; præclaris ædificiis, per prouidi accuratamq; regendi solertiam suam ita extulerit atque ditauerit, vt meliores antea nunquam fuerint. Hæc ibi Cochlæus. Cæterum quante sint calumniæ impietatesq; Lutheri eo in libro suo, contra omnem statum Monasticum: Integro declarauit idem Cochlæus libro. Sed nimis longa foret omnium recitatio. In summa vocat ibi Lutherus omnes Monachos perfidos, abnegatos, Apostaticosque Christianos, atq; etiam blasphematores ac nouos Crucifixores redemptoris sui Iesu Christi, criminatoresq; eius passionis ac sanguinis. Ideoq; suadet ibi populo vt

Dux Saxi. Ernestus olim Princeps Ele.

Conuitia Luthe in Monachos.

atac-

assuescat per Monachum nihil aliud intelligere, quàm abnegatum Christianum, Apostatam a fide Christi, confœderatum Diabolo aut Magum &c. Erat itaq; grauis inter agnatos Principes, Ducem Electorẽ, & Ducẽ Georgiũ, dissensio, non solũ in causa fidei & religionis: verum etiam in quibusdã aliis rebus, quæ ad temporale regimen spectabant. Quoniã vero inter Ducẽ, Electorẽ Ernestũ, huius Electoris auum, & inter Ducẽ Albertum, Ducis Georgij patrem (qui erãt fratres Germani) ita mixtim facta fuit terrarum diuisio, vt alter alteri bellum inferre, absq; propria terrarum suarum iactura, nõ posset: ideo ex vtraq; parte factus est delectus Consiliariorum insigniumq; virorum, qui in vnum conuenientes, velut arbitri, in quos vterque Princeps compromiserat, ita composuerũt fœliciter omnes dissidiorum causas, vt tam Luthero quàm Cochlæo aliisque interdictum sit, ne de cætero suis de religione contentionibus intermisceant nomina causásque Principum istorum aut earum ciuitatum.

Cõcordia inter Electorem & Ducẽ Georgium facta.

Interea cœperũt, non sine laude multorũ, legi opuscula Georgij Vuicelij, qui X. annis Lutheranus fuerat: Resipiscens autẽ, Lutheri dogmata docte acriterq; impugnabat. Lutherus quidẽ longe superbior erat, quàm vt dignaretur illi respondere: Ionas autem & Cordatus ac Raidenus quidam, partim Latine partim Teuthonice, criminationum & cõuitiorum plaustra plena in eum effuderunt, Quibus ille intrepide

Georgius Vuicelius desertor Lutherismi.

Verba eius in Iustũ Ionam.

respondit. Ionę quidem inter multa alia sic obuiat. Atque adeo tu ipse (inquit) Iona fastus es Balthassari Phacho, viro incorrupto, ante quatriduum, quàm isthinc discederem, immitius mecum actum fuisse. Vbi nũc laqueus prefocator, à quo non longe abfui? Immò, vbi est frons tua Iona? O sanctum virum, cui ex corde imo dolet, quod non iam diu in crucem subductus, coruos pasco. Parum erat, me Cethegum factum, nisi & Verrem faceret, & post fidefugum, virtutis omnis hostem, mente praua natum, carnificem furiosum &c. O linguam recte Euangelicam, probe saluificam. Vellem autem Iona, tui nominis tuæq; sectæ aliquam habuisses rationem, in ista tua perturbatione, quæ te, quantus quantus es, totum absorptum, adeoq; dementatum, per tot conuitiorum ac mendaciorum præcipitia agitauit &c.

Fax & origo seditionũ fuit Lutherus.

Maxime vero ægre tulerunt, quod Vuicelius omnem tumultum calamitatũmque culpam & originem Luthero imputauit: sic enim scripsit in eodem libro. Qui fax & origo totius calamitatis extitit, is in summum cacumen euectus, rerum belle potitur: Vere Leo (nam ita voluntque dicatum) in cubili suo accubans, qui sibi carnisque suis sufficienter cepit. Quare rugitu suo misera animalcula perterrefacit, vt ne mutire quidem contra audeant, & attrahit pauperẽ, vt attractum deuoret. Dic mihi, ad quem fecit in Conuentu Vuormaciensi Secretarius Badensis hæc verba. Ingentes motus excitaturi sum si-

bri

bri tui? An fefellit eum opinio? Quis primum scripsit, Verbum Christi annunciare Tyrannis tumultum? Quis suasit, vt quisquis possit & velit, discindat atque aboleat Bullas, immò in cinerem vertat valuas, quibus fixæ eæ sint? Quis suasit, Monasteria solo æquanda esse, vt Diabolì lupanaria? Et sat esse causæ dixit, cur Ecclesię Collegiatæ, vna cum Monasteriis & sacellis eradicentur. Quis cecinit Dorium hocce, Episcopos commeritos, vt è Christianismo, ceu lupi, fures, & latrones expellantur? Quis scripsit de lotione manuum in sanguine Cleri Rom. Ecclesiæ? O Thraces, O Scordisci, qui adeo humano sanguine delectamini. Mirum, quod nõ ex ossibus capitum magis bibere libet, quàm è cyphis auratis. Taceo hic Bohemicum exemplum, quod minatur Æmatodispas ille. Quem refert Epistola ad Lyncum, in qua absque misericordia perdantur Papistæ? Hæc & id genus seditiosa scripta non pauca obiecit ex Lutheri libris Lutheranis Vuicelius.

Ad quæ sane nihil respondit Lutherus, nisi quod in Raideni librum scripsit præfationem Teuthonicam. In qua magno fastu & contemptu ait, Manifesta mendacia responso digna nõ esse: Vuicelij autem impudens & os & cor, contra propriam suam conscientiam, adeo manifeste mentiri, vt etiã eius Papistæ palpare queant, etiamsi cæci essent: Ideo non esse dignum leuẽ illum nebulonem, ad cuius scripta respondere debeat. Hac Lutherus calumnia, soluit, iudice

Præfatio Lut. contra Vuicelium.

se & cæco vulgo suo, cuncta Vuicelij argumenta. Verum apud cordatiores, cœpit indies suspectior fieri Lutheri doctrina, dum viderent ab ea deficere doctos & disertos quosdam viros, qui & stylo & ingenio valent. Inter quos sane præcipue Doctorem Ioannem Crotum & hunc Vuicelium, criminatur & odit Lutherus cũ suis. Eodem anno missi fuerunt in Germaniam Oratores duo. Vnus à Papa Clemente VII, alter à Cæsare Augusto Carolo V. Qui Principibus Statibus Ro. Imperij annunciarent futuri Concilij Generalis celebrationem. Quę qualiter agenda esset, Octo declarabatur articulis: Qui vbi propositi fuissent Electori Saxoniæ, is petiit dilationem ad respondendum, donec super ea re cum cæteris sibi adhęrentibus consultaret in Conuentu Smalkaldiensi, sub finẽ Iunij mẽsis habendo. Facta igitur ibi deliberatione, sui pserunt responsum, in quo vbique prætulerit summo Pontifici (tãquam ei nihil obedientiæ debeant) Ro. Imperatorem, quem pro domino suo agnoscebant. Quamuis igitur in proponido & subscribendo vidissent vbique primas partes datas fuisse Nuncio Apostolico, R. Domino Hugoni de Rangonibus, Comiti, & Episcopo Regiensi, qui & Principem se subscripserat. Post quem Cæsaris Orator absque omni additione subscripserat simpliciter, Lambertus à Briaerde: Ipsi tamen in responso suo, hoc vsi sunt initio. Salutem plurimam & officia nostra. Magnifice & Reuerende in domino, amicissime

Duo Oratores, vnus Papæ, alter Cæsaris, propter Concilium generale ad Principes missi.

Responsum Lutheranorũ

gularis,& Domini obseruandi. Cum nuper nobiscum die secundo Iunij essetis, in oppido nostro Vuinmaria, in Turingia, postquam nobis deliberata quædam Inuictissimi Imperatoris Caroli Quinti, Cæsaris Augusti, Domini nostri Clemẽtissimi, & Ro. Pontificis Clemẽtis, de Concilio exposuistis, & Nuncius Pontificius exhibuit nobis quosdam articulos de Concilio scriptos: Respondimus vobis, nos collocuturos esse de hac re cum aliis Principibus, Comitibus ac Ciuitatibus, nobiscum sentientibus de religione &c. Quoniam vero primus articulus ita habebat. Quod Vniuersale hoc Concilium, quod indicendum & celebrandum proponitur, liberum sit, & iuxta morẽ Ecclesiæ cõsuetum, atque multis ante sæculis ab initio vsque Vniuersalium Conciliorum ad hæc tẽpora obseruatum, celebretur. Secundus vero sic. Quod ij, qui Concilio interesse habebunt, eius decretis stare & inuiolabiliter parere, profiteãtur & promittant. Et sextus locum in Italia Cõcilio præfigebat, vnam ex his tribus ciuitatib⁹. Mantuam, Bononiam, Placentiam. Quarum vnaquæque cum tuta, capax, fertilis, & salubris sit: vicinitate etiam situs, Germaniæ magis, quàm cæteris omnibus Transalpinis Nationibus esset accommoda.

Articuli de Concilio futuro.

Lutherani in respõso suo de iis maxime cõquerebãtur articulis, tanquàm prorsus dissentientibus à deliberationibus Principũ, quæ in Conuẽtibus Imperialibus habitę atque cõclusę fue-

Querela Lutheranorũ contra eos articulos.

rant. Etsi enim in primo (inquiunt) articulo vocat librum Concilium, tamen aliud agitur re ipsa, cum primum omnes potentatus sibi obligare vult. Si enim liberam Synodum habere vellet, hanc obligationem non requireret: Quæ enim nihil profutura est, si quid contra eum in libera Synodo, ex verbo & scripturis Dei decernatur. Nũc cum obligat Principes, certe per speciem & nomen Concilij, id facit suæ potentiæ stabiliendæ causa, vultq; habere obnoxias omnium voluntates &c. Aduersus hæc ita præfatus est Cochlæus, in quodam ad Primatem Scotiæ Archiepiscopum S. Andrææ libello. Quod Lutherani in hos Octo de habẽdo Concilio articulos consentire nolunt, mera videtur esse tergiuersatio. Quid enim in illis est, quæso, vel durum vel iniquum, quod vlla æquitate aut ratione honeste recusari queat? Etenim in primo articulo petitur, vt Concilium sit liberum, vbi scilicet Patribus tuto ac secure decernere liceat quicquid spiritui sancto visum fuerit. At illi efflagitant, vt in Germania celebretur, vbi Patres ita forent captiui vt nisi decernerẽt ea, quæ Lutheranis placeant, mox armis Nobilium & Lutheranæ plebis furori obiicerentur interficiendi. Petitur in eodem, vt celebretur Concilium iuxta morem Ecclesiæ consuetum, & tot retro sæculis ab initio vsque seruatum. At illi nouum quærunt morem, iuxta quem summo Pontifici præponatur Ro. Imperator: Cardinalibus & Episcopis Principes & Domini sęculares: Pastoribus

Cochlæus de æquitate illorũ articulorũ.

Nouum morem in Cõcilio petunt Lutheranì.

nibus scilicet oues, Sacerdotibus Laici, Patri-
bus sque filij. Et de fidei quæstionibus non de-
bernãt Episcopi & Theologi, sed clamosi Rhe-
tores & Syllabarij Laici, qui nouam Bibliorum
interpretationem, quam Lutherus ædidit, in
manibus gestantes, sacræ Theologiæ Docto-
ribus insultent & reclament, contentiosisque
vociferationibus præualeant, quod non aliter
intelligendus sit cuiuslibet scripturæ textus,
quemipsi cum suo Luthero intelligunt. In se
cundo autem articulo petitur, vt Concilij De-
cretis pareatur. Hoc Lutheranis alienissimum
videtur, Quasi contra libertatem Christianam
sit, parere Concilio. Vellent potius ita celebra
ri Conciliũ, sicut celebrati sunt hactenus apud
nos Germanos pleriqúe Conuentus Imperia-
les. In quibus licuit eis, per saluum condu-
ctum, impune contradicere quibuslibet alio-
rum Principium Ordinúmque, atque adeo &
ipsius Imperatoris decretis: Consumptis fru-
strator Millibus atque etiam Myriadibus Au-
teorum, dum fictis verbis spem concordiæ no
bis proponerent &c. Dicebant in eodem re-
sponso suo Lutherani, Ad officium Cæsareæ
Maiestatis pertinere, vt Cæsar curet, rem ex ver
bo Dei cognosci ac iudicari, quandocunque
Ro. Pontifex veritati aduersatur: Ne Papa, cum
pars sit, simul etiam Iudex sit. Ad hæc ita re-
spondit Cochlæus. Quomodo in Concilio iu
dex præcipuus & solus erit scriptura (vt Luthe-
rani volunt (quæ sententiam per sese neque sen

Parere Decretis Concilij, alienum est Lutheranis.

Sola scriptura diuina non potest in controuersiis iudex esse.

tit, neque intelligit, neque eloqui potest? Nil
per hoc derogauerim sacræ scripturę, quam
opus spiritus sancti veneror & sacrosanctam
habeo, à qua & pendeo, ac sciens prudens
ne latum quidem digitum ab ea discesserim, a
verum eius sensum in controuersiis, non ab
samet requiro, quia eloqui ne scit: sed à sa
ctis Patribus, qui viuo Dei spiritu inspirati
cuti sunt: Aut à Ro. Pontifice, pro cuius fi
Christus ipse rogauit: Aut à Generali Con
lio, in cuius medio Christus ipse est, & spiritu
veritatis realiter pręsens existit, sententiam
per ora patrum (qui Ecclesiam repræsentant
raciter dictat. Habitat enim spiritus ille, non
mortua litera, sed in viuo corpore Christi, qu
est Ecclesia, quam gubernat, sicut anima co
pus: Non in verbis aut syllabis scriptis, sed
cordib⁹ fidelium, quæ sunt Epistola viua (vt a
Apostolus) nã vere viuunt per fidẽ. Sicut enim
corpus ex anima: Ita & anima ex fide viuit.

2. Cor. 3.

Quis debet esse iudex in causis fidei.

Quando ergo clamant Lutherani (verbi gra
tia, circa hæc verba. Hoc est corpus meũ) suum
sensum esse verum: Contra vero clamant alii
hæretici, vt Zuingliani, suum esse verior é: Ca
tholici vero reclamant vtrisq;. Quis hic, quæ
so, eloquatur sententiã? Nemo profecto iustius,
quàm summus Pontifex, aut Generale Conci
lium. Diuina enim scriptura in controuersiis,
non ad scripturã mutã, sed ad summũ sacerdotem
ire iubet, vt ab eo petatur * iudicium veritatis,
Deut. 17. Sic & Malachias ait. Labia sacerdotis

iudicij veritas.

custodiunt

custodiũt scientiã, & legẽ requirent ex ore ei⁹: Quia angel⁹ domini exercituũ est. Sic Christus uult audire, non muras literas, sed Ecclesiam suã. Deniq; & Paulus cũ Barnaba, in controuersia de circũcisione exorta, appellauerũt, nõ ad scripturã, quæ decernere nequit, sed ad Apostolos & Seniores in Hierusalẽ. Et illi eã controuersiã determinantes, non scripturã, sed spiritũ sanctũ, & seipsos posuerũt iudices, dicentes. Visum est spiritui sancto & nobis &c. Si enim aduersarij Pauli fuissent tam peruicaces & rebelles Ecclesiæ, quàm hodie sunt Lutherani: nequaquam acquieuissent illi iudicio, sed dixissent. Quæ scriptura decernit, ne circuncidantur gentes? Atque ita in hunc vsque diem permansisset ea controuersia: Quia non scriptura, sed spiritus sanctus per Apostolos & Seniores eam determinauit. Hæc & id genus alia Cochlæus ad Primatem Scotiæ, contra exceptiones & tergiuersationes Lutheranorum. Qui sub idem fere tempus aliam quoque Apologiam scripsit, pro Episcopis Scotiæ, aduersus Alexandrum Alesium Scotum, qui Apostatica perfidia è Scotiæ regno Vuittrenbergam profugerat, atque ibi odiosam aduersus Episcopos illius regni, querelam & accusationem ædiderat, ad Sereniss. Regem Scotiæ, Iacobum Quintum: propter quoddam Decretum, quod prohibebat legere Noui Testamenti libros lingua vernacula. Dicebat Alesius. Quid facerẽt aliud Turcę, aut alię gẽtes inimicę

Malach. 2.
Matth. 18.
Act. 15.

Apologia Cochlæi pro Episcopis Scotiæ, contra Alesium Apostatã.

nomini Christiano, quàm quod isti faciunt, ne populus attingeret sacros libros, ne cognosceret Christi beneficia & sanctissima præcepta &c. Respondit Cochlæus. Nequaquam faciunt Episcopi per illud Edictum, sicut Turcæ aut aliæ gentes inimicæ nomini Christiano. Turcæ enim omnibus, vbi possunt, Christianis sacros libros adimunt, sacerdotibus iuxta ac Laicis, absque vllo discrimine & respectu. Episcopi autem optima intentione, non ad odium Christi aut plebis Christianæ, sed ad gloriam Christi, & in ædificationem atque vtilitatem plebis, ita statuunt, Vt plebs in Ecclesia à sacerdotibus, rite vocatis & ordinatis, verbum Dei, beneficia, præcepta & promissa Christi audiat deuote, & addiscat cum fructu. Scriptum est enim: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ requirent ex ore eius. Hoc enim longe melius est, & diuinæ ordinationi conformius, quàm est nouitas Lutherana: Qua tantis populus retrahitur à concione publica, & solicitur angulari prædicatione aut lectione Laicorum, quos nemo in Ecclesia Doctores constituit. Nullum itaque pariunt fructum bonum: De quibus dicit Dominus per Prophetam. Expectaui vt facerent vuas, & fecerunt bruscas. Et Christus in Euangelio. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? De quibus & Erasmus Roterodamus, vir æuo nostro longe doctissimus, ita scribit ad Vulturium. Nunquam illorum Ecclesias sum ingressus,

Malach. 2.

Prædicationes Lutheranæ sine fructu bono.

Esaiæ 5.

Matth. 7.

tus, sed aliquando vidi redeuntes à concione, veluti malo spiritu afflatos, vultibus omnem iocundiam, ac miram ferociam præ se ferentibus. Quis verò vnquàm vidit in illorum conciionibus quenquam, pro peccatis suis fundentem lachrymas, tundentem pectus, aut ingemiscentem? Hæc ille. Laudandi igitur, non redarguendi sunt Episcopi, qui tales deordinationes & peruersitates prohibent. In hunc modum respōdit Cochlæus ad 50. huiusmodi obiectiones Alesij, quas longum foret recitare.

Sed & contra Sebastianum Francum Teuthonice scripsit, nempe contra hominē Zuinglianum, qui Teuthonice grande scripsit volumen, quod Chronica inscripsit, in tres partes diuisum. In quarum prima, recitat historias ab Adam vsque ad Christum. In secunda, à Christo vsque ad coronationem Imperatoris nostri Caroli V. Augusti, Bononiæ factam. In tertia verò (quæ vt cæteris est prolixior, ita & longe pestilentior) totis ingenij sui viribus oppugnat Ro. Pontificum autoritatem gestáque & constitutiones. Diuisit eam partē in VIII. libros bene longos. In quorum primo ex Veleno, aliisque hæreticis probare nititur, Sanctum Petrum Romam nunquàm venisse: Et vitas Pontificum adeo maligne describit, vt multo plures sint ibi criminationes & calumniæ, quàm rerum gestarum historiæ. In secundo libro scribit de Conciliis. In tertio de hæreticis. In Quarto de Monachorum ordinibus. In

Chronica Sebastiani Frāci hæretici.

Quinto de sanctorum cultu & de Missa. In sexto de vitiis & malis artibus Ro. Pontificum. In septimo de Ecclesiasticorum Curtisanicis negociis. In octauo de signis, Papam & Antichristum concernentibus, & de extremo iudicio. Totum sane volumen adeo refertum est & impiis erroribus, & odiosis mendaciis seditiosisque calumniis, in Papam omnémque Clerum atque etiam in tributa & vectigalia sæcularium Principum: vt Magistratus Argentinensis, & Typographo interdixerit venditionem librorum, & autori ciuitatem: Nihilominus multi per fallaciam furtiue in occulto vendita sunt volumina. Cochlæus igitur, vt Germanis suis breuiter ostenderet, quàm misere ac multo gne ab huiusmodi nebulonibus decipiantur. Duos ædidit libellos. Vnum contra Reformationem falso adscriptam pio Principi, Sigismundo Imperatori Augusto: Alterum contra vnum duntaxat Capitulum Quinti libri Tertiæ partis Chronicorum Francii iam dicti, Cui hanc fecit Francus ille superscriptionem. Quando, quomodo, & à quo, Occidentalis Ecclesia Europæ, Missam & Transsubstantiationem panis & vini in corpus & sanguinem Christi acceperit.

Duo Libelli Cochlæi.

De Missa & Transsubstantiatione.

Ad quam sane Cochlæus dolenter ita respondit. Vtranque certissime accepimus à Christo Domino nostro: Vtraque enim non humanis viribus aut verbis, sed mandato, virtute & verbo Christi, Omnipotentis filij Dei, fit, qui dixit. Hoc est corpus meum: Hoc facite in meã

commem-

commemorationem. At Francus iste, velut hostis tum Missæ tum Ecclesiæ, vult vtrãque rem facere nouam ac nuper introductam, & à Diabolo inuentam. Quod tamen neque ipse, neq; Lutherus, néque vllus spiritus seditiosi, simul cũ omnibus dæmoniis, ostendere vnquàm poterit &c. Respõdit deĩde sigillatim ad LXXXVIII articulos ex vno illo capitulo excerptos. Circa vltimum ergo sic ait. Mallem equidem multo potius ex sacra scriptura religiosisque scriptis sanctorum patrum, contemplatiuam quærere vitam, & cor meum in Dei laudibus mirabilibusque consolari atque oblectare, quàm huiusmodi vanis impuisque nugis hæreticorũ intendere: Sed oportet me, velut exiguum & qualecunque membrum Ecclesiæ, aduersus immanes, virulẽtos, & importunos istos Ecclesiæ hostes, facere quod in me est, quantum Deus dederit. Vnde cogor, tantum molestiarum, vaniloquiorum, venenosarum deceptionum, odiosorũ mendaciorũ, criminationũ, conuitiorũ calũniarũmq;, ab istis illotis, & à dæmonio obsessis blateronib⁹ pati atq; videre. E quibus nihil suaue, iocũdum aut ædificatorium recipio, sed amarissimum fel omnémque sordẽ, hæresimq; & illuuiem rudissimorũ Bubalorũ & Onagrorũ veteris nequitiæ & impietatis, nempe Leonistarum, Albigensium, Pighardorum, Thaboritarum, Hussitarum &c. cũm nausea conspicio. Quã nouelli isti hæretici pleno vomitu in publicum eructant, iteratisq; sordiũ vicibus in

plebem Dei euomunt. Fuit isto anno apud Lutheranos tanta de nouissimo die & extremo iudicio fama, atque etiam de certo die huius anni persuasio, vt ex plebe multi nollent aedificare, ex agricolis multi nollent seminare & arare: ex Nobilibus non pauci sumpserint Eucharistiam, tanquam certo die (qui mundo nouissimus foret) morituri. Verum vbi dies ille praefixus à Pseudoprophetis, praeteriit absque mundi transitione: misere decepti atque illi homines illi Euangelici, & coram aliis erubuerunt, & se inuicem deriserunt, Vuittenbergae atque in plaerisque aliis oppidis. Quemadmodum & Anabaptistae plerunque terruerunt ea comminatione homines simpliciores: Qui si vere Euangelici aut essent aut vnquam fuissent, scirent vtique, Christum dixisse, Matth. 24. De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pater solus. Et Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXIIII.

Praefatio Luthe. in librum suum. De angulari Missa.

INterea longe immaniorem virulentiorémque Teuthonice euulgauit librum Lutherus, quem inscripsit de angulari Missa consecrationéque sacerdotum. In quo

sine sic præfatur. Nos hactenus semper, præsertim verò in Conuentu Imperiali Augustæ, humiliter obtulimus nos Papæ & Episcopis, quod nollemus eorum ius Ecclesiasticámque potestatem dissipare, sed si nos ad impios non cogerent articulos, vellemus libenter ab eis & consecrari & gubernari: Vellemus præterea coadiuuare ad manutenendum tale ius atque potestatem. Verum non potuimus id ab eis obtinere aut impetrare, Sed volunt nos aut ad sua mendacia abominationesque cogere, aut neci date. Quod si aliquando euenerit eis (quandoquidem sic indurati sunt Pharaones) circa potestatem & consecrationem, sicut euenit circa Indulgentias, Cuius, quæso, erit culpa? Cum enim offerrem me de Indulgentiis tacere, si modo de me tacerent alij, tum neque Papa, neque Cardinales, neque Episcopi me audire voluerunt, sed volebant simpliciter, vt reuocarem, aliosque clamare sinerem. Quid inde lucrati sunt? Hic iacent Indulgentiæ, & literæ simul cum sigillis euanuerunt, nec est quicquam in mundo Indulgentiis contemptius. Et infra, Quid, si propediem sic eueniet eis circa Ecclesiasticam potestatem, & circa sacrorum ordinum consecrationem, vt quemadmodum Indulgentiæ cum literis disparuerunt atque euanuerunt: sic & Chrisma rasæque coronæ dissipentur, vt nesciatur vbi Episcopus aut presbyter manserit? Deus est mirabilis, Indulgentias abolevit, Purgatorium ignem extinxit, pere-

Mina Luth.

grinationes suppressit, multosque alios Dei Mammonæ cultus, atque Idololatrias Papistarum prostrauit, per verbum suum: An etiam tantum medullæ in manibus suis adhuc habeat, vt rancidum Chrisma, præter suam voluntatem, per mera figmēta humana introductum, possit exufflare? Hæc in præfatione ibi Lutherus. Deinde subiungit disputationem Diaboli cum ipso habitam. In qua sane Quinque rationibus probauerit ille, Lutherum XV. annis, dum celebrauerit Missam fere quotidie, meram commisisse Idololatriam, eò quod non consecrauerit ibi corpus & sanguinem Christi, sed meram panem vinúmque adorauerit, aliisque adorandum proposuerit. Dein fingit, se illi respōdisse, quod fuerit consecratus sacerdos, & acceperit ab Episcopo Chrisma & sacros Ordines, idque totū se fecisse ex mādato & obedientia, ac serio protulisse verba consecrationis, magnaque cū deuotione Missas celebrasse. Quomodo igitur dicat ille, quod non consecrauerit? Tum respondisse Diabolum, hæc quidem esse vera: Sed Turcas quoque & Paganos omnia in Templis suis facere ex mādato & obedientia. Ac sacerdotes Ieroboā (ipse Ierabeā dicit) in Dan & Bersabee omnia fecisse, forsitan maiori cum deuotione, quàm veros sacerdotes in Hierusalem. Quid ergo, si tuus ordo, tuum Chrisma, tuaq; consecratio impia fuerit & falsa, sicut Turcarū ac Samaritarū? Hic ait sibi Lutherus erupisse sudorem, corq; cœpisse tremere ac palpitare, tāquā fuerit

Disputatio Luthe. cum Diabolo.

à Diabolo

à Diabolo victo. Postea subdit illio argumenta, quæ pro inuictis acceptat. Contra has impietates Cochlæus protinoædidit sex libros Innocentij Tertij, doctissimi ac laudatissimi Pontificis: De sacro altaris mysterio, eosq; nũcupauit Nobilissimo Principi, Domino Ferdinãdo, Romanorũ Vngariæq; & Bohæmię Regi. Inter cętera sic dicens. Non arbitror, mihi ad Maiestatẽ tuã scribenti vel decorũ vel necessariũ fore, exquisitis declarare argumentis, quanto iustius securiusq; credendũ sit tã pio ac erudito Pontifici, quàm desperato & in reprobũ sensum dato Apostatæ, cuius amarulentia, furor, inconstãtia, fastus animi, & excæcatæ mentis malitia, impridem vario rerum tractatuumque experimento Maiestati tuæ probe cognita sunt. Nec dignum existimo aut rationabile, vt tam insanus, infamis & impius Diaboli satelles, vlla ex parte vel doctrinæ vel virtutis, cum tanto Pontifice conferatur, aut in comparationem vllam admittatur: cum in eo ne mica quidem vllius virtutis aut sanæ doctrinæ, amplius sit reliqua. Hæc ibi Cochlæus, qui & alios tres eiusdem Pontificis libellos, de contemptu mundi seu de miseria conditionis humanę tum ędidit, atque etiam Duos compendiosos libellos Isidori de officiis Ecclesiasticis, ante annos 900. ab illo scriptos: quibo merito rectius creditur, quã futiis Lutheri. Et ne Germanię populos negligere videretur, Teuthonice quoq; respondit tã ipio ac plane diabolico libro Lutheri. Vbi sic

Præfatio Cochlæi pro Innocẽtio III. contra Luth.

Liber Cochlæi de Missa, & sacris ordinibus contra Luthe.

præfari cœpit. Inquietus Ecclesiæ hostis Lutherus, rursus nouum ædidit librum, hocce cũ titulo. De angulari Missa & sacerdotum consecratione. In quo sane sanctissimum patrem nostrum Papam, contumeliose vocat Regem Gilirium (tanquam Cæsar, Reges, Principes, Cardinales, Episcopi, aliique Domini, qui eũ pro summo Christi Vicario summoq; totius Christianitatis Prælato agnoscunt, pro Gliribus habendi sint) Nostros vero Episcopos & Pastores, vocat fures Dei, sacrilegos, sacerdotes angulares, dãnatos, fatuos &c. Missam vocat abominationem: immaculatum altaris sacrificiũ vocat stercus, lutum, sordem, illuuiem: sacros Ordines, rancidũ putidũmque Chrisma. Quæ sane conuitia, supra modum horrenda, merito debent omnib⁹ Christianis esse intolerabilia, ac velut ignea tela serpentis, maxime abominanda, nec secus atque Diabolicæ blasphemiæ, in æternas tenẽbras reiicienda &c. Aduersus autem minas Luthericæ præfationis ita solatur Catholicos. Quod autẽ minatur nunq; se finem impositurum sacris Ordinibus Ecclesiasticæque potestati, sicut fecisse Indulgentiis se iactitat: hoc nos Catholicos sacerdotes (qui potestatem istã Ordinémque sacrũ principaliter habemus non ab eo, neque ab vllo homine aut Angelo, sed à Deo ipso) deterrere nõ debet. Lutherus enim iam olim nouas ædidit Bullas & Indulgentias, ante XII. annos, inseditioso libro suo, aduersus omnem Statum Ecclesiasticum:

Contra minas Luth.

clesiasticum: Tanquam ij forent veri Christiani ac filij Dei, qui & consilio & auxilio coadiuuarent, vt Episcopatus, Collegia sacerdotũ, & omnia Monasteria delerentur. Cum autem misere seductis Agricolis, Diabolicus ille conatus male succederet: nouus iste Papa, nouas edidit aduersus eos Indulgentias, vt quicunque rusticos illos perimeret quocunque modo, palam aut occulte, is optimum Deo prestaret obsequium. Quod si in hoc opere interficeretur ipse, anima eius è vestigio mox in cœlum euolaret. Tale enim esset tunc tempus, vt Princeps aliquis cædibus & sanguinis effusione melius posset promereri cœlum, quàm alij precibus.

Luth. contra rusticos.

Quod si nunc extra Dei in angulo suo Indulgentias, Missasque & sacerdotales ordinationes, per sceleratas calumnias Sophisticasque nugas reddit reddiditue contemptibiles: cogitet tamen econtra & audire & experiri, quod non solum in amplissimis regnis longinquisque prouinciis Hispaniarum, Galliarum, Italiæ, Scotiæ, &c. Verum etiam in proximis coram oculis suis Principatibus Catholicorum Principum Saxoniæ, Marchiæ, Misniæ & Turingiæ, adhuc quotidie à consecratis sacerdotibus celebrãtur (Deo sit laus & gratiarũ actio) Missæ, statisque diebus annunciantur Indulgentiæ. Lutheri autem nomen in plærisque locis ita exosum est ac maledictum, vt illud neque in bono, neque in malo proferre liceat. Quod profecto singularis & hacten⁹ inaudita

De Indulgentiis vana iactãtia Luth.

Nomen Luthe. execrabilius nomine Diaboli.

est plaga atque contumelia, vt Lutheri nomen odiosi⁹ sit, quàm Iudæ proditoris, & quàm Diaboli ipsius: Quorũ nomina longe tutius secuiusq; in iisce locis pronunciari possunt, quàm nomen Lutheri. Hæc ibi contra Lutheri minas. Aduersus autẽ Quinq; argumenta Diaboli, quib⁹ se victũ dicit Lutherus, respondit Cochlæus tum generaliter, tum specialiter. Generaliter quidem, postquam ex propriis verbis Lutherum de Transsubstantiatione redarguit, ita subiungit. Non foret necessariũ, ad argumenta Lutheri, quæ Diabolũ proposuisse dicit, respondere: Quandoquidẽ omnes probe scimus, Diabolũ esse versipellem, hostem veritatis, malúmq; spiritũ, qui in malo est ac manet obstinatus in perpetuũ, vt nihil boni in mente aut voluntate sua habere aut proponere possit, Quemadmodum Christus de eo ait. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: Quia non
Ioan. 8. est veritas in eo. Sicut & Petrus, Paulus, Ioannes Apostoli, omnesq; sancti de eo conqueruntur, quod sit fraudulentus, mendax, calũniator & seductor. Nullus igitur Christianorũ, boni aliquid ex argumentis eius expectare debet, sed dicet potius intra se, Etiamsi argumenta illa per Sophisticos fucos apparerent valida, quæ soluere non possem, tamen me nihil mouere debent. Quandoquidem certam habeo veritatẽ
2. Cor. 11. Christi, dicentis: Quia non est veritas in eo.
1. Tim. 3. Et Pauli, qui ait. Ipse enim Sathanas transfigurat se in angelũ lucis. Manebo igitur potius in

fide

fide Ecclesiæ, quam Paulus dicit esse colũnam & basim veritatis. Specialiter vero declarat cir ca singula fallacias atque mendacia eius. Verbi gratia. In primo argumento mentitur manifeste, dum ait, Nos non credere in Christum, sicut in saluatorem nostrum, & Turcam atq; Diabolum credere in Christum quoque sicut nos. Quod si Lutherus fatetur, se talem fuisse, de nobis certe id nunquam probare poterit. Quod autem obiicit, nos à Christo ad Mariam aliosq; sanctos fugere, plane mentitur. Non enim inter se contrarij sunt Christus, Maria & sancti: Ideo non sequitur, eum à Christo deficere, qui ad matrem eius confugit. At Lutherus per hoc fallaci pruritu mulcet aures populi, tanquam non sit Christus timendus vt iudex, sed inspiciẽdus tantum, vt mediator atque redemptor: Cũ tamen Christus ipse in Euangelio dicat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Et nos quotidie in Symbolo Apostolorum de eo dicamus. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et Petrus in Actis Apostolorum de eodem dicat. Et præcepit nobis prędicare populo & testificari: quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorũ & mortuorum. Recte igitur imploramus Mariam aliosque sanctos, vt apud Christum Dominum & Iudicem nostrum, pro nobis peccatoribus intercedant. Nã & Psalmista ait. Timete Dominũ omnes sancti eius. Per hęc itaq; iacet in luto primum argumẽtũ, velut putridũ vanũmq; nu-

Responsio specialis ad primum argumentum.

Ioan. 5.

Act. 10.

Psal. 33.

gamentum, ex mendaciis consutum, neque ab acuto Diabolo inuentum. Hæc ibi. Cæteta re ferre nimis longum foret. Declarauit autem Vuicelius Teuthonice per XLIIII. Capitula, qualenam sit Euangelium Lutheri. In quorum sane singulis multos breuiter commemorat errores & nequitias Lutheri: Verbi gratia. In primo Capitulo de libero arbitrio sic incipit. Iste propheta & Euangelista Martinus Lutherus docet, Omnia quæ fiunt, siue bona siue mala, ex necessitate fieri. Item, Deum operari in vno quoque & bonum & malum. Et neminem scire vel bonum vel malum cogitare, sed vnumquenque cogitare sicut cogitur. Quod si ita esset, quis posset à vitiis cauere? Sequeretur itaque, eum qui homicidium, furtum aut adulterium facit, ex necessitate coactum facere, nec posse non facere: præsertim cũ & Iudam dicat ex necessitate coactum, tradidisse Christũ. Hæc est Quarta pars primi Capituli, exempli causa recitata. Ædidit autem idẽ Vuicelius & alios non paucos libros Teuthonice hoc anno: Vtpote vnum de Pœnitentia, Confessione, & Excommunicatioe: Alterum de sacra Eucharistia seu de Missa. In quib⁹ grauiter ex scripturis & antiquis patribus, refellit multos Lutheri errores. Et paulo post aliũ, de Oratione, Ieiunio & Eleemosyna. In quo sane lepidè traducit Lutheranorũ vitia, neglectùmq; bonorũ operũ. De oratione sane sic ait inter alia multa. Summa, Nulla gens viuit super terram, quę non oret, & oratione

Vuicelius de Euangelio Luthe.

Alia opuscula Vuicelij Teuthonica.

Verba Vuicelij de orãdo, cõtra Luth.

orationis opus valere non ſinat, ſiue ſint Chriſtiani, ſiue hæretici, ſiue Iudæi, Pagani, Turcæ, Inſulani &c. Sola ſecta Lutherana multis iam annis contra hoc opus in publicis concionibus vbique pugnauit. Quid orare, quid orare? Orando parum efficies coram Deo. Ad hoc citabāt verba Chriſti Matth. 6. & 23. vbi Dominus reprobat orationes Phariſęorum. Et Ioan. 4. vbi Samaritarum orationem repręhendit. Hic obiiciebant ex Pſalmo. Oratio eorum fiat in peccatum: hic dānabant ſeptem horas ſacerdotum, præ quibus Deo gratius ſit, vel aſinum rudere, vel infantem vagire: hic reiiciebant conſuetas Laicorum preces: hic nihil erat boni in cunctis libellis precatoriis, ſiue Latini eſſent ſiue Teuthonici: hic nulla recipienda erat oratio, præterquàm Pater noſter quamuis & ea oratio cum cæteris in diſſuetudinem abibat: hic breuis debuit eſſe oratio, ſi omnino orandum erat, quia Deus oris preces nō curaret: hic irridebantur viduæ velut ſanctorum deuoratrices, quæ flexis genibus iacebant & orabant: hic exibilabantur eæ preces, quæ in confeſſione fuerant iniunctæ. Quæ ergo concio facta eſt, in qua oratio ieiuniumque non vellicarētur? Id autē verum eſſe, ex eorum plebe cognoſcitur, quæ aſſiduis declamationibus tam longe ab hoc opere eſt abducta, vt perpauci ſint, qui vel orent vel in hebdomada ſemel orare cogitent. Quanta eſt turba eorum, qui in toto menſe vno aut altero, ne ſemel quidem integre dicant vnum

Quale apud Lutheranos Ieiunium.

Pater noster? Tam rarum igitur (ne dicam contrarium) eis factum est hoc opus, perinde ac si desierint esse Christiani.

De Ieiunio autem sic eos increpat. Si populus noster per odium operum ab orando potuit auerti, quanto facilius à ieiunando? Nam & antea à ieiunio abhorrebamus: facile igitur abolere potuit. Corpori enim mundanorum longe durius est ieiunare, quàm edere ac bibere. Vnde natum est prouerbium istud. Quis ieiunat libenter? Id quod Christianitati parum honoris affert. Melius igitur fuisset, vt vos operum osores rem diligentius expendissetis, ac tantum mali Christianitati non intulissetis: Quæ sane non minus ieiuniis, quàm orationibus carere neque vult neque potest. Cur igitur tam bonum opus impugnastis? Cui in despectum? An opus malum est ieiunare? An inuentum est humanum? An excogitauerunt aut instituerunt illud sacerdotes? An in scripturis fundamentum non habet? Vbi ergo manet nunc gloriatio hæc vestra. Nihil in Ecclesia nisi malum abrogauimus. Quod bonum est, reseruauimus? Huic gloriationi vestrę nimis diu creditum est: Cum vnusquisque & videat & palpet, merum esse mendacium, quod in cœlum vsque fœtet. De Eleemosyna vero adhuc multo plura eis improperat, eo quod multas pias Eleemosynas aboleuerunt: Vt suas stipes, Balnea, conuiuia, propter defunctos pauperibus exhiberi solita. Item, Cęsus & prouentus sacerdotiorũ, Bona Monasteriorũ, Redit-

Quales apud Luth. Eleemosynæ.

Xeno-

Xenodochiorum &c. Quæ sane & contra chari tatem & contra Testatorum vltimas voluntates pauperibus sunt ablata, & in diuitum aut Helbonum cõmodum versa. Verũ gratia, de Monasteriis abolitis ita disserit. Quo perueniunt magnorum Monasteriorum bona? Quis deuorat eas Eleemosynas? Monachi eas habere non debent, Vnde tu habere debes? permitte iudiciũ Ex vtra parte iustior est possessio? Propter Deũ fundata sunt, propter quem accipis tu? Illi erant mendici, quid es tu? Dicis, eos nihi pie propter ea fecisse, quid pie propter ea facis tu? Per ea peccauerunt, non omnes, credo: Tu vero ad quid aliud vsurpas bona opulentarum Abbatiarum atque Prępositurarum, quam ad mundanam & põpam & voluntatem? An non erant illi multo misericordiores benignioresque erga suos subditos, erga peregrinos, erga omnis generis pauperes, quàm nunc estis vos noui Monachi? O tàm verum est hoc, quam verè vos estis Harpyię. An non plus commodi habuit plebs è Monasteriis antea, quàm modo? An non multi Agricolæ ibi solamen habebant & refugium in suis necessitatibus? quid nunc habent? Hæc & id genus multa Teuthonice Vuicelius, qui per X. annos inter eos versatus, omnia probe nouerat. Interea duæ famosæ prodierunt in publicum Epistolæ, aduersũ Erasmũ Roterodamũ. Vna Nicolai Amsdorfii, qui Magdeburgi Lutherismũ prædicat: altera Lutheri. Amsdorfius breuiter pronunciat,

De Monasteriis.

Duæ Epistolæ famosæ contra Erasmum Rotero.

ſummam Eraſmicæ doctrinæ hanc eſſe. Doctrina Lutheri hæreſis eſt, quia dãnata à Cæſare, & Papa: ſua vero eſt Orthodoxa, quia Epiſcopi & Cardinales, Principes & Reges mittunt & donant ei aurea pocula: ſi aliud eſt in ſuis libris, moriar. Lutheri autem epiſtola, vt multo prolixior, ita & longe atrocior erat. Cui confeſtim reſpondens Eraſmus, & à conuitiis temperans, titulum hunc libello ſuo dedit D. Eraſmi Rote. Purgatio aduerſus epiſtolam non ſobriam Martini Lutheri. In ipſa autem purgatione inter alia multa fecit. Quod mihi Lutherus obiicit, adeo non eſt humanum, vt ſit plus quàm dæmoniacum. Conatur enim hoc orbi perſuadere, Eraſmum non ſolum nihil credere de rebus diuinis: Verũ etiam illud iam olim dolis, inſidiis, totiſque viribus agere, vt vniuerſam religionem Chriſtianã labefactatam, tãdem det præcipitem, proque hac Paganiſmum in mundum reuocet. Non verò (inquit Eraſmus) ne tam atrox & impotens conuitium (nihil enim aliud eſt) in me hæreat apud eos, qui vel legerunt meas lucubrationes, vel domeſtica conſuetudine propius inſpexerũt mores & ingenium meum: Illis ſatisfaciendum eſt, qui quum nec me norint, nec meos libros euoluerint, ſic Luthero ſunt addicti, vt oraculum exiſtiment quicquid dixerit. Vtinam in vita tam obtẽperaſſem diuinis præceptis, quã de his quæ ſunt fidei, liberam & quietã habeo cõſcientiã apud Deũ. Quod ad mores attinet, quotidie cum

Reſponſio Eraſmi.

Atrociſſima in Eraſ. calũnia Luth.

ſuſtinis

suspiriis ac dolore cordis interpello domini misericordiam. Quem tamen nolim mihi vnquam fieri propicium, si Diabolici facinoris vnquam vel leuissima cogitatio pupugit animum meum nõ dicam, vt vniuersam Christi gloriam obscurarem: sed vt ipse à fide Catholica resilirem. At quae vtinam huius corpusculi iactura queam hoc Ecclesiae dissidium consopire, Quam lubens & gaudens eam mortem susciperem. Interim admissorum quidem veniam nocturnis diurnisque precibus à Domino postulo: fidem autem oro, non vt det, sed vt datam confirmet augeatque. Haec coram Deo loquor ex animo, sumat extemplo de me pœnas, si quid mentior. Et infra. Vide (inquit) quàm sibi non constent hominum iudicia. Martinus clamat, me nihil scire, neque quaquam intelligere illa subtilia, quae scribit in Papistas, vix etiam haec crassa, neque quicquam omnino decere. At hi mihi obiiciunt, quod illa ipsa subtilia Lutherus magna ex parte hauserit è mei libris. Fateor me, quę scribo, plæraqua hausisse è libris veterum Orthodoxorum. Cæterum si tollas è libris istius hyperbolas, conuitia, facetias, Tautologias, Ectragodismos, asseuerationes. Ad haec, quae illi conueniunt cum Ioanne Hus & Ioanne Vviclepho, aliisque nonnullis, fortasse non multum restabit, quo veluti proprio glorietur. His crassis meum ocium oblectare malo, quàm istis subtilibus turbare totius Ecclesiae tranquilitatem, ac ciuitates cum ciuitatibus, plebẽ cum Principibus & Episcopis, ipsos

Quales libri Luth.

Principes inter sese committere. Tametsi non sum vsque adeo plumbeus, vt nõ itelligam Martini Paradoxa, quæ nobis memoriter occinunt textrices & calciarii: De iis loquor, quæ Latine prodidit. Iã si nihil esset in eius libris falsum aut erroneum, tamen ista tam effrenis in omnes maledicentia inficit lectorum animos, præsertim Ludiotarum, nec aliud gignit, quàm schismata. Hæc & id genus multa in sui purgationem Erasmus. Tunc autem Anabaptistarum pestis grassabatur in Germania Inferiore: Maxime vero preualuit Monasterii, in celebri ac munita vrbe Vuestphaliæ, in qua & Cathedralis Ecclesia est & multus Clerus. Vnde factum est, vt sero in ea ciuitate publice prædicata fuerit Lutheri doctrina, qua semel admissa, mox vndique cõfluxerint eo ex Inferiore Germania exules Lutherani & Anabaptistæ. Hi primum modesti, & tanquam propter Christi Euangelium propriis sedibus exturbati, hospitio & Christiana misericordia videbantur digni. Pestilentes autem Doctores adiungentes sibi hos conuenas, plurimos ciuis peste sua infecerunt, ac arte pedetentim in perditam sectam illectos pertraxerunt. Tãdem vbi conspiratio satis virium habere visa est, proruperunt subito in forum, armis decertare parati. Reliqui autem ciues, etsi numero superiores essent, pugnare tamen noluerunt, siue quod cuperent ciuium sanguini parcere, siue quod timerent, ne Episcopus eorum, qui foris proxime vrbem habebat & equitatum & peditatum ex-

Nidus Anabaptistarũ facta vrbs Vuestphaliæ nomine Monasterium

peditum

peditum, per eam pugnam vrbe potiretur. Præualentes itaque Anabaptistæ, mox omni Magistratum administratione priuarunt: factis autem induciis paucorum dierum, permiserunt primo abire uolentibus res suas exportare, nisi si quid esculentum aut poculentũ esset. Horum enim adeo nihil efferri sunt passi, vt mulieribus quibusdam, quæ agmen infantiũ partim ferebant in vlnis, partim ad manus trahebant, vascula ceruisiæ plena, qua fatigatos in itinere paruulos recreaturæ videbantur, adimerẽt ipsorumque è manibus infantium panes tritices os, quos eis mœstæ matres, vel ad solatium, vel etiam ad leniendam famem dederant, raperẽt.

Violentia eorũ contra alios ciues.

Expulsio spoliatioque ciuium.

Paucis post diebus eos, qui suæ sectæ non erant, spoliatos prius hostilem in modum, ad vnum omnes exegerunt, nihil eis suarum rerum relinquentes, nisi si quàm vestem non admodũ bonam fuissent indutiadeo, vt Corrallia quoque infantibus detraxerint, nec à conuitiis in abeuntes abstinuerint, vocitantes eos impios & Paganos. Pro gentibus enim & infidelibus habent quoslibet, qui suæ sectæ non adhærent. Exturbatis itaque cunctis presbyteris, Monachisque & omni populo Catholico, atque etiam Lutheri parte, vrbem obtinuerunt Anabaptistę, ex infima plebe & experegrina colluuie conuenarum nouum ciuitatis corpus regimenque constituẽtes, atque pulcherrimas, tum Canonicorum, tum Patriciorum, & Senatorum, domos inter sese distribuentes. Episcopus aũt foris

omnes vias obsidebat, ad prohibendum & noua auxilia, & cõmeatus. Ei vero auxilia & instrumẽta bellica mittebant vicini Principes & Episcopi, Archiepiscopus Coloniensis, Dux Cliuensis & Iuliacensis, & Episcopi Vuestphaliæ. Penetrauerunt tamen in vrbem CCC. milites mercenarii, nequicquam prohibente Episcopo: Quin etiam cæsis aliquot eius militibus in conflictu, & quibusdam in vrbem raptis, quorum capita mox præcisa in muris spectacula proposuerunt Anabaptistæ. Ipsa autem vrbs & natura & arte egregie munita erat. Sita nanque in planitiæ, aquam habet, quam nemo auertere facile queat. Neque vllos habet colles vicinos, quos hostis possit insidere. Commeatu præteres & pecunia satis abunde prouisum erat, ex spoliis opulentorum ciuium atque Ecclesiarum. Cæterum obsidio multo longius protracta est, quam putasset vtraque pars. Episcopus certe nõ paucos perdidit milites inter obsidendum. Nam bona pars oppugnando periit, pars venenatis petita sagittis, diro cruciatu animam exhalauit: Anabaptistæ autem gens animæ prodiga, & ad perdendum pereundumque æqu'e animata, mortem nõ formidabant, sed magna sperabant auxilia, tum ab aliis vicinis vrbibus ea peste infectis, tum precipue ex Phrysia & Hollandia magnas expectabãt copias. Propheta igitur eorũ præcipuus, Ioannes à Leydis oppido Holládiæ, artificio sartor, post oppugnationẽ ab Episcopo frustra tentatis

Vrbs munita ac diu obsessa

Rex in ea factus quidam sartor.

ſuis perſuaſit, Deum ſibi per ſpiritum mandaſſe vt Rex fieret Iſraël & iuſtitiæ, ſicut Dauid fuerat, ac toti dominaretur orbi, perderetque omnē potestatem, tum ſæcularem, tum Ecclesiasticam & nemini parceret, niſi iis, qui ſuam reciperent fidem, fierentque ſubditi iuſtitiæ. Cum ergo nemo auderet ſpiritus oraculo contradicere, conſtitutuseſt generali ſuorum conſenſu rex: Qui regno ſic obtento, mox magno apparatu regalem inſtituit Curiā diuerſis officiis & magiſtratibus, atque insigni pompa ſe ſuosque miniſtros exornauit holoſericis, auratisque & argenteis indumentis, quæ ex templis abſtulerat. Ipſe autem geſtabat coronam triplicem ex auro præcipuo, & catenam auream gemmis adornatam: pomum item aureum, cui parua crux aurea ſuperpoſita erat, cum hac inſcriptione. Rex iuſtitiæ ſuper terram. Gladium præterea aureum, cum capulo argenteo. Sic & reginam ſuam eiuſque virgines precioſiſſimo ſplendore fecit ornari. Ter itaque in hebdomada ſic adornatus proceſſit in forum, ibique in ſublimi throno reſedit, ſatellitum ſtipatus caterua. Quicunque ergo cauſam illi ſuam propoſituruſerat, in acceſſu bis curuabat genua, ac ſemel procidebat pronus in terram, antequam negocium proponeret. Rex autem cūctis formidabilis in Maieſtate, nouas cōdidit leges: Permiſit unicuique viro Quatuor, Quinque, ſex aut ſeptē vxores: Ipſe Quatuor habebat & Quintā ſuperīduxit. Præcepit omnib⁹, puellis XII. annos habētibus, vt nuberent: Viris

Pompa nouis Regis.

Terror & ſuperbia regis.

Cœna Domini ab Anabaptistis celebrata

autem præcepit, vt vni vxorum tam diu condormiret, donec grauidam redderet, deinde cum alia concumberet. Paulo post instituit cœnam Domini, circa atrium maioris Ecclesiæ. In qua sane cōsedisse dicuntur Quatuor Millia & CC. homines, quibus Rex & regina cum ministris suis ad mensam ministrarunt. Dederunt autem primo tria fercula de carnibus elixatis & assatis Deinde sumpserunt rex & regina placentas triticeas, quas fregerunt aliisque porrexerunt, dicentes. Accipite & manducate, atque annunciate mortem Domini. Similiter & cantharum vini cum hisce verbis. Accipite & bibite ex eo omnes atque annunciate mortem Domini. Sic & sedentes postea, alter alteri, porrexerunt, sub hisce verbis. Accipe frater aut soror, & comede ex hoc sicut Christus se tradidit pro me: Ita ego metradam pro te. Sic postea Rex quoque & regina cū ministris suis, aque cum iis, qui ex Vigiliis adunerant cœnam, itidem celebrarunt assidentes mēsę Peracta autem cœna, interrogauit Rex in genere totum cœtum, An parati essent omnes facere ac pati voluntatem patris? Cunctis annuentibus ait. Hæc est voluntas patris & hoc eius mandatum, vt aliquos vestrum emittam, ad annunciandum mirabilia eius, quę nobiscum fecit Deinde nominatim ex scheda legit eius prophetas, Ioannes Vuarendorpius, Sex qui irent Osnburgū, Sex qui Casfeldiā, Quinque qui Vuarendorpiā, & Octo (ītер quos & propheta ille erat) qui Su-

Rex multos emisit velut Apostolos in alias vrbes.

quiSusatum proficiscerentur. Rex dedit vnicui que nummum aureum, valoris lX. Florenorum & viaticum præterea. Qui mox relictis omnibus, adhuc vespere illo egressi, cum peruenissent in supradictas vrbes vicinas, horribili clamore intonuerunt dicentes. Conuertimini, & agite pœnitentiam: tempus enim hic breue est, vt pater sit vobis misericors. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Quod si pacem non receperitis, breui subuertetur vrbs vestra.

Prædicatio eorum.

Deinde procedentes, accesserunt ad Prætorium cuiuslibet vrbis & coram Senatu expandentes in terra pallia sua, nummosque illos ex auro preciosos super ea proiicientes, dixerunt. Nos à patre huc missi sumus, ad annunciandũ vobis pacem. Quam si recipitis, bona vestra in commune tradite: Quod si nolueritis, nos hoc aureo nũmo protestamur coram Deo, quod pacem eius non recipitis, sed contemnitis. Et addiderunt. Nunc esse tempus illud, de quo Prophetę omnes prædixerunt, quod Deus nihil aliud habere vult super terram, quàm iustitiã. Postquam ergo rex suo functus officio, totum orbem iustitiæ subiugauerit, tunc Christus tradet regnum patri suo. At miseri ac phanatici homines illi, etsi gratiosi primum à ciuibus auditi atque recepti fuerunt, præsertim Vna, Rendorpiæ & Casteldiæ, quæ vrbes sub Episcopi Monasteriensis ditione sunt: Tamen breue fuit gaudium eorum. Episcopus enim admoto exercitu, statim cõpulit eos ciues vt furiosos prophetas

Pseudoapostoli illi omnes capti fuerunt.

illos in manus ipsius traderent. Osneburgi quo que mox qui eo venerant, comprehensi fuerunt, vt Episcopo traderentur: Nam & ea ciuitas illi paret Episcopo. Alii item Octo, qui Susatum venerant, vbi compertum fuit, quod seditionem excitare intenderent, capti ac vltimo affecti sunt supplicio. Est enim vrbs illa grandis ac populosa, quæ etsi subesse deberet Archiepiscopo Coloniensi: tamen illum non recepit, sed vitur libertate & iure suo. At qui Episcopo traditi fuerunt, tum libere, tum per torturas interrogati, omnia intrepide confessi fuerunt, ad mortem parati: adeo, vt ne vnus quidem ex iis, oblata sibi vltro venia, reuocare aut errorem suum agnoscere voluerit, vsque adeo valide afflauerant à sæuo ac sanguinario spiritu. Interrogati itaque de statu ciuitatis Monasteriensis multa, conformiter respondisse feruntur, quanta esset adhuc abundantia in auro, argento, aliisque pretiosis rebus, Item in siligine, in hordeo, in puluere tormentario. Cæterum modicum superesse silis Caseorumque & Butyri: Esse autem ibi adhuc bis Mille ac CC. viros armis ac bello valdos, quibus senæ sint vxores, singulisque noctibus vigilare Quingentos. Regem autem eorum expectare nouas copias ex Phrysia & Hollandia, quibus receptis, vellet egredi, totamque terram sibi subiugare. Hæc in mense Octobri contigerunt. Cum autem hyems iam instaret, & tantæ vrbis obsidio maximos requireret sumptus: Episcopus inito consilio, vt minori sumptu

Susatum.

Homines mortis cõceptores.

Cõtributiones Principum ac Statuum Imperii.

tu nefarios homines obsessos teneret, extruxit munitiones aliquot aduersus portas vrbis, quibus impositi milites aliquot, omnem ab vrbe commeatum accessumque prohiberent. Sumptibus autem iam exhaustus, implorauit opem a Principibus ac Statibus sacri Ro. Imperii, cũ & ipse Imperii Princeps esset. Qui sane per Oratores suos Vuormaciæ conuenerunt, ibique pro rata portione cuiuslibet communem contributionem decreuerunt in sumptus militum, vt vrbs illa per diuturnam obsidionem famæ saltem ad deditionem cogeretur. Hoc igitur modo extracta est obsidio vsque ad festum natiuitatis Ioannis Baptistæ alterius anni. Tum vero per Transfugam quendam monstrata est militibus via transeundi per aquam ad portam vnam quæ negligentius custodiebatur: Per quam noctu ingressi milites, occisis custodibus, sese ibi coniungentes, ac primo mane agminatim irrũpentes, quoslibet obuios occiderunt. Deinde cõmisso prælio circa maiorem Ecclesiam, vbi munitiones suas habebant Anabaptistæ: victi ac cæsi sunt quicunque arma portabant. Rex vero cum duobus præcipuis suis consiliariis latitans in turre quadam, inde extractus est à militibus, multisque mensibus in carcere cũ aliis duobus reseruatus, tandem dirum horrendi supplicii spectaculum factus est, ac terribile seditiosis exemplum suis cum consiliariis duobus illis, præcipuis, in ea ipsa vrbe, in qua regnum sibi arroganter constituerat. Eo autem tẽpore, quo

Vrbs Monasteriensis capta

Libellus Cochlæi contra XXI articulos Anabaptistarum

Monasterii obsidebantur Anabaptistæ, circumferebantur XXI. Articuli eorum tam fœdebabari, quàm immaniter impii. In quos sanè Cochlæus breuem ædidit libellum, tum Teutonice propter Germanos, tum Latine propter Polonos. Vbi ostendit, eos articulos originem & radicem habere ex doctrina Lutheri. Verbi gratia. Primus articulus ita habet. Maiorem Ecclesiam, & omnia quæ cultus diuinus dicuntur, deuitare, ibi sic respondit Cochlæus. Hæc vtique Diabolica est doctrina, per quam diuinus cultus in publicis templis aboletur, & omnis generis hæreses in priuatis angulis disseminantur. Vnde ait Christus: Qui male operatur, odit lucem. Hanc vero doctrinam acceperunt infœlices Anabaptistæ à Luthero: qui iam vltra XII. annos docuit, Tẽpla & Monasteria simul cũ omnibus, quæ in ipsis fiũt & gerũtur, esse merasla ruas & facies Antichristi. Qui & Bullas atque Indulgentias ędidit omnibus, qui ad hoc conantur, & in hoc exponunt corpus facultatesque & honorem suum, vt deuastentur Episcopatus, & Episcoporum regimen deleatur. Atque etiam nuper, nondum elapsis sex mensibus, scripsit, Monasteria, quę vocat nidos Glirium, digna esse: vt sic ædificentur & conseruẽtur, quod non maneat lapis super lapidem: Nec vllam eis in rusticorum tumultu iniuriam factam esse, nisi hanc vnicam, quod remanserunt adhuc lapides aliqui ac vestigia quędam. Si ergo coercen-

Luth. contra Catharinum, Et cõtra statũ Eccles.

Idem in parua responsione, cõtra Ducem Georgium.

pla

debent Anabaptistæ ob id, quod deuitant Tem pla ac Monasteria: multo magis puniri debet Lutherus, qui ea iubet, non solum deuitari, sed etiam destrui ac deleri: Id quod sectatores eius persæpe fecerunt. Et in fine libelli ita subiunxit. Ex his vnusquisque facile cognoscet, Anabaptistas aliosque Suermeros & sectarum duces, neque extingui, neque extirpari posse, quandiu hęretici libri Lutheri non fuerint extincti & extirpati. Ipsi enim sunt stirps & radix, vnde tales surculi quotannis crescunt. Quotquot sane demetuntur, non prodest amputasse, quamdiu integra permanet radix, ex qua alii succrescere possunt. Hæc ibi Cochlęus. Cæterum, cum multi, etiam Lutherani, ex libro Lutheri de angulari Missa, suspicarentur Lutherum consentire iam Zuinglianis & Vualdensibus, qui negant in Eucharistia esse substantialiter corpus & sanguinẽ Christi: Quidam ex nobilibus ea de re ipsum admonuit, super ea suspitione. Vnde factum est, vt Lutherus nouam ædiderit epistolam Teuthonice. In qua sane vehementer negat, se consentire Zuinglianis. Verum contra Missam adhuc scelestius ibi malignatur, quàm in priori fecerat libro. Inter cætera enim sic ait. Opto equidem & admodum libenter videre atque audire velim, vt hæc duo verba, Missa & Sacramentum, apud omnes tantum abinuicem distare intelligerẽtur, quãtũ distãt Tenebræ & lux: Immo quãtũ Diabolus & Deus. Quãdoquidẽ Missa nihil aliud est, quã peruersa deordinatio ac rũdi

Epistola Lut. de Missa.

Verba Luthri contra Missã

natio ſaucti Sacramenti, etiamſi deuotiſsime celebretur. Et infra. Det Deus omnibus bonis Chriſtianis tale cor, vt quando audiunt hanc vocem, Miſſa, exterreantur, & cruce muniant ſeſe tanquam contra Diaboli abominationem. Contra vero, quando audiunt hanc vocem, Sacramentum aut Cœna domini, præ gaudio ſaltem atque etiam dulciter fleant. Et rurſus. Oportet Miſſam cadere, nec vllum eſt remedium. Daniel enim proceſsit in loco ſuo iſtud facturus, ſicut oſtendit ei angelus Gabriel. Ille enim Propheta ſcribit, ſe in fine ſæculi proceſſurum: id quod nunc facit, & ait. Antichriſtus conſiſtet in duobus, nempe in Idolo, & in celibatu. Idolum vocat Maoſim, vtens literis, quas hæc vox Miſſa dat. Libenter vocaſſet clare Miſſam, niſi oportuiſſet ipſum, iuxta angeli mandatum, ſignata ponere verba. Hæc & id genus plura ibi Lutherus. Aduerſus ea breuem Teuthonicum libellum ædidit Coclæus, non ad Lutherum qui eum reſponſione ſua non putabat dignum, ſed ad Iuſtum Ionam, qui vnus erat ex Quatuor Euangeliſtis Vuittenbergenſibus, quorum nomina in frontiſpicio Lutherici libri Quatuor paginæ angulos occupabant. Propoſuit ergo ei XI. quæſtiones ex Lutheri epiſtola, vt ad eas reſponderet atque argumenta eis obiecta diſſoluerent XXVIII. præterea mendacia ex eadem epiſtola vt ea vera eſſe probaret Ionas ille, Præpoſitus Vuittenbergenſis. At neque Ionas, neque ſociorum eius quiſpiam ad ea reſpondit, contẽptim

Falſa Interpretatio Luth ſuper Danielẽ

Libellus Cochlæi ad Iuſtum Ionã Iuſtum

ceptim omnia dissimulantes, quamuis de hoc aperte arguerétur in præfatione, hisce sane verbis. Quum te & Vuormaciæ & Augustæ in Conuentibus publicis Imperij viderim, atque alloquutus sim: decreui ad te præcipue aliquot scribere quæstiones, simpliciter & ex animo, absque omni dolo & fraude, in honorem veritatis, atque in proximi obsequium atque ædificationem: Amice te rogans, vt ad eas simili & modo & intentione respondeas, & me (qui senior sum Magister & doctor, atque etiam senioris Ecclesiæ Præpositus, quam tu) non vsque adeo contemnas, sicut infamis Apostaticusque Monachus facit: qui neque sacram scripturam, neque ius publicum erga me ferre potest, quantumuis me offero, publice ac priuatim, in genere & in specie, ad conuincendum ipsum, quod sit seditiosus hæreticus, ac se ipsum, iuxta naturam heretici hominis ac serui nequam, ore suo proprioque iudicio condemnet. Quod si vere intenderetis serio & ex animo Euangelium veritatemque defendere: non debuissetis profecto ad tot meas prouocationes meique oblationes, sic omnes obmutescere, saltem vnus vestrũ processisset simili sui oblatione, ad defendendum Magistrum vestrum. Cum autem omnes tam diu iam vltra XIII. annos ad istud, in quo summa rei & caput negocij consistit, penitus taceatis, & nihilominus multa blateretis, crebrosque scribatis libros, magno cum scandalo populi, cum iactura temporis, cum perditione pe-

Verba Cochæli.

cuniæ pro inutilibus nugis noxiisq; mercibus merito deberetis timere, ne sæcularis tandem potestas ægre ac fastidiose ferat pauidum cor, timidamq; conscientiam vestram: Quum non audeatis in re tam ardua, aut iure vllo experiri, aut vllum serio subire periculum &c. Inter quæstiones autem in hunc etiam modum interrogat. Si aboleretur Missa, vti Lutherus optat, quomodo possemus vel habere vel sumere venerabile Eucharistiæ Sacramentum? Extra Missam enim non potest confici, quandoquidem cõficere, est Missam celebrare: De quo ait Christus ad Apostolos. Hoc facite in meam cõmemorationem. Quod si hoc negatis, dicite quæso, quomodo sine cõsecratione ex pane & vino, fiat corpus & sanguis Christi? Et vbi Christus, & cui nã mãdauerit Christus, ex pane & vino carnem & sanguinem suũ conficere? Item. In qua, rogo, scriptura prohibita est hæc vox Missa? Aut quæ scriptura præcipit, vt caro & sanguis Christi duntaxat Sacramentum, & non etiã sacrificium dicatur? Quæ item scriptura iubet mane potius, quàm vespere cœnam Domini sumere? Item. Quomodo non contradicit hęc Lutheri epistola, vel libro Lutheri de Visitatione Saxonica, vbi commẽdat Missas, tum Latine tum Teuthonice factas, quas viuis præcipue vtiles dicit: Vel Lutheranorum Confessioni & Apologiæ, vbi dicitur. Falso accusantur Ecclesiæ nostræ, quod Missam aboleant: Missa enim retinetur, & summa cum reuerentia celebratur &c.

Quæstiones Cochl. ad Ioannem.

Ex XXVIII. mendaciis primum sic habet. Libellus meus de Missa angulari persæpe fatetur, quod etiam apud Papistas (si Christi institutionem seruant) etsi sub vna detur specie: Verum tamen ibi esse & sumi corpus Christi. Aduersus hoc mendacium citat Cochlæus hæc verba Lutheri, ex eodem de Missa angulari libello. Quũ sit incertum, an in Missa angulari sit corpus & sanguis Christi necne, & certissime humana sit inuentio: Tu sub corporis & vitæ periculo vide, ne credas, Christi corpus & sanguinem adesse. Enumeratis autem X. quæstionibus, Cochlæus ad Ionam conuersus ait. Non solum amicete, velut Euangelistam & Præpositũ Vuittenbergensem, rogo pro responso: Verum etiã confidens in spiritu veritatis, te prouoco, vt hæc iuste defendas. Atque etiam hic protestor publice, coram omnibus, quod te sim dicturus meticulosum campi desertorem, vanumque Spermologum atque Logomachum, si non ad ista responderis. Quandoquidem iam vltra XIII. aut XIIII. annos semper adiuuisti contra Missam consultare, scribere, prædicare aut belligerari, atque etiam nunc scelerum Lutheri librum de Missa angulari in Latinum vertisti, vt omnino particeps fias omnium iniquitatum, scandalorum, scelerumque Lutheri &c. Quamuis autem neque Ionas, neque alius quispiam ad ista responderit, tamen alia ratione acriter de Cochlæo vindictam sumpsit Ionas. Scripserat sane Cochlæus

Mendacium Luth.

Expostulatio ad Ionam.

Epistola Cochlæi ad Vuicelium à Lutheranis adita.

ad Vuicelium (in quem turpiter luserant Lutherici Poëtæ ludum calumniosum, Dialogumque irrisione plenum) priuatim Epistolam vtcunque consolatoriam: Quam ille recepit quidem Islebij, sed neglectius custoditam, è fenestra decussam perdidit. Eam ergo Lutherani, eius vicini, repertam & perlectam protinus miserunt Vuittenbergam, vbi Ionas ipsam illico amarulentis annotationibus ac prolixa præfatione conspurcatam, Typographis excudendi dedit, Cum hac subscriptione. Manum ipsius Cochlæi & Autographon epistolæ, apud nos habemus. Ionas quidem nomen suum non apposuit: Ne tamen nõ gloriaretur in illa sua malitia, subiunxit fictam ad Vuicelium epistolam sub nomine cuiusdam Papistæ, In cuius fine sic scripsit. Sunt qui dicant, ad Iustum Ionam peruenisse epistolam Cochlæi, qui eam cum præfatione æditurus sit, sed Ionas dicitur te magnifice contemnere & ridere, & vobis conspuatis è sublimi, curate negócia grauiora. Vale & ventos omnes coram Æolo, quamuis iniusto & tibi suspecto iudice, in ius voca. Datæ Calendis Octobris 1534:

Scripserat quidem multa in ea epistola sua Cochlæus Vuicelio, vt amico, quæ Lutheranis vt hostibus nequaquam reuelari voluisset: nihil tamen addiderat vel accusatione dignum, vel de quo apud bonos & cordatos viros erubesceret. Ionas autem omnia in pessimam partem arripuit atque interpretatus est. Verbi gratia

tis, scripserat Cochlæus. Periculosa sunt hæc tempora, in quibus nobis maxime opus est patientia. Sed noli dubitare, Dabit Deus his quoque finem. Diu quidem deserimur, pauci considerant labores nostros: at tanto melius considerabit ipse Dominus, si oculus noster fuerit simplex, vt esse debet. Certe si qua fortuna me mitius respexerit, non obliuiscar Vuicelij. Et spes est, breui futurum esse, vt tui meminisse efficaciter queam: Non sane, quod ambiam vllam dignitatem, sed quod expectem fortunæ largitatem. Nemo enim scit, quanto sub pondere laborum & expensarũ (vt omnia alia molesta dissimulem) gemam & anhelem in occulto. Hæc Cochlæi verba, non solum cauillosis annotationibus irrisit in margine Ionas: verum etiam peruersis interpretationibus criminatus est in præfatione. Ait enim. Verum, ne iuxta malos atque indoctos eos esse quisquam dubitet, copiã tibi facio, amice lector, eius epistolæ, quam Cochlæus propugnator Ecclesiæ, si Diis placet, ad propugnatorem Vuicelium scripsit. Inuenies ibi, cuiusmodi Hypocritæ illi inter sese agitent consilia: Disces non obscure, an gloriam Dei, an vero Præbendas & dignitates, & (vt Cochlæus tidicula modestia vocat) fortunæ largitatem quærant &c.

Verba Epistolæ.

Legerat nihilominus criminator iste in eadem epistola hæc verba Cochlæi. Ego certe sciens prudensque contra veritatem nunquàm scribere intendo, quantumuis me calumniato-

Interpretationes Ionæ in pessimã partẽ facta.

rem dicant Lutherani. Queruntur nunc in Dialogo Coruini, me Sycophanticum, seditiosum ac sanguinarium ędidisse librum, pro defensione Ducis Georgij: Vbi tamen Principis fama & innocentia exigebāt, ne tacerem ad tam graues & seditiosas Lutheri calumnias, quas prior emiserat. Ita omnē culpam in nos reiiciunt: Sed videamus nos, vt Deo cor & intentionem nostrā probemus, & parum sit curæ nobis, quomodo nos iudicet humana dies &c. Cæterum successor Vuicelij in Parochia Nymecensi, Cōradus Cordatus, homo audax & impudens: Quē Vittenbergenses ipsi apud sę publice concionari prohibebant, propter infrenem audaciam impotentemq; linguam: Teuthonice scripsit contra Vuicelium & Cochlæum, quibus calumnias se imputabat hæresim & errores aliquot, vt eos Papistis quoque odiosos faceret. Et speciatim multa in Cochlæum blaterat, inter quæ & hæc habentur verba. Ego sum (inquit) Licentiatus Theologiæ etiam sub Papatu, vt ipse quoq; nihil iactitem: Sed profecto nos Theologi valde inique agimus, quando sacram scripturam inhonoramus, sicut Cochlæus facit. Vult enim esse Doctor sacræ scripturę, & nihilominus docet manifeste summa cum diligentia, Quædam credenda esse, quæ in sacra scriptura non sunt scripta. Ad quod homo Christianus vtique sic respondere illi debet. Id quod in sacra scriptura verbo Dei scriptum non est, credat tibi sociisque tuis Diabolus, isque vobis gratias agat, quē

Conradus Cordatus.

Verba eius in Cochlæum.

admodum

admodum & faciet. Idcirco non est Cochlæus Doctor sacræ scripturæ, sed Doctor Non scripturæ, Doctor Theologiæ negatiue: De qua scriptum est. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Docet nos Turcicam fidem. Nam & Turcæ credunt atque docent, quæ nõ sunt scripta: Quæ autem scripta sunt, illi non recipiunt. Hæc ibi Cordatus. Aduersus nouum hunc aduersarium Cochlæus Teuthonice quoq; respondit solito asperius, propter atroces calumnias: Diuidens libellum suum in sex Capitula, super sex articulis, nempe, de Trinitate personarum, de verbis consecrationis, de Missa, de indulgentiis, de vtraq; specie, & de sacris Ordinibus sacerdotũ. De Trinitate quidẽ hanc astruebat calumniam Cordatus, quod negaret Cochleus, de Trinitate personarum in vna essentia scripturam sacram vsquam testari. At non sic scripserat ille, sed ita. Summus articulus fidei nostræ, nempe, Quod sunt Tres personæ diuinæ in vna essentia, non habetur expresse in scripturis. At Cordatus astute omisit & subticuit hoc aduerbiũ, Expresse, quod ille apposuerat. In hanc sane sententiam, quod sicut hæc verba. Tres personæ & vna essentia, etsi in scripturis expresse non habentur, neganda tamen aut reiicienda non sunt: Ita & ista, Missa, Chrisma, Canon, & id genus alia, non sunt neganda aut reiicienda, quamuis in scripturis expresse non habeantur.

Responsio Cochlæi.

Error Lut. de Homousio.

Reiecit autem hanc de Trinitate impietatem

in Lutherum, qui ante XII. annos aduersus Homousion scripserat, cum graui in Diuum Hieronymum calumnia Recitatis itaq; verbis Lutheri ait. Audis Cordate, mēdax assentator, hæc verba Lutheri? Non potes ea negare: stant enim in libro eius, contra D. Iacobum Latomum edito. Si probus es, indica mihi, quinam Catholici, & non Arriani Doctores, hoc sactum verbum Homousion seu Consubstantiale, reiecerint. Et vbinam Diuus Hieronymus scripserit, latere venenum in literis & syllabis huius vocabuli. Quam diu igitur tu omnesque Lutherani Concionatores id non indicaueritis, ego vos omnes pro infamibus ac perfidis Arrianis habebo atque incusabo: Nisi Lutherum vestrum, propter impium hoc mendacium, ad publicam reuocationem adegeritis atque cogatis. I nunc Cordate, maledic & calumniare me amplius, magnum scilicet honorem ex me venaberis. Quod autem scribis, me absurda & Turcica dicteria ista legisse ex libro Episcopi Roffensis: Id sane me multo peius habet, quàm habēt omnes criminationes & calumniæ, quas meam in personam eiaculatus es, cum ego tamen personam tuam scienter nunquā offenderim. Quod si Turcica dicta habētur in libro Roffensis (vti dicis tu Turcice Mamaluche) bene decuisset vos Euangelicos (quales vosipsos vocatis) Doctores, eiusmodi librum in admonitionē Christianorum, vt à Turcicis dictis cauerent, confutasse, & nō tam diu, iam vltra X. annos, ad eum librum

Grauis calūnia in Episcopum Roffensem.

librum siluisse. Sed quid vos fœdi histriones in probo ac sancto viro illo(qui decus & corona est omnium Episcoporum & Doctorum huius temporis)repræhendatis aut cōfutetis, qui vel in minimo pedis digito plus scripturæ eruditionisque habet, quàm habetis vos omnes in toto Bohemothico corpore vestro. De verbis autem consecrationis, inter alia multa sic quoque respondit. Quod autem Lutherus ridet nos, quando confugimus ad fidem & mētem Ecclesiæ, facit vt Apostata. Velim autem contra libenter audire, ex quanam scriptura Lutherus eiúsve Diabolus (quem contra Missam secum disputasse ait)demonstrare queat, quando sacerdos Luthericus: qui baptizatus tantum sit, non etiam sacris ordinibus legitimè initiatus: in nouā sua Missa Euāgelica, hæc verba Christi, Hoc est corpus meum, vel altissima voce decantat aut eloquitur, quod per hoc caro & sanguis veniant in panem & vinum, Vbi hoc scriptum habetur? Quantumuis vero nugaces sunt Lutherus & Cordatus, ad hanc tamen quæstionem tacent & obmutescunt. Viderint ergo Lutheriani, quonam ipsos Diabolus per Lutherum seducat, dum nihil vult admittere, nisi quod expresse in scripturis habetur, nempe, in sectam Zuinglianorum atque Pighardorum, qui Trāssubstantiationem negant: sicut & Lutherus eam negat, dicens, Substantiam panis & vini æque post consecrationem atque antea remanere. Si ergo non est ibi Transsubstantiatio, hoc est, sub

De verbis cōsecrationis.

Lutherani re ipsa Zuinglianis consentiunt, quia negant Transsubstantiationem.

ſtantiarum tranſmutatio, nihil efficitur per verba conſecrationis: quia panis manet panis, & vinum vinum, poſt ſicut antea. Quantumuis autē multa inaniter profundit verba Cordatus, qui præter quam ſcripturā in cauſa fidei nihil vult admittere vel recipere: Nullam tamen indicet ſcripturam, quæ dicat, per verba conſecrationis fieri carnem & ſanguinem Chriſti, quando exprimuntur in altari, Non autem, quando aliàs dicuntur aut cantantur in paſſione aut Euangelica lectione ſua alibi. Item, ſi dicantur ſuper panem & vinum, Non autem, ſi dicerentur ſuper lapidem & aquam aut cereuiſiam. Hic aude magnipotens ſcripturæ iactator Cordate, & iſta mihi clare ex ſcripturis indica, Adiuro te per æternam veritatem. Quam diu autem tu omnéſq; Lutherani iſta non indicaueritis, ego vos pro meris Zuinglianis Pighardiciſque deuoratoribus panis, bibonibúſque vini habebo: Quandoquidem præter apertam ſcripturam nihil recipitis. Nos autem indubitata fide firmiſſime credimus, per verba conſecrationis Tranſſubſtantiationem fieri, vtpote, ex ſubſtantia panis & vini, fieri carnem & ſanguinem Chriſti. Quamuis enim de hoc ſcripturam non habeamus: habemus tamen fidem & approbationem Eccleſiæ, quæ ore tenus à Chriſto eiuſque Apoſtolis hoc didicit atque accepit. Sublimia enim myſteria iſta non ſunt expoſita in publicis ſcripturis, ne irriderentur ab infidelibus Paganis, Turcis & Iudæis: Quemadmodum Chriſtus

Non ſunt omnia myſteria in ſcripturis expreſſa.

ſus mandauit Matth.7. dicens. Nolite ſanctum dare canibus &c. Adduxit & Paulum, Dionyſiúmque & Auguſtinum in eandem ſententiam, quos recitare longum foret. Cæterum de Miſſa Teuthonice quoque ſcripſit tũc pius aceruditus vir Dominus Paulus, Abbas veteris Cellæ, Ordinis S. Bernardi, Qui generaliter in prologo pro Miſſa ſic argumentatur. Si Miſſa eſſet abominatio (vti blaſphemat eam Lutherus) aut impium damnabilé que opus: Diabolus aduerſus eam diſputaturus non eſſet, neq; operam daturus, ut Miſſa aboleretur, ſed multo magis, potiuſque eam promoturus eſſet, vt in deſpectum & contumeliam Dei in pleniſſimo ac frequentiſſimo vſu eſſet atque permaneret. Quamobrem liber Lutheri de Miſſa angulari, fidelibus & à Deo vocatis, plus facit ad confirmationem & augmentum deuotionis ad Miſſam, quàm ad imminutionem & abolitionem eiuſdem.

Verba Abbatis Veteris Cellæ, pro Miſſa.

Aperi quæſo ſenſus, conſydera ſerio ac diligenter, & perquire omnia ſcripta Lutheri: Nuſquam profecto inuenies in eis, vbi glorietur Lutherus de vlla viſione diuina, aut reuelatione ſpiritus Dei: ſed omne eius commerciũ, omnis conuerſatio, omnis gloriatio & viſio eius, eſt cum Diabolo. Sæpe quidem eius mentionem in aliis ſcriptis ſuis fecit: Hic autem manifeſte fatetur, Diabolum eſſe præceptorem ſuum, qui diſputando ipſum docuerit, Miſſam nihil eſſe boni. Perſæpe profecto miratus ſum,

Quales ſunt viſiones Lut.

Superbia Lutheri ex magistro eius, Diabolo.

vsque adeo superbire Lutherum, vt à nemine prorsus instructionem aut admonitionem aliquam recipiat, nec vllius iudicium ferat, nõ vniuersitatum, non Conciliorum, non Ecclesiæ, ne Angelorum quidem: Cum tamẽ Paulus Apostolus, qui in tertium raptus cœlum, de Euangelio suo, quod sibi à Domino reuelatum erat, nihil dubitare poterat: non dedignatus sit cum cæteris Apostolis de Euangelio conferre, eorúmq; iudicio se cum Barnaba (qui erat plenus spiritu sancto) humiliter submittere. At Lutherus, qui Euangelium suum à Diabolo (vt hic manifeste fatetur) didicit, nullius prorsus cognitioni doctrinam suam vult submittere iudicandam: Similis nimirũ suo præceptori, qui est rex super omnes filios superbiæ, vt ait liber Iob. Nunc igitur cessat mea de illius elatione admiratio: Quia Dominus ait in Euangelio. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius. Hæc Abbas ille venerabilis in prologo. Cætera prolixiora sunt, quàm vt hic commode recitari queant.

Iob. 41.
Matth. 10.

Alter libellus ad Regẽ Scotiæ.

Dum autem procul ablegasset famulum suum Cochlæus in Scotiam, ad præmonendum Episcopos Scotiæ, atque etiam Regem ipsum, à dolis Lutheranorum, quos per Alesium Scotum, profugum & exulem (qui abiecta cucullaè Scotia Vuittenbergam profugerat) Inclyto & per omnia Catholico regno Scotiæ intendebant, sicut regno Angliæ per Vuilhelmum Tyndalũ aliosque Apostatas fecerant: Interea acrem in Cochlæum librum, dictante aut adiuuante Philippo

lippo Melanchtone, Vuittenbergæ ædidit Alesius. Cui protinus respondit Cochlæus, acrius incusans Philippum, quàm Alesium, quod ex stylo aliisque indiciis probe cognosceret mẽdaciorum Architectum. Inter cætera igitur ad Regem Scotiæ in altero libello ita scripsit.

Verba Cochlæi in Phil. Melã.

Quantum mendaciorum atque cálumniarum confictum sit ibi de exilio Alesij, longum esset referre, & fortassis indecorum coram Maiestate tua, Serenissime Princeps. Tantum est enim vanitatis & virulentiæ, vt ille non immerito dicatur Melancthon, id est, Nigra terra, cui ludus & consuetudo est, bonorum & Catholicorum virorum famam denigrare. Quantos enim denigrauit in suo Didymo? Quantos in locis communibus? Quantos in Apologia suæ Confessionis? Enumerat autem speciatim iniurias regno Scotiæ ab eo illatas, Tum quod olim in Didymo suo Eximium Theologum Scotum, qui Doctor Subtilis cognominatur, palátraduxit: affirmans ei non recte tribui Subtilitatem, adeo non explicanti sua, vt & à tenebris nomen meruerit, eò quod nullius confusior, quàm huius doctrina sit. Quem luce meridiana clari? sit, bis sex decim pedibus à Luthero vinci, si de ingenij acrimonia, de eloquentia, de humanioribus & Cyclicis disciplinis contendatur: Tum quod nuper sub Alesij persona, multa in Scotos, quę non decent, deblaterauit. Ait ergo inter cætera Cochlæus. An vero leuis est hæc & iniuria gentis, & infamia regni, dice-

Iniuriæ Phi. Melan. in Scotos.

re, quod Patritius, homo nobilis apud Scotos, crudelissime occisus est, non quia hæreticus aut criminosus esset: sed quia iudicium scripturæ & patrum sequens, abiecit aut reprehendit manifestum aliquem abusum aut errorem? Et infra. Quid barbarius, sceleratius, aut immanius dici queat, quam quod ille dicit, exerceri in regno tuo sæuitiam in optimos viros omniú ordinum? Quid enim amplius facere posset vel immanissimus Phalarismus aut Cyclopica barbaries? Deinde, quid irreligiosius, aut magis impium, minúsque Christianum esse queat, quàm atrocissima proponi Edicta, quæ prohibent in insulam inuehi libros Noui Testamenti? Turcarum enim aut Iudæorum, non Christianorũ est, nouum prohibere Testamentũ, in quo sunt Quatuor Euangelia Christi, ac Pauli aliorúmque Apostolorum doctrinæ & res gestæ.

Vafricies Phil. At intelligo, Rex, nequissimi Rhetoris callidum vaframentum, quo significat suis, per optimos quidem viros, eos qui Lutheri doctrinam approbant: per nouum vero Testamentũ, nouam sui Lutheri translationem, quæ & Teuthonice pro Germanis, & Latinè pro externis, in Lutherismum attrahendis, iam pridem est euulgata. Et rursus. De inuocatione sanctorum, non solum impie mentitur, dicens, eam apud veteres ante Gregorium non fuisse: sed etiam scelerate blasphemat & irridet Deum in sanctis suis, maxime vero in iis sanctis, qui notissimi sunt apud Scotos, Niniano & Bothulpho:

pho: Quos etiam Diis gentium Lupercis ignominiose cōparat. Hæc & id genus alia Cochlæus ad Regem Scotiæ, Iacobum Quintum, in personatum Alesium. Cum autem multi tum degerent Vuittenbergæ Poloni, nobiles adolescentes, qui dum bonas literas ibi addiscerent: Lutherica simul imbibebant venena, vt metus esset, ne domum reuersi, totum Poloniæ regnū quod egregie Catholicum est, Lutherismo inficerent. Nesciebant autem plærunque parētes & cognati eorum, ipsos Vuittenbergæ versari, sed putabant eos Lipsiæ, vbi Catholica est Academia & honesta ciuilitas literis operam dare.

Multi Polonorū Vuittenbergæ studebant.

Cochlæus igitur, vt de periculo illo Polonos in tempore admoneret, varios ędidit Latine libellos, quos ad Episcopos & Proceres illius regni inscripsit, vt ea saltem occasione intelligerēt, sibi suisq; à Vuittenbergensi fermēto cauendum esse. Cum autem apud Polonos plęrosq; propter bonas literas gratiosum esset nomen Philippi Melanchtonis, vt venena illius propius clariúsq; inspicere possent: ædidit Cochlæus Quatuor Philippicas, & quædam alia in Philippum illum opuscula, quæ per Bibliopolas in Poloniam peruenerunt. Archiepiscopus igitur Gnesnensis Dominus Mathias, aliique nonnulli Episcopi & Proceres Regni, sua instantia effecerunt, vt Serenis. Rex Poloniæ, SIGISMVNDVS, acre promulgauerit à nouo Edictum, quo & reuocabat eos Polonos, qui Vuittenbergæ studebant: & prohibebat

Libelli Cochlæi contra Phil. Melā.

Edictū Regis Poloniæ, quo reuocabantur Poloni è Vuittenberga.

aliis, ne quis illo amplius mitteretur. Sic enim orditur. Audimus permultos esse in regno nostro factiosos, & nouandarum rerum cupidos homines, Qui sectas, ab Orthodoxis patribus in Vniuersalibus Conciliis reprobatas, non in occulto solum sectantur: sed & publice profitentur & disseminant, non sine contemptu piarum sanctionum, à sancta Catholica Ecclesia institutarum & receptarum, atque Edictorum nostrorum. Esse item non paucos, qui liberos, propinquos & affines suos, Vuittenbergã mittant, vt illic mox ab ineunte ætate, prius quàm nouerint malum à bono discernere, pestifera dogmata, ab ipso Luthero (qui horum malorũ caput est) imbibant, & postea in regno nostro diffundant & propagent. Quæ res quàm fœliciter vicinis circum circa regionibus cecederit, nemini obscurum est.

Quãta mala ex secta Luthere exorta sunt.

Videmus enim luce meridiana clarius, quãtæ seditiones, quantæ cædes, bonorum direptiones, & quanta rerum omnium perturbatio quanta pietatis ruina, quanta denique honestatis euersio, ex his initiis excitata sit. Quam non potuerit hactenus pestis hæc, semel in hominũ animis radicata, extirpari, quamuis multis in id incumbentibus. Quod ne nobis quoq; & subditis nostris vnquàm vsu veniret, cauimus aliquoties Edictis nostris, grauibus pœnis in trãsgressores constitutis. Et infra. Quod attinet ad eos, qui apud Lutherum vel quoscunque alios factionum istarum Principes vitam degunt, iis

omnem

omnem aditum ad quasuis dignitates & Magistratus præcludemus in posterum &c. Post hoc Edictum aliqui Poloni à Vuittenberga domum in patriam reuocati, omnem culpam in Cochlæum reiecerunt. Quorum vnus, donatus Canonicatu Metropolitanę Ecclesię Gnesnensis, acrem in Cochlæum scripsit epistolam ad Archiepiscopum suum. In qua sane multis celebrat laudibus Philippum, veluti præceptorem suum: acerrime autem accusat Cochlæũ, tanquàm is odio potius Philippi & bonarum literarum, quàm amore Religionis & Reipublicæ, aduersus Philippum contenderet. Sed Deus inspector cordis & cogitationum, iudicabit tandem, & sciet quid vnicuique iuxta operaeius reddere debeat. Certe Cochlæus palam confessus fuit sæpe, cum alibi, tum in iis ipsis libris, quos tum in Philippum ædidit, sese non odio Philippi, sed zelo fidei & religionis Catholicæ, in Philippum scripsisse. Nam Philippicas & Velitationem in eius Apologiam toto Triennio: Confutationem vero Didymi eius vltra XII. annos, domi apud se retinuerat, antequàm ædidit: quod sperabat illum aliquando ad Ecclesiam, dimisso Lutherismo, reuersurum. Vbi vero vidit, eum indies maiorem in ea secta progressum facere, maluit ædendo, sub corporis sui periculo, Polonos paucos offendere, quàm dissimulando atque tacendo, contra charitatem in animæ suæ periculum, negligere multos, Deoque conscientiam suam

Epistola cuiusdam Poloni in Cochlæum.

Cur in Philippum Mel. scripsit Cochleus.

male parcendo aut conniuendo ream facere, Cui obiiceretur illud Esaiæ. Canes muti, non valentes latrare.

Esa. 56.

Hæc de Actis & scriptis Lutheri Misnæ scripta fuerunt, Anno M. D. XXXIIII. Quæ autem deinceps vsque ad obitum Lutheri supplementi vice superaddita sunt, Ratisponæ sunt scripta.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXV.

De infausto Regis Angliæ diuortio.

ACcidit hoc anno lamentabilis fideiac religionis turbatio, studio & instigatione malignorum hominum, in florentissimo Regno Angliæ, accepta per infaustum Regis diuortium occasione, dum Clemens Papa VII. noluisset diuortium illud permittere. Contra quod & Cochlæus librũ ædidit, de Matrimonio Serenissi. Regis Angliæ, Henrici Octaui, inscriptum. In quo proline probatur sanctitas Matrimonij, contra quod multi suaserant Regi diuortium. Cum autem optimi & Doctissimi viri, Ioannes Fischerus, Episcopus Roffensis, & Thomas Morus, supremus Cancellarius Regni, dissuasissent diuortium illud: aliquandiu captiui detenti sunt in carceribus, ac tandem hoc anno (cum neque diuortium neque defectionem Regis, qua ab obedientia Ro. Pontificis & Vnitate Ecclesiæ

discessit,

ascessit, seque ipsum supremum Caput Ecclesiæ Anglicanæ constituit, approbarent) ambo capite truncati, & vltimo supplicio publice affecti sunt. De quorum sane passione scripsit quidam in hæc verba. Sexto Nonas Iulij, obtruncatus est in Britānia Thomas Morus, non minorem constantiam in iudicio & supplicio præ se ferens, quàm iniquissimo Atheniensium Senatusconsulto condemnatus Socrates: Paucis diebus ante illum interfecto Episcopo Roffensi, in quem Regis furor non alia causa vehementius exarsit, quàm quod is in Cardinalium ordinem à Pontifice esset coaptatus. Sed audi, quod vincit omnem feritatem. Caput Roffensis inditum stipiti, multis diebus omnium oculis fuit expositum: quod non modo non contabuisse, verum etiam multo venerabilius esse factum ferebatur. Vbi is rumor percrebruit, mox amotum est loco. Et ne quid in Mori capite existeret, quo populus religione turbaretur, audi iam facinus immanissimum. Renouata est Thiestæa fabula, & caput eius non nisi lōga coctura maceratum, quo celerius diffluereret, hastili est impositum. Hæc ibi. Secuta sunt & alia plus satis Tragica & immania, in plærosque Monachos in publico ædita supplicia. Exorti item graues contra Regem motus & seditiones, quæ vi militari & a mis sunt suppressæ. Admissa item fuerunt sectarum dogmata, atque etiam ad tempus in concionibus populo prædicata. Missi præterea

Passio Ioannis Episcopi Roffensis, & Thomæ Mori.

Magna in Regno Anglia mutatio.

Cratores Vuittenbergam, inter quos fuit Thomas Fuxus, Episcopus Anglus. Æditi quoque libri apud Anglos aperte Lutheriani: Demolita ac penitus deuastata Monasteria, quorum locupletissimi census Regis fisco sunt addicti.

Papa Paulus III.

Mortuo autem Papa Clemente VII. vnanimi omnium Cardinalium voto & consensu, electus est Alexander Farnesius, dictus deinceps Paulus Tertius, qui contra defectionem & crudelitatem Regis Angliæ, multis conquestus est epistolis ad Reges & Principes. Sed & Erasmus Roterodamus, quanquam à Rege illo sæpe liberaliter honoratus fuerat: de morte tamen Roffensis & Mori in suo Ecclesiaste (quem de modo concionandi scripsit) libere suum publice testatus est dolorem. Deflentur (inquit) merces naufragio amissæ. At quę merx tam preciosa, vt cum syncero amico conferri queat? Quid igitur hac tempestate crudelius, quæ me tot spectatissimis amici spoliauit? Pridem Guilhelmo Varramo, Archiepiscopo Cantuariensi: nuper Guilhelmo Montioio, Episcopo Roffensi, & Thoma Moro, qui fuit eius regni supremus Iudex. Cui pectus erat omnino candidius: Ingenium, quale Anglia nec habuit vnquam, nec habitura est, alioqui nequaquam infœlicium ingeniorum parens. Hæc Erasmus. Lutherº insperatis huiusmodi apud Anglos doctrinæ suæ successibus, ferocior adhuc superbiórque factus: In Cardinalem Moguntinum iterum per multas calumnias

Erasmus de Roffensi & Moro.

Luth. contra Card. Moguntinum.

Calumniæ in Catholicos Principes.

Teu-

Teuthonice inuectus est, & non modo in eũ, sed etiam in alios quoscunque Catholicos Imperij Principes ac Status. Christum (inquit) in verbo suo, & in manifeste agnita veritate Euãgelij, Atque Christianos eius, ex mera vi obstinataque malitia condemnant ac persequuntur. Item, Seditiosi sunt & rebelles Cæsari, Deique fures, qui neque Deo, neque veræ Ecclesiæ Christi, neque Cæsari, aut vlli potestati obedire dignantur. Item, Non solum inobedientes sunt, verum etiam furunt ac sæuiunt in Christianos innocentes: quia occidunt ac latroniciis interimunt quencunque possunt, perinde ac si vellent libenter regnum Dei totum semel delere. Et hinc ita concludit. Possunt igitur etiam secundum ius Pontificium expelli aut occidi: quia non tenemur vim pati, sed vim vi repellere licet. Et specialiter ac nominatim contra Cardinalem illum sic ait. Si cives Hallenses & subditi prouinciales, Archiepiscopatus Magdeburgensis, Episcopum Moguntinum, Tyranuum suum, Cardinalem, expellerent aut interficerent, iuste facerent ei iuxta Pontificia iura. Ipse enim optime scit (inquit) quod notoriam facit eis iniuriam, & agnitam persequitur veritatem. Aduersus hęc Cochlæus respondens, inter cætera sic habet. Cardinalis iste, subditis suis, qui ab Ecclesiæ Catholicæ obedientia, aduersus proprium dominum suum, ad Lutheri hæresim, per inobedientiam defecerunt, admodum leuem modicám-

Pœna leuis & modica inhæret.

que pœnam inflixit. Quippe præcepit, vt venditis bonis suis, alio se conferant, ne velut oues contagiosæ, alios bonos Christianos obedientésque subditos cohabitando inficiant. Hoc autem facere tenetur Cardinalis, sub salute animæ suæ, non solum tanquàm Catholicus Princeps, Cui hoc etiam in iure Ciuili, legibúsque Imperialibus, iniunctum atque præceptum est: Verum etiam tanquàm legitimus pastor, Ordinariúsque Episcopus, à spiritu sancto vocatus ac positus, velut supremus speculator, cuiusmarum cura à Deo commissa est. Quemadmodum docet eum Paulus Apostolus Act.20. Et Christus Dominus, Ioan.10. Vt bonus pastor, quando viderit lupum (hoc est hæreticum) venientem, non fugiat neque conniueat, neque sinat lupum oues dispergere, mactare ac perdere: sed animam suam ponat pro ouibus suis, à lupi morsibus defendendis. Quemadmodum & Propheta Ezechiel ex ore Dei pronunciat cap.3.& 33. Cum igitur quilibet hæreticus pro rapaci lupo habendus sit, sicut Christus docet Matth.7.& Paulus ad Titum 3. Potuisset profecto Cardinalis optimo iure subditos suos Lutheranos, qui à Lutherismo desistere nolebant, punire, non solum in bonis, sed etiam in corpore, eisque tollere non modo cunctas facultates omnémque substantiam, verum etiam corpus & vitam, iuxta dictamen legum Imperialium in Codice de hæreticis: Quandoquidem Lutherus publice pro hæretico notorio condemnatus

C. de hæret. l. si vero cum seq.

C. de hæret. l. Quicumque. §. nemo cum seq.

damnatus ac declaratus est ab vtraque potesta te, Papa & Imperatore. Multo igitur magis timere debet Cardinalis, quod nimium mitis ac clemens fuerit erga eiusmodi obstinatos hæreticos, quàm quod nimis dure aut Tyrannice adversus eos egerit, sicut mendaciter imputat ei Lutherus. Timendum est enim, ne expulsi eiusmodi hæretici, alibi quoque velut lupi rapaces, simpliciores Christi ouiculas inficiant, atque ad defectionem concitent, & in sempiternam mortem abripiant: néue literis & libellis venenosis, quos aliis ex locis ad subditos Cardinalis occulte immittant, bonos hactenus & obedientes subditos, ad consimilem defectionem & inobedientiam exemplo suo sollicitēt.

Cardinalis nimis mitis in hæret.

Cæterum Laicus quidam, Hallensis ciuis, & subditⁿ dicti Cardinalis, nomine Caspar Querhamer, mito studio ex diuersis Lutheri libris collegit XXXVI. Cōtrarietates, super vno dūtaxat articulo, qui est de cōmunione Eucharistiæ, sub vna aut sub vtraq; specie. Quas Teuthonice ēdidit, in lōgā tabulā productas, vt parietibⁿ domorū affixę, turpitudinē & incōstātiam Lutheri omnibⁿ ad oculū palā ostēderēt: Quas in Latinum conuertit Cochlæus, & in præfatione ad Ioannem Matthæum, Episcopum Veronensem sic ait. Nuper vero suscitauit Dominus adversus Lutherum spiritum Laici cuiusdā Hallis in Saxonia, qui taurum istum cornupetam ita prostrauit, ac proprio ipsius gladio iugulauit, vt neq; Goliath ille Philistęⁿ magis prostratⁿ

36. contrarietates Lutheri in vno articulo.

2. Reg. 17.

à Dauide, nec duorum seniorum libido & calumnia aduersus Susannam, certius aut apertius à Daniele conuicta videri queat. Quomodo igitur timeant enm Docti Theologi, cui sic vellicat barbam, frontémque ferit atque confundit simplex Laicus? Titulus autem, quem Laicus ille posuit, sic habet. Tabula, cunctis, qui à Luthero seduci nolunt, vtilis & necessaria.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXVI.

Ficta inter Luthe. & Zuing. concordia.

CVm hactenus propter diuturnam contentionem, quæ erat inter Lutheranos & Zuinglianos, male audirent Concionatores vtriusque partis: cœperunt rursus inter se de concordia agere, sicut antea fecerant Marpurgi, quando Zuinglius adhuc viuebat. Missi sunt itaque ex Ciuitatibus Imperij Zuinglianis, vtpote, ex Argentina Capito & Bucerus, ex Augusta Bonifacius & Musculus, ex Vlma Frechus &c. Vuittenbergam ad Lutheranos, vt cum eis concordarent. Egerunt autem præcipue de Baptismo, de Eucharistia & de Pœnitentia, & post multas exprobrationes & querelas inuicem dictas, conscripserunt formulam concordię, sed inefficacem: quia propter aliorum absentiam, & sine suorum Magistratuum consensu, concludere non audebant.

nudebant. In reditu igitur suo scripserunt acta illius tractatus, dum Francofordiæ subsisterent, sed ea in lucem ædere timuerunt. Cochlæus autem euulgauit Tres libros Diui Iuliani, Archiepiscopi quondam Toletani. Quorum titulus est, Prognosticon futuri sæculi. Reperit autem eos in Monasterio veteris Cellæ, quod in terra Misnensi percelebre est. Ac ea potissimum ratione in lucem ædidit, quod multa cõplectuntur, quibus multi nouarum sectarum errores refelli queant: ij præsertim, quos de mortuorum sepulturis exequiisque, & de animarum statu post mortem, ac de purgatorio igne, barbaricis contumeliis & abnegationibus in simplicem plebem dispergunt. Aedidit item antiquam & insignem epistolam papę Nicolai I. ad Michaelem Imperatorem Constantinopolitanum olim scriptam, cuius plæráque fragmenta in Decretorum volumine à Gratiano recitata sunt. Quam reperit Coloniæ in Monasterio Tuitiensi. Adiunxit autem multa eiusdem Nicolai I. Decreta & rescripta, quæ sparsim à Gratiano cæteris interposita cernuntur, & distribuit ea in XX. Titulos. Addidit quoque historiam de Rege Lothario, ex Reginone & Sigeberto breuiter commemoratam, qui à Nicolao I. excommunicatus fuit, propter eiectam vxorem, aliámque per falsos testes ac iudices superinductam: Vt Rex Angliæ, Henricus VIII. inde cognosceret, quàm nequiter seductus sit contra vxorem suam san-

Prognosticon Iuliani de futuro sæculo.

Epistola Nicolai I. ad Michaelem Imp.

Contra Regis Angliæ diuortium.

ctissimam, quæ Cæsaris nostri Generosissima fuit Matertera. Ait igitur ad eum in præfatione sic. Fama deceptus, volui sublimitatem tuã in bono proposito (quod mendax ad me fama de recõciliata tibi coniuge tua sanctissima perferebat) per scripturas & rationes confirmare, eo libello, quem ad Paulum III. Pont. Max. de Matrimonio tuo ædidi. Erraui quidem, quantum ad factum tuum attinet: Quantum vero ad iuris æquitatem causæque statum & firmamentum spectat, non pœnitet neque pudet me illius laboris. Quamuis acceperim, te ob id parum clementi in me esse animo: Vtcunque res mihi cadat, non libet mihi veritatem, ab adulatoribus tuis per Galliam & Italiam auro illectis oppugnatam, & in Anglia vi sæuitiáque ac cædium immanitate oppressam: aut deserere metu mortis, aut dissimulando prodere &c.

Contra adulatores Regis Angliæ.

Adiecit præterea Defensionem pro Roffensi & Moro, contra Richardum Samsonem Anglum, qui Regis facta impudẽter laudans, optimorum virorum pietatem & constantiam impie reprehendebat, Vbi inter cætera sic ait. Certum est, Regi vestro nunquã nocentiores fuisse hostes, quàm vos estis, qui ex grauissimis dãnis eius, opes ac dignitates quæritis vobis, omnémque partam gloriam eius, in ignominiam sempiternam conuertitis, vt vere possit nunc ei illud Esaiæ dici. Argentum tuum versum est in scoriam. Quid enim profert ipse nunc in suis Edictis, quid noui filij eius Episcopi in suis mã-

dais,

datis, quid vos adulatores, in Defensoriis libellis, contra Ro. Pont. æditis, quod clarissime per propria Regis vestri verba, quæ protulit contra Lutherum olim (antequàm vestris fuisset efascinatus & excæcatus assentationibus) in libro vno de Sacramentis Ecclesiæ, & in Epistolis duabus (quarum vnam ad Duces Saxoniæ, alteram ad ipsum Lutherum scripsit) reprobari, confutari ac redargui non possit? Ego hic, breuitatis gratia, ex tuo duntaxat libello, quem Orationem vocas, pauca referam, ex quibus intelligatis confusionem vestram maximam &c.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXVII.

ROmanus Pontifex Paulus III. indixit hoc anno Generale Concilium, Mantuæ celebrandum, Ad quod Luthera nos quoque Principes vocauit. Quod vbi intellexerunt Lutherus & complices eius, variis machinationibus ac scriptis Concilij autoritatem impugnare cœperunt. Etenim Vuittenbergæ euulgauerunt XXX. propositiones, contra Concilia publice disputandas. Inter quas Duodecima sic habet. Ideo Concilium aut Episcopi congregati, errare possunt, æque bene sicut alij homines. Et Sequens hanc ita ait. Si autem non errent, hoc fit à casu,

30. propositiones Luth. contra Concilia.

aut ex merito alicuius ſancti ac boni viri, qui inter eos eſt, aut etiam generalis Eccleſiæ &c. His autem 30. propoſitionibus, oppoſuit Cochlæus 30. Teſtimonia, ex ſcripturis, ex legibus, ex Canonibus & ſanctis patribus, pro Conciliorum autoritate: Quibus & LXX. propoſitiones adiunxit, eandē confirmantes. Scripſit & in eorum excuſationem, Smalcaldiæ datam, quæ Quadruplici forma euulgabatur, partim Latine partim Teuthonice. Multis nanque vanis querelis & cauillis, contra Bullam indictionis inuehentes, cauſam ſuam palliare querebant: Tametſi verba illius nulli bono viro diſplicere iure poterant. Sic enim ait ibi Pontifex. Sperantes & cum Dei auxilio nobis promittentes, per hoc tam ſanctum ac ſalutare remedium (Concilium videlicet) non ſolum omnes hæreſes & errores ex agro Domini extirpandos, & Chriſtiani populi mores corrigendos: ſed & vniuerſalem pacem inter fideles cōponendam, & facta ſub vexillo ſalutiferæ Crucis contra infideles generali expeditione, regna & terras noſtras, ab illis occupatas: recuperandas, captiuoſque innumerabiles liberandos, & infideles ipſos, ad ſanctam religionem noſtrā, fauente Domino, conuertendos. Vt ſic vniuerſo orbe, in vnum idēmque ouile Domini coaleſcente, in vera fide, ſpe & charitate, ſobrie, iuſte & pie viuatur, & inde ab omnipotenti Deo corona iuſtitiæ expectetur &c. At illi, nihil horū attendentes, ludicris figmētis præoccupabant

Contra vanam excuſationem Luth.

Ridicula figmenta Luthe.

capabant populi aures, oculosq; & animos, ne animaduerterent eorũ Laici, quid vtilitatis Bulla proposuerit. Effingebant itaq; nouos Pasquillos, nouas Beelzebub epistolas, fabulosas legendas de Ioanne Chrysostomo, quas imputabant Concilio. Item, Quatuor epistolas Ioannis Hus, & libellũ de Donatione Constantini Magni, contra huiusmodi nugas & figmenta, quæ Germanice fuerant diuulgata. Breues itidẽ Germanice confutationes ædidit Cochlęus, vt ex iis populi viderent maligna eorũ calumniandi, ac per mendacia circũueniendi studia.

Traxerunt præterea in sectam suam Illustriss. Ducẽ Saxoniæ Henricũ, fratrẽ Ducis Georgij: eius videlicet, quem tot iniuriis, molestiisq; & calũniis, per varias malignitatis suæ machinationes vexauerat Lutherus. Aedebant nouas ordinationes Cæremoniarũ, nouos hinc inde Catechismos, etiã illi qui cũ Laici essent, pastoralẽ animarum curam administrabant nouo ritu.

Per nouos itaque Visitatores constituit Princeps ille nouos articulos, quos Clericis iuxta ac Laicis sui dominij indixit ac promulgauit. Quosdam quidem generaliter ad omnes subditos: Quosdam vero specialiter ad sacras Virgines, in oppido Fribergensi consistentes. In quos sane articulos Cochlæus paruum ædidit Teuthonice libellum, quem inscripsit, Breuem Glossam super nouos articulos Visitatorum. In quo sic habet exordium. Primum falsus est Titulus & impudens mendacium. Ait nanque

articulos istos cõformes esse sacræ scriptnræ, atq; Cõfessioni & Apologiæ Augustanæ: Quidõ quidẽ neq; sacra scriptura, neque Confessio & Apologia illa, interdicũt aut abrogant Missam, nec horas Canonicas. Scriptura quippe ait. Ab ortu & occasu magnũ est nomẽ meũ in gẽtib⁹: & in omni loco sacr ficatur & offertur nomini meo oblatio mũda. Itẽ, Septies in die laudẽ dixi tibi. Itẽ, Media nocte surgebã, ad cõfitẽdũ tibi. Et Confessio illa hic habet. Falso accusantur Ecclesiæ nostræ, quod Missam aboleãt &c. Item Apologia. Iterũ (inquit) præfandũ est, Nos nõ abolere Missam, sed seruare atq; asserere eã religiose: fiũt enim apud nos Missæ singulis diebꝰ Dominicis & Festis. Cõtra hęc autẽ statuunt isti articuli, vt Nobiles de cætero nõ permittãt, Plebanos & pastores suos vllam celebrare amplius Missam. Prohibẽt insuper pulsum ad Aue Maria: Vetãt canere Salue regina, Regina cœli: Interdicũt benedictiones aquæ, salis, placentarũ, herbarũ, palmarũ &c. Quod certe neq; Confessio, neq; Apologia facit: Falsus igitur & mendax est Titulus. Quoniam vero articuli isti abiisce hominib⁹ cõstituti sunt, qui neq; Papalem, neq; Episcopalẽ habẽt autoritatem, sed lupi potius sunt rapaces, quàm legitimi & Ecclesiastici pastores: non possunt vllius hominis ligare aut astringere cõsciẽtiã. Cõfutãtur itaque & ab ipso eorũ nouo Idolo Vuittenbergensi, Lutherus nanq; in libello suo de sæculari potestate, reprobat eos Principes velut insanos & peruersos,

los, qui in rebus fidei & Ecclesiæ, suis præsumunt subditis leges dare, præcipere ac prohibere. Hæc & id genus multa ibi Cochlæus, cõtra nouas illorũ articulorũ temeritates. Cũq; essent Vratislauiæ, in præclara & pręcipua Silesiæ ciuitate Duo pastores huiusmodi, quorum unus erat Laicus, alter sacerdos vxoratus & Digamus: scripsit aduersus Laici Catechismũ Cochlæus breuẽ Germanice libellũ, cõtra eorũ errores de Baptismo & Eucharistia. Vbi præmittebat in præfatione hãc quæstionẽ, An scriptũ esset vspiã, vel in sacris literis, vel in patrum scriptis aut historiis, quod liceat Laico pastorale gerere officium: Sacramenta administrare populo, consecrare &c. aut sacerdoti, post suscepto sacros Ordines, vxorem ducere, atque etiã vna defuncta ducere alteram. Sed neuter illorũ respondit, neque ad eam quæstionem, neque ad confutationem errorum, quos de Baptismo & de Eucharistia docebant: opibus interim & vulgi applausu secure fruentes.

Contra Catechismum D. Moibani.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXVIII.

VT Germani nostri, atque etiam exteræ Nationes cognoscerent clarius, quod multo minus malus impiúsque fuerit

Comparatio Ioannis Hus ad Luth.

Ioannes Hus, qui per hæresim suam florentissimum Regnum Bohemiæ, in omne malum & incommodum perduxit, quàm Lutherus est, qui tam seditiose ac impie Ro. Imperium Regnúmque Germaniæ perturbat: Cochlæus ex aliquot sermonibus Ioannis Hus, LXX. articulos excerpsit, quibus opposuit ex vno Lutheri sermone totidem articulos, sed multo atrociores, quàm illius fuere. Verbi gratia, Hus ait, Sicut Moyses inuenit gratiam in conspectu Domini: Ita sacerdos in præsentia Domini, scilicet in diuino officio. Lutherus vero sic. Hic neminem moretur, digna Saturnalibus & Bacchanalibus illa consecratio. Ridiculum enim coram Deo nugamentum ordines isti & consecrationes habentur. Hus autem, cum diceret: Omnis sanctus est sacerdos, sed non omnis sacerdos est sanctus. Et contra hoc obiiceret: Ergo vetula sacrificabit in altari. Respondit: Non sequitur, quia non est consecrata ad hoc. Item Hus ait. Si patrem honoras, cui quotidie dicimus. Pater noster, qui es in cœlis: honoras & matrem nostram, vxorem eius legitimam, quæ sursum est Hierusalem, id est, Ecclesiam sanctã, in cœlo triumphantem, & hic corpore, in cœlo mente conuersantẽ, & in purgatorio à propriis meritis dormientem. Quæ ex his tribus recollecta, vnica mater nostra dicitur. Lutherus autem totam Ecclesiam errare dixit, mox ab initio, in primo Concilio, cui interfuerunt etiam Apostoli & eorum discipuli, eò quod fuerint in hac sententia,

Sana verba Ioan. Hus, de Ecclesia.

sententia, Legem & operam necessaria esse, ad iustitiam & salutem. Cum igitur clare ostendetur, Luthero minus impium fuisse Ioannem Hus: inscriptus est ille libellus, De immensa Dei misericordia, erga Germanos: Vtpote, quod nõdum consumpti sumus, qui tot iam annis nos in *Gal. 5.*
vicem mordemus, ac noxiis de fide disputationibus & dissensionibus digladiamur, contra piam Pauli Apostoli admonitionem, dicentis. Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini. Cæterum Vuittenbergę *Dissensio inter Luth. & complices eius Vuittenbergæ*
multa fuit contentio Luthero cõtra quosdã Lutheranos, qui legẽ operũ reiiciebant, sicut antea docuerat ipsemet Lutherus. Multis igitur disputationibus aduersus eos contendit, quos probrose Antinomos vocabat. Cochlæus autem, vt ostẽderet ipsum magis reprehensibilem esse, quàm illos: Aduersus Quintam eius disputationem, quæ 70. propositiones cõtinebat, ædidit 153. propositiones, Quarum initium sic habet. Consyderate, quæso, Lutherani, quicunque docti estis atque diserti qualis sit Euangelii noui Architect⁹ Dux & Princeps vester Lutherus: Qui reprehensionis contentionisque incessabili studio, pacisque & vnitatis odio perpetuo, nihil pensi habet, quod sibiipsi sit contrarius, dummodo aliis *Ricardus Moysius pro Rege Angliæ.*
quacunque occasione contradicere queat &c. Eodem autem anno missus est Cochlæo ex Anglia liber Ricardi Morysini Angli, prolixius & amarulentus, contra ipsum Londini æditus. In quo, post loquacissimæ præfationis

conuitia, in Quinto demum Quaternione summam libri sui proponens, sic ait. Verum, vt communis cum hoste congrediar omnis, ni fallor, instituta cõtra Regem à Cochlæo accusatio, hæc veluti præcipua calumniarum capita cõtinet. Vxorem repudiatam, Papam ex Anglia eiectum, papæ defensores occisos, illã retineri debuisse: hãc reuocari, hos sine scelere occidi nunquam potuisse. Inter calumnias autem complures & acerbas commemorauit & istam, Cochlæum esse donatum Præbenda Canonica in Ecclesia Cathedrali Merseburgensi: ea lege, vt ne posthac contra Lutherum scriberet. Inuehens igitur in eum Anglus iste ait. Tunc ista, veritatis defendendæ causa, ac non potius demerendi tibi Cæsaris & Papæ gratiam scripsisti? Qui fidem das, te posthac in Lutherum nihil molituru m. Quid ingens pecunia abs te non impetret, cum Præbenda ad tantum dedecoris te impellere potest? Ad hæc Cochlęus, cum mera essent mendacia, breuiter ait. Non solum amicos, sed etiam inimicos suos, vicinos Vuittenbergenses, probe scire, nihil horum verum esse. Cæterum pro Ro. Pontificis autoritate Ecclesiasticaque potestate asserẽda, multas ac validas rationes, in suo de Matrimonio Regis libro, ait se produxisse, non ex suo quidem ingenio: sed ex sanctis patribus & magnis Doctoribus, vt pote IX. ex S. Bernardo. XXIIII. ex S. Thoma. XXVI. ex Patrum Decretis antiquis, & XV. ex Abbate Panormitano. Ad quarum nullam

Responsio contra Morysinũ

Pro Roffensi & Moro.

lem Anglus ille respondit. Pro Roffensi autem & Moro respondens Cochlæus, inter alia multa sic ait. Non erant viri illi similes tui, Morysine, ut ventris causa Gnatonicam exercerent artē, & contra animam & conscientiam suam laudarēt impia & inhonesta. Damnarent vero ea, quę nullus vir bonus, etiam si Turca esset aut Ethnicus, damnare posset. Quis enim Turcarum faceret, quod tu facere nō erubescis? Quippe Reginam Catherinam, qua nullam habuit Anglia vel Nobiliorem vel sanctiorem, dicis Regi fuisse perpetuo meretricem. Annam vero, affirmas legitimā Regi coniugem fuisse, Regina vxore adhuc vivente. Quam sane Annam Rex ipse paulo post iussit interfici, propter quam sanctos viros illos Rex crudelissime xv. menses in carcere captiuos tenuerat, ac tandem occiderat. Sed & tu ipse, Gnato pessime, eosdem vros, quos impia calumnia patriæ proditores dicere audes, aliquando imprudens laudas & excusas. Ais quippe de ambobus, quod non fuerint isti primi, qui maluerint mortem oppetere, quàm versari in summa leuitatis & infamiæ nota: Leuius erat malum, cū immortalitatis spe occumbere, quàm tot sua voluminа perpetuum testimonium contra se dicere. Ethic manifeste insinuas, licet dicere non ausis, Regē versari in sūma leuitatis & infamię nota. Negare enim nō Regē plærisque scriptis suis Ro. Pontificis autoritatē asseruisse, & ea scripta perpetuum testimoniū cōtra ipsum dicere &c.

Contra articulos Lutheri ad Concilium

Cunque Concilium Generale indictum esset Vicentiæ celebrandum: Lutherus Teuthonice euulgauit articulos, quos à suis vellet Concilio nomine suo proponi. Contra quos Cochlæus, pro honore & salute Germanicæ Nationis respondens: rogauit, ne articuli, vsque adeo absurdi & impii, proponãtur Cõcilio, eo quod pudoriaculo forent apud reliquas Nationes. Nã plerique ex iis articulis sunt Confessioni Lutheranorum, quæ Augustæ fuerat Cæsari & toti Imperio exhibita, contrarii. Verbi gratia. In Confessione, aiũt, falso accusantur Ecclesiæ uestræ, quod Missam aboleãt: retinetur enim Missa apud nos & summa reuerentia celebratur. At secundus Lutheri articulus, quem Concilio proponiveliit, sic habet, Oportet Missam in Papatu maximam & horrẽdissimam esse abominationem, eo quod directe & violenter pugnat contra hunc principalem articulum: Sola fides in Christum, nos iustificat. Ait autem Cochlæus, grauiorem inde fore ruborem proponẽtium hæc in Cõcilio: quia secundus fundatur super primum, qui multipliciter de falso conuictus, & in nulla scriptura fundatus est.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XXXIX.

Consilium ad Papam pro Reformatione

Vulgatum fuerat inscio Pontifice, egregium quoddam consilium de Reformanda Ecclesia, & emendandis Ro.

Curiæ

Curiæ abusibus, à septem doctissimis ac Integerrimis viris ipsi Pontifici in secreto datum: Nempe à Card. Contareno, Card. Theatino, Card. Sadoleto, Card. Polo Anglico: Archiepiscopis, Salernitano & Brundusino. Episcopo Veronensi, Abbate S. Georgii Veneto, & à F. Thoma Magistro sacri Palatii. Hi igitur circa finem sui consilii, ita subiunxerunt. Hæc sunt, Beatissime Pater, quæ in præsentia pro tenuitate ingenii nostri, colligenda esse duximus, & quę nobis corrigenda viderentur. Tu vero pro tua bonitate & sapientia, omnia moderabere: Nos certe, si non rei magnitudini, quæ nostras vires lōge superat, conscientię tamen nostræ satisfecimus, non sine maxima spe, vt sub te Principe videamus Ecclesiam Dei purgatam, formosam vt columbam: sibi concordem in vnum corpus consentientem, cum æterna nominis tui memoria. Sumpsisti tibi nomen Pauli: Imitaberis, speramus, charitatē Pauli. Electus fuit ille, vt vas quod deferret nomen iam Christi per gentes. Te vero speramus electum, vt nomen iam Christi oblitum à gentibus, & à nobis Clericis restituas in cordibus & in operib⁹ nostris: ægritudines sanes, oues Christi in vnum ouile reducas, amoueasque à nobis iram Dei, & vltionem eam, quam meremur iam paratam, iam ceruicibus nostris imminentem. Contra hoc pium ac salutare optimorum virorū consilium, duo prodierunt libelli. Vnus à Luthero, qui id in Germanicū vertēs, pessimis in mar-

Iniquæ impugnationes contra illud consilium.

gine conſpurcauit ac peruertit annotationibus: Alter à Ioanne Sturmio Rhetore Argentinenſi. Ad quum ſcripſit Cochlæus breuem libellũ, qui inſcriptus eſt, Æquitatis diſcuſſio ſuperconſilio Delectorum Cardinalium &c. In quo ſane inter cætera ſic ait ad Sturmium. Attamen nihil dubito, epiſtolam tuam longe æquiori animo à doctis & grauibus viris legi, quam Teuthonicam aduerſus viros illos Lutheri interpretationem. Tu enim à conuitiis nonnihil temperas: Lutherus autem non veretur, tantos viros (quorum eruditionem vitęque integritatem, quam & tu fateris nouit ac laudat vniuerſa Italia) dicere perditos ac deploratos Nebulones. Tu Latine ſcribis, vt illi queant intelligere, quid approbes & quid repræhendas, atque quid amplius ab eis deſideres: Lutherus autem Teuthonice ad rudes Germaniæ plebes, illos nequiter traducit, ſicut fecit olim aduerſus Ezechiam Regem improbus Raſaces. Tu eos in quibuſdam laudas ac probas: Lutherus abſque diſcrimine cuncta refutat, aut ſi tam manifeſte bona ſunt quæ illi dicunt, vt a nemine, niſi ab impiis & inſanis, ſenſuque communi carentibus, repræhendi queãt: ipſe percalumniam in contrarium retorquet ſenſum, tanquam ficte ac doloſe, aut per Ironiam mẽtiſque peruerſitatẽ ab eis dicta ſint. Tu hortaris illos ad cœpta perficienda: Ille vero dira eis imprecatur pro eiuſmodi pacis & reformationis cõſilio. Tu Synodũ generalẽ nõ omnino reiicis aut reſpuis:

Ioan. Sturmius modeſtior Luthero.

Ille com-

Ille compluribus libellis variisque figmentis & picturis atque Teuthonicis rythmis omnē Synodum Oecumenicam calumniatur ac recusat. Tu spem aliquam ad concordiam nobis relinquis: Ille iampridem minatur nobis bellum perpetuum, vt nec viuus nec mortuus, vllam nobis pacem aut quietem sit permissurus &c. At Cardinalis Sadoletus ad eūdem Sturmium scribens, & quidem humanissime ac modestissime, reprehendit eum de cōuitiis. Sic enim ait. Illud mollem, mi Sturmi, valdeque mihi id molestum accidit, quod vidi tantum nitorem orationis, quantus in te est, infinitis penè conuitiis & contumeliarum asperitatibus inquinari. At ego arbitrabar, hoc vnius Lutheri proprium esse, irruere in omnes homines, videlicet cum impetu & clamore: à vobis autem hominibus liberalibus eruditis longe id abesse. Quonam igitur modo hæc labes in tuum tale ingenium incidit? Aut quę nō sunt in tuo libro plena maledictis & acerbis obiurgationibus loca, cum turpitudines nostras, consceleratas voluntates, crudelitatem nefariā, flagitia, scelera, vbique inculcas ac repetis, scilicet nos, qui à vobis dissentimus, vno nomine omnes in vituperationem vocans: cum tamen, si de singulis iudicium faciendum sit, & maior sit copia bonorū virorū in vrbe Roma, eorū inquā, qui sacerdotiis præsūt, quā malorū &c. Et Cardinalis Cōtarenus ad Cochleū inter cætera sic scripsit. Tu vero Cochlæe, pro tua prudētia ac rerū

Epistola Cardinalis Sadoleti ad Ioannem Sturmium.

Verba Card. Contareni.

Germanicarum experientia, ac pro Christiana pietate operam dato, vt schisma hoc resarciatur vt nostra tempestate videamus, Ecclesiam vnã esse vinculo charitatis & pacis, ac vestra Germania, nobilissima & potentissima Christianæ Rei pub. pars, tandem quiescat, ac sibi pareat, prouideatque, ne seditionibus his duratibus, suis ipsa se viribus conficiat. Ad hæc Cochlæus ita. O quàm acute ac intime pungunt ac penetrãt hæc Opt. ac doctissimi viri verba (præsertim vltima) sensus mentemque & cor meum. Nihil enim magis anxie timeo, nisi hoc vnum præcipue, Ne Germania suis ipsa seviribus conficiat, ac miserè ciuilibus bellis confecta, Turcarum tandem prę da fiat. Quanto esset satius, Doctos homines, sua de fide & religione disceptationes, non ad Laicos & imperitum vulgus: sed ad publicas potius Academias, immò ad Generale Concilii referre humiliter, vt Ecclesiæ potius, quàm proprio suo iudicio crederent atque inniterentur. Non enim hunc vel illum hominem, quantumuis doctum aut eloquentem: Sed Ecclesiam vocat Paulus columnam ac basim veritatis. Quantum ad me attinet, nihil profecto in hac vita mihi tam charum aut pretiosum est, quod pro resarcienda inter nos de fide & religione concordia, non sim quàm lubentissime impensurus atque derelicturus, si quid per me, pro pace ac vnitate Ecclesiæ, fieri posset &c. Grauissimum autem accepit Catholica religio hoc anno incommodum ac detrimentũ, ex obitu Illustriss.

Pia pro patriæ salute solicitudo.

Obitus Ducis Sax. Georgii & filii eius.

Ducis

Ducis Saxoniæ Georgii, & filii eius vere simpli
cis & innocentis, Ducis Saxoniæ Friderici. Nam
successor hæresque & frater eius, Dux Henricus
iam antea à Lutheranis seductus, Lutheri sectã
publicis mandatis introduxit in omnes terras
Misniæ, Turingiæ & Saxoniæ, quæ sub ditione
Ducis Georgii fuerant. Et in Cathedrali Eccle
sia Misnensi (vbi antea diuinis officiis, & diuer
sis cantandi & psallendi vicibus, laudabatur De
us iugiter die ac nocte, omni hora, absque vlla
intermissione) cultum diuinum maxima ex par
te aboleuit antiqua religionis facie prorsus mu
tata. Expulsus itaque inde Cochlæus, paulo post
commiseratione Venerabilis Capituli Vratisla
iensis, assumptus est in Canonicum Cathedra
lis illius Ecclesiæ. Dũque subsisteret exul aliquã
diu Budissinæ in Lusatia, scripsit ibi libellum su
per hac quæstione. Vtrum is, qui non est ab ali
quo Episcopo legitime in sacerdotem ordinat⁹
& consecratus, Eucharistiam per verba consecra
tionis conficere queat. Vbi partem negatiuam
probauit ex omni scripturarum sacrarum gene
re, & ex historiis patribusque confutans etiam
partis aduersæ argumenta.

Acta & scripta Lutheri Anno Domini M. D. XL.

HOc anno Cęsar ex Hispaniis, per Gallias magnificentissima hospitalitate deductus, in Germaniam Inferiorẽ reuersus

Reditus Caesaris.

per Gallias in Germaniam.

Conuentus Hagenoiæ habitus.

est fœliciter, & Imperialem Conuentum Spiræ habendum indixit. Verum propter pestem, quę Spiræ tunc erat, translatus fuit Hagenoiam. In quo Cęsaris loco (qui adesse non poterat) Imperii negocia tractabat Rex Romanorum frater eius qui Cochlæum quoque è Vratislauia illuc proficisci iussit. A quo sane petiit, vt ex actis Colloquii Augustensis (quæ scripserat ac Maiestati eius tradiderat D. Hieronymus Vehus, Cancellarius Badensis) compendiũ breue colligeret, ac de 28. articulis Augustanæ Confessionis, quidnam bona conscientia & salua fide pacis gratia queat aut debeat admitti, animi sui sententiam explicaret. Is igitur per omnes articulos sigillatim, quid concessum, & quid reprehensum aut negatum fuerit, commemorans: quã breuissime potuit, affirmauit, se id religiose summa cum fide fecisse, sicut coram Deo intendat confiteri, & in extrema mortis hora, & in nouissimo die.

Relatio de Colloquio Augustano.

In fine tamen adiecit, Complures alios esse contra Catholicam fidem Lutheri complicumque eius articulos, qui in Confessione illa omissi, in aliis eorum scriptis euulgati sint: sine quorum discussione & conciliatione, firma pax aut concordia constitui non poterit. Lutherani autem, illic in publicis tractatibus nolebant ratam habere conciliationem eorum articulorũ, qui Augustæ in septenorum Colloquio concordati fuerãt. Emiserunt autem duo scripta, quæ ad Cęsarem dederant: Vnum in Latino, alterũ in Germanico

In quibus

In quibus sane sex præcipuos, ac velut necessa-
rios proposuerunt, & sibi concedi petierunt ar
ticulos. Quid autem in isce admitti saluasi de Ca
tholica posit, Cochlæus breui scripto indicauit *Colloquium*
Petierunt illud Colloquiũ, & obtinuerũt, vt Vu *Vuormaciense.*
ormaciæ institueretur post paucos menses eo-
dem anno. Quid autem in illo factum ac dispu
tum sit, Melancthon & Bucerus æditis libris
in publicum euulgarunt. Post longam sane tra-
ctationem cum Dominis præsidentibus habitã,
Duo disceptauerunt de peccato Originali Col
locutores, D. Io. Eckius, et Magister Phil. Me-
lancthon, De quo quidem articulo non fecissent
disputandi finem, nisi Cęsaris Commissarius,
Illustris Dominus de Granuella, qui mox abitu
rus erat, delectum fecisset, ac binos ex vtraque
parte constituisset, qui eum articulum in Qua-
tuor puncta redactum, vt cunque concorda-
runt. De reliquis autem nihil ibi agi potuit. Co-
chlæus autem, ne omnino nihil ibi ageret, suum
addidit Colloquium, quod ante XIX. annos Vu-
ormaciæ cum ipso Luthero priuatim habuerat,
Cunque magna esset eo anno fama de quodam
Principe, quod vltra legitimam vxorem suam
adhuc aliam superinduxisset, idque diceretur
fecisse consilio & approbatione Lutheri, & quo
rundam complicum eius: Cochæus contra no-
uum hoc scandalum breuem scripsit libel- *An liceat Du*
lum. In quo sex rationibus ex veteri Testamẽ *as habere Vxo*
to, & totidem ex nouo, probauit, Non licere *res simul.*
vlli Christiano, Duas aut plures habere vxo-
res-

res simul, & eodem tempore. Quoniam vero alius Conuentus à Cæsare indictus erat Ratisponæ celebrandus, in quo per aliud Colloquium de religione agendum erat: Cochlæus Moguntiæ breuem ędidit libellum, & Latine & Germanice, in septimum Augustanæ Confessionis articulum, De vera Ecclesia. Vbi ostendit, eam non esse apud Lutheranos, sed apud Catholicos: Ex eo enim articulo, tota religionis controuersia pendere videtur. Ædidit & eum libellum ibidem, quem inscripserat, De ordinatione Episcoporum & Presbyterorum, & de Eucharistiæ consecratione, antequam abiret Ratisponam. Et Ingolstadii iam antea Quintam ædiderat Philippicam, quam ipsi Philippo eam videre cupienti Vuormaciæ exhibuit. Eodem anno magna facta est in Regno Anglię, quo ad quęstiones, de religione mutatio. Cum enim ex dissidio (quod erat Regi contra Ro. Pontificem, propter latam de Matrimonio eius sententiam) Lutheranis data esset occasio, atque etiam libertas, irrependi in regnum illud, suamque heresim concionibus & librorum æditionibus late spargendi, & in populos disseminandi: ea ex re multi motus, multa scandala, multæ seditiones & rebelliones (qualia sane īcommoda nouitas afferre solet: præsertim vero nouum Lutheri Euangelium, cui prauo sensu tribuit & applicat ipse hoc verbum Christi. Non veni pacem mittere, sed gladiū (enascebantur. Quare Rex, Episcoporum & Magnatum consilio, īdixit publicum

blicum omnium Regni Procerum & Statuum Conuentum, quem Parlamentum vocant. In quo pro constabilienda Religionis concordia, proposuit sex Quæstiones: De quibus in Actis publicis ita relatum habetur. Tandem post longam super his articulis deliberationem, post cõsultationes plurimas, post denique argumenta vtro citroque infinita connexa, omnium tam Regiæ Maiestatis, quàm vtriusque Senatorii ordinis ac plebis in hunc Senatum coactæ, summo consensu fuit & est resolutum, decisum ac statutũ, eo modo ac forma, quæ sequitur. In primis, In beatissimo altaris Sacramento, per virtutem & efficaciam potentissimi verbi Christi, simul atque illud sacerdos ore locutus fuerit, sub forma panis & vini, naturale corpus & sanguinem Dominicum, conceptum ex Maria virgine, realiter adesse: Et post consecrationem, nullam aut panis aut vini, aut aliam quàm Christi, Dei & hominis, remanere substantiam. Secundo, Communicare sub vtraque specie, non est omnibus hominibus iure diuino necesse ad salutem, Credendumque est & non dubitandũ, quoniam in carne sub specie panis sit verus sanguis: Et cum sanguine, sub specie vini, sit vera caro, tam diuisim quàm coniunctim. Tertio, Sacerdotes, postquam sacris initiati sunt, iure diuino non possunt vxores ducere: Quarto. Vota castitatis siue viduitatis, à viro fœminaue non temere facta Deo, iure diuino sunt obseruanda, Christianiq; populi libertate quadã eos priuãt.

que nisi

qua nisi vouissent, potuissent vti frui. Quinto, Missas priuatas in hac Regis Anglicana Ecclesia ac congregatione, admitti ac celebrari, simul & bonum & necessarium est: per quas probi Christiani, quorum vita respondet pariter, & bona & diuina solatia & beneficia inde recipiunt, Missasque celebrari iuri diuino quadrat. Sexto, Expedit, necesseque est, auricularem Confessionem retineri in Ecclesia Dei. Quocirca Regiæ Maiestatis autoritate, ac summo vtriusque Ordinis Senatorii plebisque in hunc Senatum coactæ consensu, in hunc modum, qui sequitur, latum est Senatusconsultum. Qui vel in hoc regno Angliæ, vel in alio quouis Regiæ Maiestatis Dominio, post XII. diem Iulii, qui proxime sequetur, verbo, scripto, prælo, fictitiis characteribus, aut alio quouis modo publice cõcionantur, docent, dicunt, affirmant, declarant, disputant aut ratiocinãtur, In Beato Sacramento altaris, sub specie panis & vini, post eius consecrationem, naturale corpus & sanguinem saluatoris nostri Iesu Christi, conceptum ex Maria virgine, realiter non adesse: Qui post eius consecrationem aliquam substantiam panis & vini, aut aliam substantiam, quàm Christi, Dei & hominis, remanere: Qui post diem supra prefixum, publicant, concionantur, docent, dicunt, affirmant, In carne sub specie panis, non esse verum sanguinem Christi, aut cum sanguine sub specie vini, non esse veram carnem Christi, tam diuisim quàm coniunctim: Aut docent

concionan-

uncionantur, declarant, aut affirmant, dictum
sacramentum alius esse substantiæ, quàm supra
demonstratum est: Aut aliquo pacto contem-
nunt aut vituperant Beatum Sacramentum alta-
ris: Tam principalis reus, quàm alii subsidia-
rii, & qui consilio aut re eum iuuerint, ii omnes,
posteaquam ea forma iuris, quæ infra sequitur,
de illius ac illorum malitia constiterit, habe-
buntur hæretici, omneque huiusmodi malefici
um censebitur hæresis. Huius hæresis condem
nati, igne vitæ amissionem sustinebunt, reic-
ctis omnibus abiurationis Cleri aut Asyli benefi-
ciis bonaque damnatorũ, tam mobilia qnàm im
mobilia, omnia conferentur in fiscum, quæ
tempore huius aut post delicti commissi, possi-
debunt per se vel per alios, vt in crimine læsę
Maiestatis &c. Hęc Rex Angliæ. Nec multum
dissimile promulgauit eodem anno edictum
Cæsarea Maiestas, in prouinciis suis hæredita-
riis Germaniæ Inferioris. Vbi inter cætera sic
ait. Nos itaque maturo ac bene deliberato con-
silio, atque etiam cum consilio & consensu cha
rę sororis nostræ, Dominæ Mariæ, Reginæ
Douagieræ, Vngariæ & Bohemiæ &c. Regen-
tis & Gubernãtis in terris nostris huc versus. Et si
militer cũ supremo cõsilio nostro & sẽtẽtia, ordi
nauimus & statuimus, ordinam⁹ Et stauim⁹, pro
Edicto et perpetua lege, vt sequitur. Primũ Vt ne
mo, cuiuscũq; stat⁹ aut cõditiõis fuerit posse de
beat apud se habere vẽdere, portare, dare, legere
prædicare, docere, tolerare, defendere, imper-
tiri, aut

tiri, aut disputare, siue occulte siue manifeste, de doctrina, de scriptis & libris: quos fecerunt aut facere poterunt, Martinus Lutherus, Ioannes Vuicleph, Ioannes Hus, Marsilius de Padua, Oecolampadius, Vlricus Zuinglius, Philippus Melanchon, Franciscus Lamperti, Ioannes Pomeranus, Otto Brunfelsius, Iustus Ionas, Ioannes Purpuri & Gorcianus, aut alii autores de eorum secta: similiter & omnes aliæ sectæ, ab Ecclesia reprobatæ. Neque etiam doctrinas ab eorum adhærentibus, fautoribus & fœderatis: Neque etiam noua Testamenta, impressa apud Adrianum de Bergis, Christophorum de Remunda, Ioannem Zell: Phares scripturæ diuinæ, Interpretationem nominum Chaldæorũ, Epitomen Topographicam Vadiani, Paralipomena rerum Memorabilium, Historiam de Germanorum origine, Eobani Hessi opera, Dominicas precationes Griphii, Methodum in præcipuos scripturæ diuinæ locos, Erasmi Sarcerii Catechismum &c. Et si quis eiusmodi libros apud se habeat, vt confestim comburat, sub pœnis (si quis comperiatur, contra vlla supra scripta puncta fecisse) declarandis & exequendis: Nempe viros gladio feriendos, Mulieres viuas defodiendas esse, si modo errores suos tolerare aut defendere nolint. Si autem in erroribus & hæresibus perseuerare velint, igne ad mortem adigendi sunt. Et omnis eorum substantia fisco nostro applicanda est. Hæc Cæsar.

Acta

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini.

M. D. XLI.

Cæsar tempestiue Ratisponam venit, & longa expectatione ibi permansit, donec alij aduenirẽt Principes & Status Imperij. Aduenit quoque è Roma Cardinalis Legatus de Latere: vir Opt. & Doctiss. Gaspar Contarenus, die XII. Martij. Aduenerunt etiam Lutherani Principes & Status cum suis Concionatoribus, qui in domibus prophanis ad populum concionabãtur, & à Catholicorum sacris, ieiuniisque & ritibus, prorsus alieni erant, & venationibus operam dabant etiam in sacratissimis diebus hebdomadæ sanctæ, atque adeo in ipso quoque die Parasceues. *Conuentus Imperialis*

Conscriptus autem fuit liber quidam à nonnullis, quibus & Bucerus fraudulenta simulatione sese admiscuit, isque traditus fuit Cæsari, tanquam pacis & concordiæ conciliator cõmodissimus. Constituti sunt itaque noui rursus ex vtraque parte Collocutores, qui super eo libro amice disceptarent, & omnia ad desideratam adaptarent in fide & religione cõcordiam. Ex parte sane Catholicorum constituit Cæsar Tres, D. Iulium Pflug, D, Ioan. Gropperum, & *Nouum Colloquiũ super libro quodam*

D. Ioan. Eckium, Theologum exercitatissimū. Tres item ex parte Lutheranorum constituti sunt, Philippus Melanchtō, Martinus Bucerus, & Io. Pistorius. Additi quoque sunt vtrinque Auditores, & Duo Præsidentes, Illustriss. Dux Bauariæ, & Comes Palatinus Rheni Fridericus, & Illustris Dominus de Granuella. Hi ergo vltra mensis spacium considendo, librum discutiebant, ac omnibus interim aliis Imperij negociis posthabitis & suspensis, in quibusdā tandem libri illius articulis concordarunt. D. Eckius febre correptus, toti Colloquio interesse non potuit: Ideo Duo tantum ex Catholicis cum aliis tribus aliquandiu disceptauerūt. Finito autem Colloquio, Cæsari reddiderunt librum, non in ea forma, qua eum acceperant, sed in alia, quam cōcordiæ magis propinquam existimabant. Cæsar autem eum librum expendendum tradidit, non solum Legato Apostolico, Principibusque & Statibus Catholicis, sed etiam Protestātibus. At nihil effectum est: Neutra enim pars eum librum per omnia comprobauit. Catholici certe multas aduersus eum rationes, cur approbare aut recipere non possent, adduxerunt: Legatus quoque Sedi Apostolicę totam causam committendam, & absque illius autoritate nihil definiendum esse censuit. Lutherani autem Concionatores IX. adiecerant scripta, signata per literas A. B. C. &c. quibus varia ambage potius quam declaratione, articulos libri concordatos in Colloquio, magis ambiguos reddebāt. Vuittenbergenses quoq;

Lutheranorum intricationes & ambages.

paulo post circa ea scripta alias rursus declarationes superaddiderũt, ita intricatas, variisque glosis & interpretationibus inuolutas, vt lector non posit videre, quid in iis firmũ per omnia habere velint. Ipsi autẽ Principes ac Status Lutherani, in suo ad Cæsarẽ de libro illo responso, neq; librum, neq; conciliatos articulos, per omnia comprobabant: sed ad suam Confessionem Augustanam, eiúsq; Apologiam, alligabãt fidem suam. Intelligimus (inquiunt) in libro quosdã articulos iudicio Collocutorum videri conciliatos, quosdam vero repræhensos. Diligenter expendimus eos, qui dicuntur conciliati: Quales sunt, De libertate voluntatis humanæ, De peccato originis, De iustificatione, De disciplina, & aliis quibusdam: etsi quædam adhuc opus habẽt longiori explicatione, ne breuitas aut ambiguitas pariat noua certamina. Nã nos quidem articulos illos sic intelligimus, vt res eadem in nostra Confessione & Apologia tradũtur. Reliquæ (inquiunt) sunt cõtrouersiẹ in libro nondũ direptæ, de quibus nostri exhibuerunt articulos: Qui cum sint veri, & moderatissime scripti, speramus, eos etiã alteri parti satisfacturos esse, Et infra. Ideo iudicamus (inquiunt) articulos exhibitos à Collocutoribus delectis ex parte nostra, & moderate scriptos, & veros esse, nec ab eis discedimus: At rogamus, vt Cæsarea Maiestas vestra, hanc nostram responsionem boni cõsulat. Primũ enim, cum de gloria Dei & luce Euangelij agatur, nõ sunt

Responsum Protestãtium de libro.

confirmandi vitiosi cultus, aut opiniones, quæ inducunt tenebras Euangelio. Quanti abusus confirmantur, recepta opinione libri de inuocatione sanctorum, & aliis cultibus, sine verbo Dei institutis. Item. Quale vinculum iniceretur Ecclesiæ, si fateremur, prorsus nullũ lapsum generalium Synodorum reprehendi posse. Itẽ. Ac ne cui dubium sit, quod doctrinæ genus in vniuersum in Ecclesiis nostris tradatur, iterum testamur, Nos amplecti Confessionem Augustæ exhibitam Cæsareæ Maiest. vestræ, & Apologiam quæ addita est: Nec dubitamus, hanc doctrinam vere esse consensum Catholicæ Ecclesiæ Christi. Hæc Lutherani Principes & Status.

Querela concionatorum cõtra Legatũ

Concionatores autem eorum, etiam in Cardinalem Contarenum scripto quodam inuecti sunt. Lædimur (inquiunt) ab eo iniquo præiudicio, cum quidem videat nos nihil absurdi sentire, nihil profiteri, quod pugnet cum sanis iudiciis piorum & doctorum in Ecclesia Christi, immo locos aliquos doctrinæ Christianæ in nostris Ecclesiis pie & vtiliter illustratos esse. Et tamen ædidit censuram, in qua ait, nos à cõmuni consensu Catholicæ Ecclesiæ dissentire. Iubet etiam in altera pagella Episcopos aduigilare, vt genus doctrinæ, quod profitemur, deleant. Hæc illi. Cochlæus autem, qui priuatim ibi agebat, priuatis quibusdam scriptis reprehendebat, tum illorum IX. scripta, quæ libro adiecerant, & articulum de iustificatione: tum duplices propositiones, quæ è Vuittenber-

ga

transmissæ, illic circumferebantur, nempe de peccato Originali, & 21. de fide iustificanda. Perditis tandem frustra tot pro concordia studiis, laboribusque & impensis, summa cum temporis iactura: Cæsar, dato Recessu Imperiali, discedens in fine mensis Iulij, per Italiā profectus, pulcherrima instructa classe, contra Algerum expeditionē fecit, transfretans in Aphricam mense Octobri, vbi graue passus est naufragium. Meliora enim nauigandi tempora perdiderat Ratisponæ per infructuosum illud Colloquium: Quod ipse quidem optima intentione & syncerissima mente instituit, sed aduersarij dolis omnia peruertere satagunt. *Recessus.*

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M.D.XLII.

HOc anno bini sunt celebrati per Regem Rom. absente Cæsare, Conuentus Imperiales. Vnus Spiræ, cuius Recessus datus est XI. die Aprilis: Alter Nurenbergæ, cuius Recessus datus est XXVI. die Augusti. In vtroque autem præcipue tractatum est de expeditione contra Turcas, quæ hoc anno facta est in Austria. Ad quam sane constitutus fuit supremus Christiani Exercitus Capitaneus, Illustriss. Princeps Elector Ioachim, Marchio Brandeburgensis, Generali per totum Im- *Duo Cōuentus Imperiales.*

perium indicta contributione. Verum tamen, neq; hoc anno, neq; anno superiore, dum Ratisponæ haberetur Conuentus, prospere cessit circa Budam & Pestum expeditio, licet maximus fuerit, hoc præsertim anno, belli apparatus. Cæterum in causa religionis bene longum ædidit hoc anno librum Clariss. Theologus D. Io. Eckius, quem inscripsit Apologiam pro Catholicis, aduersus calumnias Buceri, super actis comitiorum Ratisponæ. In eo igitur libro primum ostendit, longe plures & maiores articulos controuersos, non esse conciliatos aut concordatos per Colloquium illud, quàm sunt ij, quos conciliatos dicit Bucerus. Deinde per multas & varias annotationes declarat, quicquid in libro, qui Collocutoribus propositus fuerat, reprehensione dignum sit, in quolibet libri capitulo: sunt autē libri cap. XXIII. Postea reprobat multos errores Lutheranorū, qui habentur in IX. scriptis eorum, quæ per literas A.B.C.&c. signauerant. Item, ad longum per XXI. puncta reuellit cauillos & calumnias Buceri, quas ædidit contra Responsum Catholicorum Principum & Statuum, de libro Colloquij Cæsari datum, Item defendit etiā Card. Contareni Legati Responsa & declarationes, quas Bucerus calumniose suggillauit. Reprehendit vero Responsum, quod à Protestantibus Cæsari, de articulis conciliatis & non conciliatis, datum fuit. Si maledicentia (inquit) Bucerum imitari vellem, non deesset,

Reprehensio responsi Principum Luth.

quo

no Annotationem (iustiori & meliori causa) hic responso affigerem. At quia maledici regnum Dei non possidebunt, nolo Nobilissimos Principes & Status Protestantium offendere, suspiciens in eis donum à Deo datum: quia omnis potestas à Deo est. Et quia ex se Principes ista non habēt, sed spiraculū, nō vitę, sed mortis suggerit illis, quæ cum fide Orthodoxa non conueniunt. Nam desertores Ecclesiæ, Apostatæ, grex Epicuri, Prædicatores hæretici, & schismatici, excellentissimos Principes istos & Status, Deo permittente, lethali poculo aliò trahunt. Non deesset amplissimus campus versandi, quod tam anxie petunt sustolli Recessum Augustanum, ac si diuus Augustus noster CAROLVS, à Deo coronatus, cum tot Catholicis Principibus (qui suæ Maiestati fidem dederunt, de conseruando recessu isto) sint muliercularum more instabiles & inconstantes, modo velint, modo nolint: Sed stat sententia, cum sede Apostolica, tum Imperiali & Regia Maiestate perseuerare. O quam egregie dicebat Dux Georgius Saxo, Beatæ memoriæ Princeps, Nescire Næochristianos hodie, quidnam futuro anno credituri sint. Hęc & id genus multa in Bucerum Eckius. Eodem quoque anno scripsit in eundem Bucerum D. Albertus Pighius Campensis itidem Apologiam: In cuius præfatione inter cætera sic ait. Quanquam Bucerus multas in me Dei dotes agnoscat & prædi-

Albertus Pighius contra Bucerum.

cet. Excellēti enim doctrina, & si quem alium, in excutiendis quæstionibus Methodicum, & in tractandis rebus disertum facit, & deplorat ingenium tantum, tamque præclare & natum & disciplinis excultum: Contra tamen, apertis, impudentibus, atque intolerandis me conuitiis flagellat, nunc sophistam, nūc calumniatorem faciens. Hæc ille in præfatione. In ipso autem libro, de multis Bucerum & Lutherum reprehendens, Erasmum quoque alicubi cōiungit eisdem. Verbi gratia, de operibus pœnitentiæ, quæ fecerunt Niniuitæ, ad placandum sibi Deum, sic ait. Quid ergo de his dicturi sunt? Certe secundum Erasmi illud axioma, Deo hæc eorum opera placere non poterant, vt quæ præter eius præceptum vltro assumpta, non eo spectabant, vt proximo per ea commodaretur. Secundum aduersariorum vero doctrinam, quam in Confessione suæ fidei atque eius Apologia publicè asserunt, atrociori etiam censura percelluntur. Neque enim solum ingrata Deo, & illis qui ea fecerunt inutilia, sed etiam perniciosa, impia, à Dęmoniorum doctrinis introducta fuerunt: quia facta ad placādum Deum, ad eius impetrandam gratiam, promerendamque misericordiam. Et quid diuina scriptura? Vidit, inquit, Deus opera eorum: quia conuersi sunt à via sua mala, & misertus est super malitia, quā locutus fuerat, vt faceret eis. An hic non vides diuersissimum Dei ab Erasmo & Lutheranis iudicium,

Opera pœnitētiæ Niniuitarum.

licium? Hæc & id genus multa Pighius.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M.D.XLIII.

Conuentus Imperialis.

HOc anno rursus Nurenbergæ, absente adhuc Cæsare in Hispaniis, per Regem Rom. habitus est Cõuentus Imperialis, à mense Ianuario vsque ad Aprilem: Cuius Recessus factus ac publicatus fuit die XXIII. Aprilis. Adiuncti fuerunt Regiæ Maiestati ad id negocij Tres Commissarij à Cæsarea Maiestate, vtpote Christophorus Episcopus Augustensis, Fridericus Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, & Ioannes de Nauis: Quorum primus in illo conuentu Nurenbergæ obdormiuit in Domino. Tractatum est autem & ibi præcipue de ratione belli, aduersus Turcas gerendi, deq; præsidiis subsidiisque & contributionibus in tempore constituendis. De causa vero religionis, nihil aliud constitui commode potuit, nisi vtpublica pax vtrinque seruetur, ne religionis, prætextu vlli inferatur vis, aut iniuria.

Concilium indictum & suspensum.

Fuit eodem anno indictum à summo Pontifice Generale Concilium ad Ciuitatem Tridentinam, quo Tres misit Cardinales Legatos. Quoniam vero propter bella, quæ inter poten-

tissimos erant Monarchus, perpauci Episcoporum comparuerunt: reuocatis Romam Legatis, suspensum est ad tempus Concilium illud. Fata insuper eripuerunt Catholicis in Germania Duos Clariss. & Doctiss. viros, D. Eckium, & D. Pighium, fortissimos cõtra hæreticos Ecclesiæ fideique Propugnatores. Mortuus autem est vterque intra vnius mensis, & quidem primi, spacium, non sine publico plurimorum luctu & gemitu. Cochlæus Tridentum ad Concilium è Vratislauia proficiscens, dum Campidunum vsque peruenisset, comperit ibi, solutum esse Conuentum indictæ Synodi. Et vidit ibidem Cæsarem Die 15. Iulij, ex Italia cum exercitu tẽdentem in Germaniam Inferiorem, aduersus Ducem Cliuensem, qui ab eo ad Regem Franciæ defecerat, atque Ducatum Gelriæ occupauerat, ac multa Brabantinis damna, Cæsare absente, intulerat. Quem Cęsar, intra paucos mẽses victum ac subiugatum, pro innata Clemẽtia sua, rursus in gratiam recepit.

Obitus Eckij & Pighij.

Cæsar contra Ducem Cliuensem.

Bucerus autem impia fraude Coloniensi insinuatus Archiepiscopo, Hermanno (qui Nattlibus Comes erat à Vueda) grauissimam suscitauit inter illum & Clerum eius discordiam in religione. Induxit enim illum in Lutheri hæresim, reclamante frustra, non solum Reuerendo & Illustri Capitulo Maioris Ecclesiæ Coloniẽsis: sed etiam vniuerso Clero totius Ciuitatis, toraque Vniuersitate Coloniensi. Cochlæus vero, gratia ac benignitate Reuerendissimi Episcopi

Discordia Coloniæ inter Clerum & Episcopum.

ſcopi Eyſtetenſis, nactus Præbendam in Choro S. Vuilibaldi, è Campiduno rediit ad Eyſtet. Ibique nouam adiecit præfationẽ Quintæ ſuæ Philippicæ, prius æditæ, quam ſupradicto nuncupauit Archiepiſcopo. Vbi inter cætera, poſt recitatam S. Ambroſij ad Imperatorẽ Valentinianum II. reſponſionem, ita ſubiũxit. Sic te quoque, Reuerendiſſ. Princeps ac Domine, Lutheranis ac Zuinglianis ſuggeſtoribus & cõſultoribus peſſimis reſpondere decuiſſet. Abſit, vtego hæreditatem patrum ſanctorum, Seuerini, Cuneberti, Brunonis, Hereberti, Peregrini, Annonis, & omnium retro fidelium Epiſcoporum, anteceſſorum meorum, qui per tot Collegia & Monaſteria (quæ ſuo ære & labore fundauerunt) cultum & laudem Dei, & ſanctorum eius memoriam ac venerationem, adauxerunt: tradam in manus tam rapacium luporum, ac publice damnatorum hæreticorum, qui Eccleſiarum Collegiatarum & Monaſteriorum hoſtes ſunt nefandiſſimi. Quis Prædeceſſorum meorum vnquam ita fecit? Tali ſane reſponſo ſeruares bonam ad Deũ conſcientiam, bonam fidem Chriſto, principi paſtorum (cuius tibi commiſſæ ſunt ouiculæ) debitam erga ſummum Pontificem & Romanorum Imperatorem, Dominos & ſuperiores tuos, obedientiam atque fidelitatem: apud Exteras nationes Chriſtianas laudem: apud Clerum & populum Colonienſem (qui tot iam annis vnanimi tecum conſenſu iſtas perditionis dam-

Præfatio ad Archiepiſcopum Coloniẽſem.

natas sectas abominati ac detestati sunt) beneuolentiam pristinam: atque præcaueres infinita in plebibus Christi scandala, quæ de hoc facto tuo non sine multorum gemitu passim audiuntur. Et infia.

Accusatio sanctorii contra illum Episcopum.

Quod si à te (inquit) pastore intromissus est lupus iste Bucerus, facile intelligis, quàm grauè de tanto facinore rationem redditurus sis principi pastorum in die nouissimo, quando stabit contra te in magna constantia, non solum omnes sancti Prædecessores tui, quorum labores & sanctas fundationes per hos lupos, et eorum ouili & populo fideli auferre & abolere conaris, si non primo quoque tempore eos amoueris atque expuleris: Verum etiam numerosa sanctorum Martyrum agmina (quorum sacræ Reliquiæ, in magna per tot sæcula veneratione Coloniæ ab omnibus habitæ fuerunt, habentúrque adhuc hodie) in te coram Iudice consurgent. Neque surdas interim præbebit Deus aures gemitibus, lachrymisque & suspiriis tot sacrarum virginum, sacerdotúmque & Monachorum, intra muros sanctæ ciuitatis Coloniæ Deo seruientium, quos per lupos istos tam immaniter conturbas & discrucias. Hæc ibi Cochlæus.

Contra Bullingerum de autoritate Ecclesiæ.

Qui & in Henricum Bullingerum, Zuinglianorum apud Tigurinos Antesignanum, edidit eodem anno Ingolstadij libellum, inscriptum De Canonicæ scripturæ, & Catholicæ Ecclesiæ autoritate: In cuius præfatione sic ait.

Quid

Quid si solos reprehenderes abusus, qui Prælatorum negligentia (vergente in senium mundo) irrepserunt, vitamque duntaxat scandalosam & prauos mores plurimorum ex Clero, qui suo non recte in Ecclesia funguntur officio, palam argueres, aut quantumuis acriter insectareris: non solum tacitus comprobarem, verumetiam publice collaudare non vereer. Quoniam vero præcipua totius religionis nostræ capita (quibus labefactatis aut subuersis, cunctarum periclitaretur salus animarum) impetis, hostiliterque oppugnas: non licet mihi (stimulante ad debitum officium conscientia) ad omnia tacere aut desidiose dissimulare, quamuis ignorem, quæ tua sit conditio, qui status, quæ functio &c. De animarum quoque Purgatorio igne libellum edidit, contra duos sermones Andreæ Osiandri. Cæterum Clerus secundarius ciuitatis Coloniensis, aduersus Buceri librum recens editum, egregium matura deliberatione scripsit ac euulgauit iudicium. In quo doctissime deteguntur atque confutantur Buceri complicumque eius errores ac impia dogmata Latine, quod in Germanicum quoque translatum est.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M.D.XLIIII.

Conuentus Imperialis Spiræ.

HOc anno celebris fuit Conuentus Imperialis à Cæsaremet præsente Spiræ habitus, in quo & omnes septem Principes Electores (quod raro fit) personaliter præsentes fuerunt. Tractatum ibi rursus fuit de ratione belli defensiui contra Turcas, & de sumptibus atque contributionibus ad bellum illud necessariis. Fuit & de causa Religionis ibi seriò actum, & Lutheranis ad importunam eorum instantiam concessum nonnihil, quod summo Pontifici per omnia placere non potuit. Recessus ergo publicus datus fuit Spiræ X. die Iunij. Cuius sane tenorem vbi Ro. Pontifex accepit, paterne admonuit per quandam epistolam Cæs. Maiestatem, vt in causa fidei & Religionis, more maiorum, nihil velit, inconsulto Ro. Pontifice, statuere aut permittere, in sedis Apostolicæ præiudicium. Mos (inquit) maiorum est eiusmodi, vt quoties de his, quæ ad religionem pertinent, disceptatur, ad sedem Apostolicam omne iudicium semper referatur, nihil illa inconsulta statuatur. Tu vero nunc fili, cum vel de Concilio generali, tanquam de remedio omnium opportunissimo afflictis Ecclesiæ rebus, &

Admonitio Papæ ad Cæsarē scripta.

& ipsius in primis Germaniæ mentionem fa-
cis: vel de Nationali, cuius etiam meministi: vel
de futuro ad proximum Autumnum Imperia-
li Conuentu, in quo de religione cæterisque re
bus, quæ ad illam pertinent, tractare promittis:
ita agis, ita statuis, vt supprimas eius nomen vbi
que, cui diuina & humana iura, approbante tot
circulorum consensu, supremam, cum cogendi
Concilia, tum statuendi de his & ordinãdi, quæ
ad Ecclesiæ vnitatem vtilitatemque spectant,
autoritatem dederunt &c.

Contra hanc Papæ Pauli III. epistolam, hor-
renda conuitia scripserunt Lutherani, quidam
Latine, quidam Germanice. Leutherus ipse Teu
thonice prolixum aduersus eam ædidit librum,
vsque adeo maledicum & obscœnum, vt sine
pudore recitari aut legi non queat. Ædidit &
alium Germanice libellum, in Quatuor par-
tes diuisum. Quarum prima titulum habet,
De Principalibus articulis Christianæ fidei,
contra Papam & Inferorum portas sustinen-
dis. Secunda continet eius Confessionem.
Tertia, De vera & falsa Ecclesia, quomodo di-
scernatur. Quarta, De tribus symbolis aut
Confessionibus Catholicæ fidei.

Obscœnissimus liber Lutheri contra Papam & Card.

Cochlæus quoque non paucos hoc anno æ-
didit Latine libellos, partim contra Luthera-
nos, partim contra Zuinglianos. Verbi gratia.
Philippicam sextam, contra Melanchtonem &
Bucerũ, pro Coloniensium iudicio: Defensio-
nem Cæremoniarũ Ecclesiæ, cõtra Tres libel-

Opuscula Cochlæi.

los Ambrosij Moibani Vratislauiensis: De nouis translationibus veteris & noui Testamenti Disceptationem: Quadruplicem rationē concordiæ super Confessione Augustana. Hæcōtra Lutheranos. Contra Zuinglianos vero, De inuocatione sanctorum, eorumq; intercessione, & de Reliquiis imaginibusque eorundem, contra Bullingerum: Replicam breuem, cōtra prolixam responsionem eiusdem Bullingeri: De sacerdotio & sacrificio nouæ legis, contra duos sermones Vuolffgangi Musculi. Item, Historiam de vita Theodorici Regis Ostrogothorum & Italiæ. Germanice item libellum vnum, de modo & vsu orandi antiquo. Cęsar autem finitis Spiræ comitiis, Regi Franciæ bellum intulit in ipsa Gallia, eoq; fœliciter peracto, in Belgicam eodē anno reuersus est: qui ad Parisios vsque cum exercitu penetrauerat. Clero interim Coloniensi, pro fide & religione Catholica, libris & actionibus diuersis viriliter, Lutherani Archiepiscopi sui conatibus & attentationibus repugnante.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M.D.XLV.

Cōuentus Imperialis Vuormaciæ.

HOc quoque anno indictus ac celebratus est Vuormaciæ Conuentus Imperialis, qui promissus fuerat in Recessu Spirensi,

Spirensi, & constitutus in diem primum Octobris prioris anni. Itaque Cæsar ad eum diem suos iussit ibi comparere Commissarios. Cæteri tardius aduenerunt: Rex Rom. mense Decembri: Cæsar infirmitate corporali præpeditus, longe tardius aduenit. Ex Principibus autem Electoribus, vnus duntaxat personaliter comparuit, Illust. Comes Palatinus Rheni, & Dux Bauariæ Fridericus: cæteri suos miserunt Oratores. Minus igitur frequens ac celebris fuit iste Conuentus, quam fuit Spirensis, licet satis celebris fuerit ex Cæsaris Regisque personali præsentia. Vbi & Reuerendissimus Dominus, Episcopus Augustensis Otto, Cardinalitia Dignitate ac amplitudine sublimatus, insignioremeo honore Conuentum illum reddidit. Protractus autem est idem Conuentus vsque in mensem Augusti, cuius die Quarto datus est publicus Recessus. In quo propter paucitatem Principum & Statuum, qui in propriis personis adfuerunt, maiores & grauiores causæ, de quibus tractatum fuit, non sunt definitæ, sed suspensæ atque in alium Conuentum remissæ, quem Cæsar constituit Ratisponæ celebrandum, atque sequenti anno mox inchoandum die festo Epiphaniæ, seu Trium Regum: ad quem omnes Principes & Status personaliter, excepta causa infirmitatis, conuenire debeant. Vt autem illic in causa Religionis facilius ad concordiam peruenireturr: instituit Cæsar rursus, ad petitionem Principum & Sta-

Card. Augustensis.

tuum Proteſtantium, non conſentientibus Catholicis Imperij Ordinibus, nouum Colloquiũ Ratiſponæ, ſub feſtum ſancti Andræ inchoandum, & à Quaternis vtriuſque partis Collocutoribus, & totidem Auditoribus peragendum, ſub Preſidentibus à Cæſ. Maieſtate conſtituendis. Scripſit ad hunc Conuentum Germanice Bucerus Tres libros. In quibus prolixe ſuadet pro Nationali potius, quam pro Generali Concilio, multa inculcat contra Papam & omnem ſtatum Eccleſiaſticum, multa contra Edictum Vuormacienſe, & contra Receſſum Auguſtenſem, multa contra Sacramenta & Eccleſiæ Caremonias: Et quaſi per omnia innocens ſit, offerre ſe auſus eſt, ad experiundum de iure cum quocunque aduerſario. Hæc indigne ferens Cochlæus, Latine ſcripſit epiſtolam ad Principes & Status partis Catholicorum, eamque per proprium nuncium ex Eyſtet Vuormaciam miſit: ſuppliciter admonens, vt à fraudulentis & mendacibus Buceri commentis caueant: atque etiam ad pœnam talionis ſeſe obligauit, ſi illum ſub iudicibus non conuinceret, tum de errorib[us] in fide, tum de criminibus in vita. Cum autem epiſtola illa publice in promiſcuo Catholicorum & Proteſtantium conſeſſu lecta eſſet: cito nactus eſt eius copiam Bucerus, & Latine aduerſus eam prolixum ſcripſit ac ædidit librum. Cui & Cochlæus nactus exemplar, abſque mora Latine reſpondit, extractis è libro illius XVIII. articulis, ſuper quibus cum eo ve

Tres libri Buceri.

Epiſtola vna contra eoſdẽ.

lle

se sub iudicib⁹ experiri de iure. Hoc præterea anno magna fuit fama, seu infamia potius, de diuersitate nouarũ in Germania Inferiore exortarũ sectarũ. Etenim in Phrisia surrexit Laic⁹ quidã, in oppido Emeda, nomine Dauid Georgi⁹, ex Delphis oppido Hollandiæ, qui absurdissimos proposuit articulos. In quib⁹ etiã Sadducorũ renouauit errores: negãs resurrectionem carnis, extremũ iudiciũ, Angelos, Dæmones, Baptismũ, Matrimoniũ, scripturas, Paulũ, vitã æternã in cœlo. Affirmauit autẽ se Tertiũ esse Dauid, qui in Regno Christi super terrã regnare debeat: vxores voluit esse cõmunes: docuit non esse peccatum, negare Christum coram hominibus: non spiritum, sed solam carnem peccare: stultos fuisse Apostolos & Martyres, quod tormenta mortemque propter Christi cõfessionem passi sunt. Quia æque bene saluentur spiritus infidelium, sicut fidelium: & æque bene damnetur caro Apostolorum, sicut infidelium. Cæsar itaque, vbi hæc accepit, magna seuertate vsus, gladio & igne in huiusmodi hæreticos animaduertit, & acerrima inquisitione etam nefariam sectam extirpauit: Atque vt contra omnes nouarum sectarum errores & blasphemias, certos fidei & doctrinæ Catholicæ articulos populi eius haberent, commisit id negocij suis Theologis Louaniensibus.

Horrendi errores nouæ sectæ.

Seuera contra eam sectam executio.

Vnde factum est, vt Decanus & tota facultas Theologica Vniuersitatis Louaniensis, per iuramentum in Collegio Theologorum

XXXII. articuli Theologorum Louaniensium.

Theologorum Louaniensiu.

congregata, vnanimi sententia consignauit & approbauit XXXII. articulos, pro Catholicis & Orthodoxis ab omnib' habendos. Quos & Cæsar ipse publico Edicto, tum in Latina, tum in Burgundica lingua, comprobauit, ac per omnes populos & prouincias Inferioris Germaniæ diuulgari, doceri ac acceptari, præcepit. Neque immerito id fecit: Eleganti enim compendio asseritur in iis doctrina sana & Catholica, contra omnes nouarum sectarum errores & insanias. Hanc autem Cæsaris pietatem ægre ferentes sectarum Antesignani, præsertim vero Lutherus & Bucerus: variis calumniis & conuitiis in autores illorum articulorum, Theologos Louanienses, inuecti sunt. Argentinenses quidem nouos contra eos Tenthonice commentarios euulgauerunt: Lutherus autem LXXV. propositiones, superbissima censura, & Latine & Germanice in eosdem emisit. Inter quas, verbi gratia, istæ quoque continentur, & quidem inter primas, velut aliarum fundamentum. Quicquid (inquit) in Ecclesia Dei docetur sine verbo, mendacium & impietas est: Si idem pro articulis fidei statuitur, impietas & hæresis est. Cui si quis credit, Idolatra, Diabolum pro Deo colit. Hinc ita concludit. Septem esse Sacramenta, sine verbo asseritur ab hæreticis & Idolatris Louaniensibus. Item, Doctrina Synagogæ Louaniensium de Baptismate, est damnanda vt hæretica. Explodenda item est & abominanda doctrina

LXXV. propositiones Luthe. contra Louanienses.

ctrina Nostrollorum Louaniensium, in vsu Eucharistiæ, cum sit prophanationis, hæresis, Idolatriarum plenissima. Item, Missam pro defunctis offerri, hæreticum est & blasphemum, insignitérque mentitur Lerna Louaniensium, esse à Christo institutam. Item, Confutationes Louaniensium sanguinariæ & incendiariæ, pertinent ad Parricidas, non ad eruditionem, quã in sacris literis prorsus nullam habent. Quẽ, quæso, articulum hæresis illi confutarent, qui ipsi sunt pleni & distenti innumeris hæresibus, blasphemiis & Idolatriis? Deinde nihil ex scripturis, sed omnia ex doctrinis hominum ructant, vomunt & cacant in Ecclesiam, non suã, sed Dei viuentis. Item, Ritus ordinandi sacrificos Missales, id est, Crucifixores Christi, est inordinatio Diaboli. Item, Matrimonium esse Sacramentum, sine verbo dicitur, & à Magistris Nostrollis in speculo Marcolfi visum est. Item, Cacolyca verius est Ecclesia Papæ & Magistrollorum, Ecclesiæ Christi sanguinaria aduersatrix & vastatrix. Hæc & id genus multa, furore plus quam hæretico plena ibi Lutherus: Qui & in Zuinglianos acerrime nouo inuectus est libello. Cui Tigurini respondentes, tum Latine tum Germanice, inter cætera sic aiunt. Prophetæ & Apostoli, Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant: sed peccatorum salutem quærebant vnice. Lutherus autem sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim Sathanæ

Tigurini contra Luthe.

tradit, quotquot illius sententiæ nõ illico subscribere velint: Et in omnibus correptionibus suis plurimum maligni spiritus, quam minimum vero amici & paterni ingenij, deprehenditur. Hæc illi. Erupit & alia hæresis noua in plærisque Sueuiæ oppidis, quam Schuuenckefeldianam vocant, cuius autor Slesita est, genere Nobilis. Is ergo, vt aliquid noui, per quod innotescat, afferat, ex antiqua Manichæorum hæresi dogma vetus arripit ac renouat, docẽs, Christum non fuisse conceptum in vtero virginis Mariæ, ex natura & sanguine eiusdem opificio Spiritus sancti: neque ex ea natum, sed aliunde à Deo creatum hominem assumpsisse. Inter has insanientium & vndique irruentium hæreticorum diuersas machinationes, impiosque conatus, sua pro parte Catholicorum studia exercens Cochlæus, quædam opuscula sua Latine scripta, velut antidota quædam euulgauit: Vtpote Miscellaneorum libros Tres, qui diuersos continent Tractatus XXX. Item, Considerationem de concordiæ tractatu, cõtra duo scripta Lutheranorum. Item, Velitationem cõtra Quatuor coniecturas Andrææ Osiandri, de fine mundi. Item, Replicam in Musculi Anticochlæum, de sacerdotio & sacrificio nouæ legis, & in Antibolen Bullingeri, atque in quædam scripta Buceri. Item, in Nycticoracem noui Euangelij &c. Coloniẽses quoque strenue contra sui Archiepiscopi nouam & impiã Reformationẽ, & publicis actionib° institerũt, &

Noua hæresis alia.

Libelli Cochlæi.

Defensio iudicij Cleri Coloniensis.

editis libris sana Ecclesiæ dogmata omni probationũ genere confirmarunt. Inter quos sane insigniter emicuit Defensio iudicij Vniuersitatis & Cleri Coloniensis, contra Melanchtonis, Buceri, & Oldendorpij calumnias, à R. Patre, Euerhardo Billick Carmelita, Sacræ Theologiæ Doctore, & Prouinciali Germaniæ Inferioris, ædita. Et eodem anno rursus ad Tridentum indixit summus Pontifex Generale Concilium, cui præfecit Tres Cardinales Legatos, virtute ac eruditione excellentissimos. Quorum opera consulatur Ecclesiæ, & contra hæreses vsque adeo impias variasque, & contra corruptos mores & abusus Ecclesiasticorum.

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini M. D. XLVI.

Colloquium Ratisponense secundum.

COlloquium de religione à Cæsare in Conuentu superiore Vuormaciæ habito, ad festum sancti Andręę indictum, & ab eodem postea ad XIIII. diem Decembris ex certis causis per literas prorogatum: propter tardiorem eorum, qui ad Colloquium deputati fuerunt, aduentum, non potuit inchoari Ratisponæ ante XXVII. diẽ Ianuarij. Nã ij, qui ab Electore Saxoniæ ad Colloquium missi sunt, Doctor Laurentius Zoch,

vt auditor, & diuus Georgius Maier, vt Collocutor, aduenerunt primum die XXI. Ianuarij, cum cæteri ex vtraque parte iampridem comparuissent, & Melanchtonem (qui nominatim pro Collocutore fuerat Cęsari per literas indicatus) tot diebus frustra expectassent: Quandoquidem pro eo substitutus ab Electore prædicto fuit diuus Maier. Die igitur 27. Ianuarij, Domini Præsidentes, post solenniter celebratam ritu Catholico in Cathedrali Ecclesia Missam, in Prætorio cum vtriusque partis Collocutoribus & Auditoribus conuenerunt, factoque consessu Cæsareæ Maiestatis, Commissiones sibi factas exhibuerunt, ac recitari fecerunt vtrique parti. Modum insuper procedendi, à Cæsare præscriptum, vtrique parti in scriptis tradiderunt. Verum, cum Lutherani suspiciosius variis causationibus & exceptionibus rem protraherent, atque Colloquium inire nollent, nisi proprios permitterentur habere Notarios: effecerunt, vt Quinto tandem die Februarij primum, à Catholicis Collocutoribus materia de articulo iustificationis, iuxta præscriptam à Cæsare formulam, proponi potuerit. Die autem sequenti Lutherani, antequam ad materiam propositam responderent, prolixo apparatu præfati ac protestati, & extra propositum querelis & excusationibus vagati: rem scriptis, recitationibus, ac dictationibus extraxerunt, vsque in diem XII. Februarij, antequam Catholicis daretur locus aut copia respondendi.

pondendi. Deinde die XVII. Feb. rursus Lutheranis concessa dicendi facultate, res iterum tractata est partim dictationibus & scriptis, partim familiari colloquendi vice ac discepta-tione verbali, vsque ad 24. diem Februarij, qui erat festus Mathiæ Apostoli veneratione. Interea Cæsar à Dominis Præsidentibus consultus, & de modo procedendi (qui Lutheranorum peruicacia & importunitate à præscripto aliquantulum mutatus erat) certior factus, nonnam eis super quibusdam dubiis commissionem misit, & vtrique parti literas Credentiales, vt de sua voluntate & mandato Præsidentibus crederent, & R. D. Iulium Pflug, Electum & Confirmatum Numbergensem, pro Tertio Præsidente reciperent. Quæ die 26. Februarij publicata vtrique parti, à Catholicis quidem obedienter acceptata sunt, à Lutheranis autem per varias ambages & excusationes recusata. Quæ sane res inter Præsidentes & Lutheranos, variis tractationibus diebus aliquot agitata, non potuit ad consensum perduci, eò quod Præsidentibus non liceret egredi aut recedere à præscripta Cæsaris commissione. Lutherani autem à conditionibus & limitationibus, quas contra Cæs. commissionem afferebant, nollent recedere. Coacti sunt igitur Lutheranorum peruicacia Domini Præsidẽtes, iisce de rebus iterum scribere ac referre ad Cæs. Maiestatẽ (quę iã iter ingressa erat è terris inferioribꝰ versus Ratisponam) vt scirent inde, quid Lutheranæ parti, tam

Fugitiua Lutheranorum abitio.

obstinate contra commissionem excipiẽti, permittere aut concedere deberent. Lutherani autem, antequam à Cæsare adueniret Rescriptũ, contra Præsidentium voluntatem, die 20. & 21. Martij (quæ erat Dominica Reminiscere) subito præter omnium opinionem, insolita festinatione, tantum non furtiue, discesserunt, & sua contumacia omnem Colloquij fructũ prepedierunt, atque concordiæ spem præciderũt. Id quod optimis quibusque, qui pacis & concordiæ desiderio tenebantur, displicuit, & Cæsar ipse permoleste tulit. Nam vbi Ratisponam peruenit, Die X. Aprilis, & perpaucos ad indictum Imperij Conuentum Principes & Status personaliter pręsentes reperisset: nouum ad singulos misit mandatum, vt omnes absque vlteriori procrastinatione aduenirent. Datum Ratisponæ XXII. die Aprilis. In quo inter cætera sic ait. Cæterum, cum auditores & colloquentes, qui Agustanæ confessioni adhærentium nomine, in proximo Colloquio, ad dispares religionis articulos conciliandos, vocati & ordinati fuere, nuperrime ante nostrum aduentum, nobis insciis, etiam (vt ex aliis accepimus) nostrorum ad id deputatorum Præsidentium, eorum abitus ratione, deliberatione habita, ab ipsis neglecta, citra omnem necessariam & legitimam causam (quod forte neminem clam habet) inexpectata festinatione terga dederint. Quorum recessus culpa, actus nũc totius Colloquij silet & iacet: Denuo in hoc necessitas

Verba Cæsaris in mandato ad Principes & Status.

requirit

quirit vestrum etiam consilium. Quare sic
meditatis & bene instructis omnibus ob-
quiis nobis deesse minime velitis. Et tan-
um de Colloquio. Cæterum pertriste adue-
it inter colloquendum Lutheranis nuncium,
de obitu sui patris (vt eum vocant) Lutheri.
Qui è Vuittenberga Islebium profectus, vt tra
ctui sęculari in cæusis prophanis discordiæ,
quæ inter Comites à Mansfelt erat, interesset,
ob quod sub illis Dominis Islebij natus esset:
Die XVII. Februarij peracta in publico cum
aliis cœna, eaque largiter sumpta, & facetiis hi
lariter extracta, eadem nocte interiit. De cuius
obitu multi multa scribunt. Aliter narrant &
scribunt ex vicinis locis Catholici: aliter lo-
quuntur & scribunt Lutherani. Multos enim
agminatim emittunt Germanice libellos, ad
persuadendum cunctis, quàm sancte mortuus
sit ille sanctissimus (vt aiunt) omnium eorum
pater. Circumferuntur præcipue Trium Col-
legarum eius scripta, Ionæ Coci, qui falso sei-
ipsum Iustum vocitat, Phil. Melanchtonis, &
Ioan. Pomerani. Qui cum illo in librorum Vuit
tenbergensium frontispicio, Quatuor primæ
paginæ angulos, velut Quatuor Euangelistæ
noui, occupare solent. Ionas interfuit præsens
morti illius nocturnæ, subitaneæ, & improui-
sæ: scripsit epistolã cõfesti eadẽ nocte, qua ille ĩ-
teriit, ad Electorẽ Saxonię, ac funebris postea põ
pęcõtexuit historiã. Alij duo funebres habue-
re cõciones. Pomeranº Germanicã ad populũ:

Interitus Lutheri.

Varij de eius obitu libelli.

Latinam (quæ mox à Crucigero in Germanicã versa ac edita est) Melanchton ad scholasticos: Laudis & complorationis plena sunt omnia. Vellent libenter omnibus persuadere, quod mortem ille non gustauerit, sed velut Enoch, aut Helias, aut Ioannes Euangelista, sine morte translatus sit. Allegant enim illud verbum Christi Ioan. 8. cap. Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit (aut videbit) mortem in æternum. Quod dicunt illum paucis ante exitum suum diebus, manu propria Germanice scripsisse in libro quodam hospitis sui, atque in hunc sensum exposuisse. Si quis serio verbum Dei meditetur in corde, ei credens, & super hoc obdormiat aut moriatur: is transit hinc, antequam mortem prospiciat aut sentiat. Huic autem eorum impudentiæ obstat mortui cadauer, idque fœtidissimum, quod multorum oculi palam viderunt in terram sepeliri: Quod de corpore Enoch, Heliæ, aut Ioannis, vere affirmare non possunt. Si quis ergo historiam istam, quam Germanice scripsit Ionas, pressius aut propius inspiciat, facile intelliget, omnia referri ad vanam gloriam & sæcularem pompam in funere, & ad carnis delitias mundique honores in vita. Et ea omnia longe abfuisse ab instituto verorum Christi discipulorum. Quis enim sanctorum sic iter fecit pompatica ostentatione, velut Triumphali curru vectus, cum tribus filiis, damnato & incesto coitu ex Monacho & Moniali conceptis ac procreatis: sicut

Qualis mors Luthe.

Historia Ionæ de exitu & funere Luthe.

fecit hic Lutherus? Aut quę erat eius digni
aut nobilitas, vt à tot Generosis Comitibus
Mansfelt missis, illi obuiam Centũ & XIII.
quitibus in confinio honoris causa excipere
? Aut quo Maiorum aut Apostolorum exẽ
lo, ipse hęreticus notorius, & ab vtraque po
state suprema legitimo iuris ordine damna
, atque in Episcopum nunquam electus aut
dinatus, nouo ritu, à sese friuole excogitato,
ordinauit & consecrauit (vt ait Ionas in ista hi
storia sua) Islebij Duos presbyteros, ipse neque
Missam celebrans, neque cum aliis tunc com
municans? Quid vero sanctitatis aut miraculi
hoc habet, quod omni vespere post cœnam, opi
pare paratam & largiter acceptam, distento ci
bis & potu ventre, in habitaculo suo per fene
stram prospiciens, aliquantulum orauit, inter
dum tam serio ac sedulo (sicut recitat historia)
vt circumstantes, dum taciti adessent, quædam
eius verba admirabundi perceperint: cum ni
hil dicatur ibi vel de horis Canonicis (ad quas
dicendas vtique vt Monachus professus, &
presbyter olim rite ordinatus, de iure obliga
tus erat) vel de aliis ab eo interdiu factis (si quas
modo fecit) orationibus? O sanctitatem mira
culosam, & apud Christianos nunquam prius
auditam, quod nouus Saxonię Apollolus, tota
die sæcularibus intentus negociis, prandiique
& cœnæ crapula oneratus, omissis totius diei
horis Canonicis, paululum, antequam cubi
tum iret, in fenestrę prospectu orasse deprę

Quales Lutheri ad Deũ preces.

hensus est: cuius hæresi ac scelere tot per omne fere Saxoniam, Pomeraniam, Daniam, Sueciam, & Noruegiam, Monasteria, & Collegiatę Ecclesię atque etiam Cathedrales (non solum omissis, sed etiam publica violentia prohibitis & interdictis, Missis & horis Canonicis) desolantur, & à Dei laudibus obmutescunt die noctuque, & ab omni cultu solennitate-que veteri cessant. Quid vero illud, quod ab ipsis rogatus Comitibus, vt ante prandium à prophanis causarum tractationibus abstineret ac quiesceret, in prandiis tamen & cœnis eorum, in suo (velut proprio & insigniori) sedile semper accubuit? Scilicet oportuit eum custodire illud verbum Christi. Amant primos recubitus in cœnis. Non autem in cœnis tantummodo, sed etiam in prandiis: à quibus plerique sanctorum patrum & Monachorum perpetuò, exceptis Dominicis & festis diebus, abstinuerunt. Quid item egregium (vt iactitat Ionas) istud ei⁹ Apophthegma. Nos senes ideo tam diu viuere oportet, vt in Diaboli posteriora respiciamus, ac tot mala, infidelitates, miseriasque mundi experientes, testes simus, Diabolum tam malum spiritum fuisse? Item. Genus humanum est sicut ouile ouium occisionis. Item illud, quod in historia omissum, in Ionę ad Electorem Saxonię epistola maiusculis insertum est literis, Solitarium esse, non affert lętitiam. Quasi vero Monachis à Paulo dictum non sit, Gaudete in Domino semper, iterum

Primus recubitus in cœnis.

Qualia Apophthegmata Luthe.

tũ dico Gaudete. Aut quasi non ad vitam & sa
lutem, sed ad occisionem & perditionem à Deo
creatum sit genus humanum: Aut falso dixerit
Apostolus. Deus vult omnes homines saluos
fieri: Aut quasi nõ fuerit senior Luthero Moy-
ses, quando dixit ei Deus. Videbis posteriora
mea, faciem autem meam videre non poteris.
Ad Dei igitur potius, quam ad Diaboli poste-
riora, respiciendum est senibus. Quid deni-
que dicamus de vltima Lutheri oratione, quã
historia maiusculis literis notatã recitat? O mi
pater (inquit) cœlestis, Deus & pater Domini
nostri Iesu Christi, Deus totius consolationis,
Gratias ago tibi, quod mihi dilectũ filiũ tuum
Iesum Christum reuelasti. In quem credo, quẽ
prędicaui & confessus sum, quem amaui & lau
daui: Quem abominabilis Papa & omnes im-
pij vituperant, persequuntur & blasphemãt &c.
Interroget hic Ionas patres, excutiat vel diligẽ
tissime omnes scripturarũ, legũ & Canonũ, Cõ
ciliorũmque angulos, an apud vllum Christia
num inuenire queat talem morituri orationẽ.
In qua quispiam ita sese iactitet: ita prę se cun-
ctos, qui sub Papa Christum coluerunt, con-
temnat & incuset: ita insectetur & calumnie-
tur Ecclesię Pastorem, summum Pontificem.
An non potius credendum est, Christum iudi
cem mox post hęc verba eius, in ipso exitu ra-
pęiam de corpore animulę eius dixisse. De ore
tuo iudicote serue nequã: Quia tu ipse antea di
xisti & scripsisti, te audire in papa vocẽ christi, ĩ

Ad Phil. 4.
1. Timo. 2.
Exod. 33.
Vltima Oratio Luthe.
Quale Christi in animã Lutheri iudicium.
Luc. 19.

co loquentis & pręsidentis. Item Anathema sit & maledictus, qui contra veritatem Apostolicarum veniarum loquitur. Item fateor, sub Papatu plurimum esse boni Christianorum, immo omne bonum Christianum: Et sub Papa esse veram Christianitatem, atque adeo verum nucleum Christianitatis. Quid igitur spei de salute potest esse homini sic indurato, & in fine vsque contra charitatem in hęresi, schismate, ac rebellione, odioque cõtra Papam perpetuo persistenti, ac pertinacem & obstinatam animũ efflanti? Iudicat enim eum non solum Christi, Pauli, Cypriani, Augustini, & similium sententia multipliciter attestata: sed etiam sermo ipsius & oris proprij iudicium. Stulte igitur ac impie laudat eum de hac oratione Ionas. Quemadmodum & Pomeranus, in fine funebris ad populum orationis suę, cacatam iactitat stulte illius prophetiam, hoc carmine.

Cacata prophetia Luth. contra Papã.

Pestis eram viuus, moriens tua mors ero Papa.

Non enim tam Papę, quam Germanię, & innumeris animabus pestis fuit viuus: mortuus quoque nemini magis quam iis, qui ei credunt, pestis & exitium erit: & ipse iam procul dubio scit & experitur, quam sęua fuerit sibimetipsi pestis, & viuus & moriens. Quod si moriens mors est summa Pontifici, vt vane gloriatur, Quid est, quęso, quod Elector Saxo, in Edicto suo, nuper 14. die Februarij per omnes terras suas promulgato, tã vehemẽter sibi suisq; cõfœderatis à Papę practicis (vt ait) timet, & suos do-

mi

mi manere, atq; in continuo armorũ apparatu persistere iubet? Nunquid mortuus Papa tã magnopere timendus est? At vulgare est Italorum prouerbium. Homo mortuus non facit Guerram. Manet igitur Papa, & manebit vsq; ad consummationẽ sæculi: Hæretici vero velut aqua dilabuntur, vnus post alium. Vbi nunc sunt magniloqui oppugnatores Papæ, Zuinglius, Oecolampadius, Carolstadius, Capito, Grynæus, Lutherus, & cõplures alij? Mors depascit eos nunc secunda vsq; in æternum: Papa & Sedes Apostolica, supra petram firmiter ædificata, perpetuo permanet. Quid vero prodesse potuit animę Lutheri, ad tribunal Christi raptæ, vanissima pompa funeris, quando cadauer eius stanneo inclusum loculo, circumlatum per diuersas Ecclesias, & longa seductorum ab eo populorũ processione deductum atq; comploratum, & splẽdido, tam equestri quam pedestri, agmine Vuittenbergam reuectum, vanis complorationibus sepulturæ traditum est? Imprudentius tamen stanneo, quam ferreo imposuerunt loculo cadauer, non attendentes exemplum & astutiam Sarracenorum, qui ferreum potius, quam stanneum fecerunt Mahumeto suo sepulchrum, quod in aëre pendulum à Magnetibus teneri dicitur, in Mesquita Mechæ vrbis Arabiæ: Magnes enim lapis, non stãnum, sed ferrum attrahere, scribũt Physici, & experiũtur artifices. Quo denique exemplo Catherina Monialis, vxor Lutherina, post funeris currum, carpento vecta, in

Papa manet hæretici vt aqua dilabuntur.

Quanta põpa in funere Lutheri.

publica processione, se suosque tres ex Luthero filios, Ioannem, Martinum, Paulum (vt enumerat historia) spectandos præbuit? Nunquid tali modo deductum fuit funus olim B. Martini, aut S. Ambrosij, aut Diui Augustini? O miseros & excæcatos homines, quos talium non pudet, qui tam cæcum habent & de rebus humanis, & de religione Christiana iudicium. Væ autē improbis & impiis laudatoribus illis, qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Consyderent autem pij, quid tantis prauæ intentionis laboribus, curisq; ac studiis effecerit Lutherus, cuius rebelli ac seditiosa concitatione, tam multa hominum milia & corpore & anima in æternum perierunt, atq; deinceps adhuc peribunt: & tota per eum Germania confusa & conturbata, omne decus pristinum, perturbato Imperio, amisit, & ad bella tum externa, tum ciuila spectans, trepidat, à Generali ac pacifico Cōcilio abhorrens, & à Papa, à quo fidem Christi suscepit: velut ab Antichristo per scelerata Lutheri dogmata sibi timet. Stulta enim ista Ionę historia, refert hanc quoq; Lutheri morituri tam impiam quam ridiculam stultitiam, quod eadem nocte, qua periit, dixerit ipsi Ionæ & Cælio, aliisq; circumstantibus, Orate pro Domino nostro Deo & eius Euangelio, vt ei bene succedat: quia Cōcilium Tridenti, & abominabilis Papa, grauiter ei aduersantur. Quis vnquam audiuit, orandum esse pro Domino nostro Deo: Sunt & aliæ com

Infœlices & perniciosi labores Lutheri

Stulta historia.

plures

tures in mendaci ac futili hac historia stultitiæ, quæ apud eruditos & cordatos viros Luthe famam magis denigrant, quàm celebrãt: sed hic breuitatis gratia omittuntur. Cochlæus autem pro asserenda & confirmanda contra quoslibet hæreticos veritate Catholicæ fidei, hoc quoque anno nonnullos ædidit Latine libellos. Vnum contra Lutheri articulos, quos Concilio proponendos esse censuit: Alterum contra XVIII. articulos Buceri. Tertium cõtra præfationes & Annotationes Melanchthonis. Quartum de Apostolicis Constitutionibus Epitomen Caroli Capellij &c.

Libelli Cochlæi.

Cæsar denique ad celebrandum hic Ratisponæ more solito Conuentum Imperialem, post longam expectationẽ, præsente iam Rege Ro. &c. fratre suo, & bona Principum, tum Ecclesiasticorum tum sęcularium, parte personaliter compareẽte, heri (hoc est Quinta die Iunij, Sabbato post festum Ascensionis Domini) celebra tu solenniter in Cathedrali Ecclesia Missa, præsentibus cum Maiestate sua, Rege, cæterisque Principibus, & Statibus Imperij: post implora- tum diuinum auxilium, publicam in Prætorio Propositionem super iis quæ hoc in Conuentu agenda sint, exhibuit, ac ea promulgatione Comitia ista fœliciter (vt speramus Deumque precamur) inchoauit.

Inchoatio Conuentus imp.

Hæc ex Actorũ Lutheri Cõpẽdio, quod Ratisponæ, post dissolutũ & fugaci abitione Lutheranorum desertum Colloquium nouissimum,

ſcriptum eſt, hortatu & petitione R. D. Hieronymi VERALLI Archiepiſcopi Roſſanenſis, Nuncij tunc Apoſtolici Apud Cæſ. Maieſtatem: Nunc vero Authoritate PAVLI III. ſummi Pontificis (exigentibus eius meritis) creati & coaptati in Cœtum & Collegium S. Romanæ Eccleſię Cardinalium, Anno Domini M. D. XLIX.

EX EPISTOLA GERmanica cuiuſdam ciuis manſfeldenſis Narratio Hiſtorica, de vltimis Martini Lutheri actis & eius obitu.

Diſcordia inter comites Mäsfeld. Ex doctrina Lutheri.

DOmini Comites à Mansfeld, ante ortam Lutheri doctrinam, optime inter ſeſe concordes erãt, ita quod in omnibus cauſis iuniores deferebant ſeniorib. eorumque acquieſcerent ſententiæ. Vbi autẽ cœpit ſcribere Lutherus, pars vna eius doctrinam acceptauit, pars altera reiecit, factæque ſunt res eorum deteriores. Poſt obitum itaque ſeniorum, qui Catholici fuerant, ſucceſſores eorum in Lutheri partem conceſſerunt. Vnde ſperabatur redintegranda concordia, ſed longe ſecius acci-

cidit. Nam & isti volebant habere partem Parochiarum, & repetebant abalienatos census domosque Ecclesiarum, ac speciales in suis Ecclesiis scholas & Concionatores instituebant, atque monstrantias, Clenodia, vasaque argentea exacte rapiebant.

Vnde grauior aborta est discordia. Nam & concionatores vtriusque partis male conuenie bant, conuiciis ita contra se inuicem debacchantes, vt pugnis aliquando potius quam verbis rixari mallent, & alter alteri in faciem expuerit. Præcipue vero de Venerabili Sacramento altaris diuersa sentiebant. Pars enim negabat in hostiis (vt vocant) consecratis quæ post communionem populi residuæ manent, remanere aut esse amplius corpus & sanguinem Christi. Pars altera contrarium asserebat, & prouocabant se inuicem ad disputationis publicæ certamen. Cumque Vuittembergam deuoluta esset causa, Luthero absente, Philip. Melanthon approbauit sententiam eorum qui negant remanere corpus & sanguinem Christi. Vbi autem domum rediit Lutherus, comprobauit alterius partis opinionem: sic tamen, vt iuberet vltimos communicantes semper sumere cunctas hostias residuas, etiam si 4. aut 5. sumendæ sint, similiter & totum quod in calice superesset, exhaurire. Gliscebat itaque discordia vehementer, non solum inter Concionatores, sed etiam inter ipsos Comites, qui ea æmulatione moti, discordabant & sibi inuicem impedimento erãt.

Discordia inter Cõcionatores Luth.

Lutherus his intellectis, assumptis secum Philippo & Iona, In Vigilia Natalis Dominivenit Mansfeldiam, velut mediator quidam, Cumq; per dies octo nihil efficeret, iussus est redire ad festum Conuersionis S. Pauli. Rediit ergo Sabbato ante iam dictum festum ad oppidũ Hallis, diuertens in ædes Ionæ, & aquarum inundatione cogebatur Quatriduum ibi subsistere, licet Islebij interim quotidie pararentur pro ipso & comitatu ipsius epulæ. Sala enim fluuius nimium excreuerat, vt transire non potuerint. Tandem feria Quinta miserunt ei obuiam Comites Currum & LX. equites armatos, qui iusserunt Tres cymbas coniungi, vt eo tutius trãsfretare possit Lutherus, qui ægre persuasus, trãsito nauiculis amne, currum ascendẽs Islebium peruenit. Vbi ergo in Islebij Suburbanum peruenerunt, Equites è Bombardis globos emittentes, fecerunt, vt Lutherus infirmaretur, Currente autem vno equitum festinanter in ipsum oppidum, attulit vinum & cereuisiam, sumpto itaque cibo & potu refocillatus est, licet Paulo antea Hallis opiparum habuerat prandium. Non igitur Ieiunio sibi accersierat infirmitatẽ illam. Magna vero cum pompa & occursu plebis, quæ quatriduo prius aduẽtum eius frustra expectauerat, ingressus est oppidum. Cæterum die Dominica post festum conuersionis Pauli prædicauit in Ecclesia Parochiali S. Andrææ, in Papam sacerdotesque & Monachos vehementer

Aduentus Luth ad Islebium.

Sermones Lutheri.

menter inuectus. Deinde in festo Purificationis iterum concionatus, tantum habuit plebis vndique ex pagis & oppidulis circumiacentibus concursum, quantum vix haberet Paulus ipse si nunc prædicaret. Vbi inter cætera dixit, Vnumquemque debere Dei dona sibi collata, in alios distribuere, non in Monasterio celare, sed exire in mundum & prædicare. Dedit mihi Deus (inquit) intellectum scripturarum, vt eas recte interpretari sciam, non Papa cum suis Cardinalib. & Episcopis. Ego vnam Quintulam intellectus mei non darem pro Centum Centenariis intellectus illorum. Finito autem sermone in hospitium reuersus, prandium oppipare paratum sumpsit, mox autem allato secundo ferculo, caminus ædium ardere cœpit, & ex proxima quoque domo erupit incendiũ, Speculator duos videns ignes insonuit è turri, magnusq; factus est concursus populi, pro eo, quod Ecclesia canit illo die, Lumen ad reuelationem gentium.

Nouus liber Luth.

Quando autem in publicis tractatibus non erat Lutherus, habebat in cista sua librum, in quem scribebat. Aiunt eum librum ad Cęsarem ab eo scriptum esse, contra Louanienses & Colonienses (quos in concionibus suis conuiciose dicebat crassos asinos, bacchantes & bubalos) nec ab ipso quidem Cæsare temperare calamum. In eam vero cistam impingens crus suum casu Ionas, tam grauiter læsus fuit, vt Quatuor opus habuerit Chirurgicis.

Eum autem librum nondum consummatum ab eo, debet Doctor Cruciger complere, qui ei successurus sit, sicut Eliseus Eliæ. Dominica die post Purificationis, tertia vice prædicauit Lutherus, loquens de superseminata zizania: Per quam intellexit Anabaptistas, Suermeros, Munceros &c.

De zizania.

Qui non ex culpa patrisfamilias (Lutheri scilicet) sed ex Diabolo creuerunt: Ille enim sacellum suum semper iuxta Ecclesiam Dei ædificat (inquit) Perdi quidem aut interimi non debet, sed permitti vsque ad Messem. Prohiberi tamẽ debent à publicis Concionibus & sacrorum administrationibus, vt in angulis duntaxat secum mussitent ipsi & Papistæ. Eadem septimana, cũ duo essent a Luthero ordinãdi, examinati sunt à Iona, quorum vnus iam prius vltra sex menses Parochialem habuerat Ecclesiam & prædicauerat. Interrogatus ergo à Iona quidnam differentiæ sit inter peccatum veniale & mortale, perparum respõdit, quia perrara est ea quæstio. Dominica autem die ante Septuagesimam prædicauit hoc Euangelium. Confiteor tibi pater cæli & terræ &c. Vbi sapientes huius mundi dixit esse Papam, Cardinales, Vniuersitates, presbyteros, Monachos & Moniales, Suos autem dicebat esse paruulos, Deinde contra Iudæos multa dixit, Sæculares quoque potestates, qui eos tolerant, repræhendit, qui participes forẽt omnium peccatorum quæ illi committunt, blasphemãtes Christum & matrem eius, qui sciant

Duo Lutherani presbyteri.

Sapientes huius mundi.

toxica

toxica parare Christianis, quæ non statim operentur, sed eorum vis differri queat ad Duos aut Tres dies, ad duas aut Tres septimanas aut duos aut Tres menses, immo ad X. aut XX. annos. Maxima hyperbola, Eiiciendos igitur esse, non tolerandos. Deinde ordinabat in choro duos illos examinatos per impositionem manuũ cantando. Veni sancte spiritus. Item in hospitio suo scripsit in pariete hanc sententiam. Nõ possumus facere quod omnibus placeat. Possumus autem facere quod nobis placet. Ea verba plærique transcripserunt, & vnus sic, alius aliter interpretatus est. Feria secunda lætam peregit cœnam, habens conuiuam quendam è Frãcfordia quæ ad Menum est, venientem. Is de nouitatibus ab eo interrogatus, respondit inter cętera, Papam Paulum esse mortuum. Ait ergo Lutherus, Quatuor iam Papas superuixi factus illis contrarius primum propter pallium, quod est restis Canabacea, pro qua sane dare oportuit Episcopum Moguntinum circiter ter Centum Millia florenorum. Putaueram eũ ea reste suspensum iri, sed successor eius ea suspendendus est, si non tamdiu vixero ego, superuiuent tamen alij.

Iactantia Lutheri.

Feria Quarta in cœna rursus valde lætus fuit, & facetiis fabulisque recitandis dicax, omnibus mouens risum. At circiter horam Octauam cõquestus est, se aliquantulum male habere, sicut epistola de eo scripta refert. Post medium noctis repente vocati sunt ad eum Duo Medici:

quorum alter, Doctor, alter Magister erat: Qui vbi aduenerunt, non repererunt in eo vllum amplius pulsum. Scripserunt tamen mox Receptum quoddam pro immittendo Clisterico seu Enemate.

Enema seu Clisterium mortuo datum.

Excitatus itaque Apothecarius seu Pharmacopola, hora Tertia post medium noctis, iussus est parare Clisterium & afferre ad Lutherũ. Is vbi aduenit, & medicorum iussu temperasset atque calefecisset paratum Clisterium, putabat illum adhuc viuere. Cumque versum esset corpus, vt ei Clisterium applicaretur. Apothecarius videns eum mortuum iam esse, ait ad Medicos, Mortuus est, quid opus est Enemate? Aderat Comes Albertus & nonnulli homines eruditi. Responderunt autem Medici, Quid rũ? Appone Clisterium, si forte supersit vllus adhuc spiritus, vt reuiuiscat. Ille ergo cannulam apponens, sensit in saccum Clisterij exiere quasdam ventositates & bombos: Erat enim totum corp⁹ refertum humoribus ex superfluo cibo, potuque Habuerat enim coquinam magnifice instructam & vinum dulce atque exoticũ per multis metretis abundans in hospitio. Aiunt sane, Lutherum omni prandio & cœna vnum ebibisse sextarium vini dulcis & exotici. Vbi igitur Apothecarius Clisterium in corpus torsit & infudit, totum refusum est è corpore in lectum, qui splendide præparatus erat. Ait itaque Medicis Apothecarius, Non remanet Clisterium, dixerunt illi. Omitte igitur.

Con-

Contenderunt autem inter sese duo illi Medici de genere mortis Doctor dicebat Apoplexiam fuisse: Visa est enim tortura oris, & dextrũ latus totum infuscatum. Magister vero, qui putabat tam sanctum virum non debere manu Dei per Apoplexiam interimi, dicebat fuisse Catarhum suffocatiuum, & per viam suffocationis mortem intrasse. His ita peractis, aduenerunt alij quoq; Comites omnes, Ionas vero sedens ad caput defuncti, vehementer lamentabatur, manus inuicem contorquens & iactitans. Interrogatus ergo, an Lutherus hesterno (iam enim initium erat Diei sequentis quæ erat feria Quinta & Februarij Decima Octaua) vespere conquestus de aliquo fuisset dolore. Respondit ille, Ah non, fuit enim heri ita lætus, sicut nunquã fuit, Ah Domine deus, Domine Deus &c. Inter ea Comites preciosi odoris aquam attulerunt, qua fricaretur corpus defuncti. Quando quidem & antea aliquoties pro mortuo habitus fuerat, sine motu & sensu vitæ aliquandiu iacẽs, Id quod Smalcaldiæ quoque eidem acciderat, quando calculo excruciatus esset. Quemadmodum ipse de hoc libellum scripsit Latine, cuius initium est. Postquam resurrexerim à mortuis, Idcirco iussus est Apothecarius odorifera aqua illa vngere ac fricare corpus mortui. Qui sane sedulo ac impigre iussa peragẽs, applicuit aquã illã multis fricationibus aliquãdiu naribus, ori, fronti, pulpulsui, ac mãmæ sinistræ. Sed & illu-

Dissensio inter Medicos de morte Lutheri.

Fricatio corporis mortui.

ſtris Princeps ab Anhalt Vuolfgãgus incubuit ſuper funus, interrogans Apothecarium, an vſpiam deprehendatur aliqua vena vitæ? Reſpondit ille, Nihil prorſus vitæ ſupereſſe, quia manus, naſus, frons, genæ, aures, mortis frigore algeant. Os quoque tangendo aperuit, ſicut in ſyncopi fieri ſolet, ſed fruſtra. Oculos item aperuit & iterum clauſit. Rupti enim erant: Omnibus igitur fruſtra tentatis, deſtitit ab eo labore. Ionas ergo, vt hæc vidit, ſtans ait. En iacet hic vir, videte quomodo dormit, qui Eccleſiam Dei rexit, O Deus, exuſcita alium in bonum Eccleſiæ tuæ. Et addidit illuſtres ac Generoſi Domini, optimum nunc fuerit, vt mittatur velox eques ad Electorem Principem, & ſedeat aliquis ad ſcribendum ei omnia, ſicut acciderunt.

Fabula ex ore Luth repetita.

Habuit Lutherus quendam apud ſe Magiſtrum, famulantẽ ſibi. Qui à Comitibus interrogatus, an Lutherus præcedente veſpere de dolore aliquo conqueſtus fuiſſet: Reſpondit, eum ita lætum fuiſſe, vt longo tempore tam lætus non fuerit. Narrabat enim hiſtoriã de quodam, qui diabolo ſe addixerat, magnam paſſus famem, vt ipſum cibaret, Diabolus ergo procurans abundanter & elixas & aſſatas carnes, vbi vidit eum plene ſaturatum petiit ab eo animam ipſius, promiſſam ſibi, quia iam ſatur eſſet. Ille autem reſpondit, expectandum eſſe donec moreretur. Non enim corpus, ſed animam ei addixerit. Contra vero ait diabolus

Nonne

Nonne qui equum emit, frennum quoque equi retinet? Annuente illo, intulit Diabolus sic. Anima equus est, corpus frenum, atque his dictis abripuit eum cum corpore pariter & anima. Læti itaque fuerunt omnes, qui hæc & id genus plura ab eo audierant. Post hæc procurarunt Comites stanneum fieri loculum, in quo positum est funus & repositum in habitaculum quoddam hospitij. Omnibus tamen ad inspiciendum expositum. Sed & pictor quidam ex Hallis confestim vocatus, iussu Comitum, mortuum, vt erat, depinxit. Cumque multus adesset populus, ait Ionas, O chare populc, inspicite eum diligenter. Inspicite satis, Hic est vir ille qui dormit hic, qui multa millia milliũ animarum redemit, O adiuuate orãtes, vt Deus alium in locum eius substituat. *Tubastanneus.*

Feria sexta, hora XII. Tres facti sunt compulsus maximarum campanarum per omnes Ecclesias. Deinde omnium campanarum simul. Aduenerunt itaque omnium scholarum scholares cum crucibus, ad deducendum funus, Quod portabatur, è domo doctoris Dragstetini, a Concionatoribus & Senatoribus, sequentibus post feretrum omnibus Comitibus de Mansfeld, in Ecclesiam S. Andrææ, vbi deponebatur in Choro. Ascendens autem in suggestum Ionas, concionatus est ibi adeo furiose, vt plerique dicerent, vere Muncericam (hoc est seditiosam) fuisse eam concionem. *Pompa funebris.*

Ea vero funeris pompa ab hora XII. vsque ad Tertiam post meridiem extracta est, antequam è domo funus exportaretur. Et permultus aderat populus ex multis pagis & oppidulis. Pictor vero Hallensis iussus est illo tempore ad huc semel, & melius quidem quam antea, corpus mortui depingere. Quoniam vero asperum & intensum erat frigus, multi expectantium eam pompam dilapsi sunt & abierũt, tum propter frigoris molestias, tum quod putabant nonnulli, sanctum virum inter moras (dum depingeret mortuum denuo pictor prædictus) à morte resuscitatum esse. Ea igitur nocte stetit funus in sacrario Ecclesiæ S. Andrææ, quod XII, ciues vigilando custodierunt, bonam bibẽtes Cereuisiam, pro missa defunctorũ, quam Requiem vocant.

Funus Vuittenbergam adiectum.

Sabbato, postquam rediit ab Electore Principe Eques, referens illius responsum, vt remitteretur Corpus Vuittenbergam, iterum factus est conpulsus omnium campanarum per omnes Ecclesias, hora XII. post meridiem. Hora itaque vesperarum, adductus est Currus ad Templum. Cui impositum est funus, superinducto panno holoserico, cui crux alba erat adfixa. Deductum est itaque funus, 40. Equitibus. Aduehebantur simul Ionas & Celius & duo Cómites Iuniores.

Ingressus funeris in Vuittenbergam.

Et procedebant vsque foras ciuitatem post funus omnes Comites de Mansfeld, Senatus, om-

omnes ſcholæ & plebs, bene longam viam a Ciuitate, Venit eo veſpere funus ad Hallis, vbi ad pontem obuios habuit ſcholares, qui cantu ſuſceperunt illud, Quod ea nocte in Eccleſia B. Virginis (in qua Ionas Prædicare ſolet) ſeruatum & vigiliis cuſtoditum eſt. Die Dominica vlteriusvectum fuit, Et feria ſecunda Vuittenbergam vſque peruenit, Vbi ad Pontem obuios habuit Collegium Vniuerſitatis totumque ſenatum & plebem Ciuitatis. Doctores & Magiſtri parauerant feretrum, In quo mortuum deferre cupiebant, tanquam Doctorem & Præceptorem ſuum. Quoniam vero cadauer maxime fœtidum factum fuerat (quamuis vehemens eſſet frigus) non eſt permiſſum è curru deponi vt portaretur, ne fœtor noceret. Vectum eſt itaque vſque ad Arcis Eccleſiam, vbi paratum ei erat ſepulchrum, iuxta ſepulchrum Ducis Friderici, In quo ſimul cum loculo ſtanneo ſepultum eſt. Aiunt ſuper ſepulchrum ponendum eſſe lapidem, obtectũ fuſili aurichalco, cum hoc, quod ſibi ipſi compoſuerit Lutherus Epitaphio.

Peſtis eram viuens, moriens
tua mors ero Papa.

Donationes Electoris & Comitum.

Domini Comites à Mansfeld donarunt Katherinæ à Bora, vxori Lutheri, Duo Milia flo-

renorum in Consolationem, & Tres filios eius a pedibus vsque splendide vestierunt. Elector quoque Centum Taleros in solatium misit, & pro Monasterio persoluit ei Tria Millia florenorum, aliamque donabat ei domum, & filios curæ habebat. Ionas quoque Islebij largam accepit donationem, & Elector donauit eum scypho venusto & in eo CC. Taleros addidit, in cõsolationem scilicet.

Non relinquam vos orphanos Alleluia.

Adhuc autem feruet discordia inter Comites, acrior etiam quam antea. Mors enim Lutheri eos coire corpore coëgit, non animo. Et ille fucatus congressus Comitum fecit, vt iam in extremis agat, mox acturus animam suam, Comes Philippus, Traxit is morbum suum ex nimiis vini potationibus, quas noua illa & personata concordia causata est. Eius morbus desperatus est, omnibus accersitis Medicis. Hæc parit illa simulata amicitia Quæ non à Deo, sed à Mammona & à Baccho initium habet.

Habebimus, timeo, acriora diffidia, mortuo hoc Comite. Confluunt vndique Euangelistæ, suadentes super communione vtriusque speciei, sed vt audio, hactenus renuit.

EX

EPISTOLA GERMANICA CVIVSDAM. N. TRANSLATA IN LATINUM per Ioan. Guitherum. Cum Annotationibus Ioan. Coelæi.

DE DOCTORIS MARTINI Lutheri ex hac vita decessu. M. D. XLVI.

POsteaquam Reuerendus in Christo, nostrum omnium 1. Pater dilectissimus, doctor Martinus Lutherus, antea Vuittembergæ, & itinere Islebium versus atque etiam in curru, quo vectus magna cum difficultate eo peruenit de sua conqueretur egritudine, tamen quam diu negocii Comium ac dominorum tractatus durauit singulis diebus. 2. prandium & cœnam sumpsit, idque fecit largiter, cibum quoque et potum maxime commendans, quod omnia suo Palato in patria bene conuenianr. 3. Nec admodum quietis ac somni fuit parcus.

Tum famulis ipsius Ambrosius, Doctor Ionas, duo parui filii eius Martinus & Paulus, vna cum aliis duobus ministris, in conclaui cum eo permansere, atque eum, vt de more eius fuit calefactis cerui calibus seu puluinaribus ad lectũ deduxerunt. Sæpe ambos M. Michaelem Cæliũm Prædicatorem in Mansfeld, & D. Ionam, post quam faustam precatus fuisset noctem, his

4 *Doctor Ionas in sua ad Electorẽ Saxoniæ epistola sic habet. Orate pro deo nostro vt ei cũ Ecclesie sua causa bene succedat &c.*

fere verbis cohortatus est. 4 D. Iona & tu Michael, Rogate Deum, vt in suæ Ecclesię negociis bene agatur. Concilium Tridenti mitis modis. 4. indignatur. Præterea dictus D. Mattinus, 5. liba seu placentulas confortatorias, aquas distillatas & aquam vitæ, quibus vti consueuit, ex Vuittenberga sibi afferri curauit. Vxor etiam eius partem earum rerum non iussa præmiserat.

6 Atque 6. ita totis his tribus septimanis (nam modo post biduum, modo post triduum, semel habitus fuit tractatus apud Illustriss. Dominum Principem Vuolfgangum ab Anhalt & Comitem Iohannem Henricũ a Schuuartzẽmburg) interim nunc vnam horam nunc sesquihoram tractatibus eiusmodi interfuit. Heri vero die

7 Mercurii post. Valentini. 17. Februarii. 7. consilio Principis ab Anhalt, & Comitis Alberti à Mansfeld, aliorumque precibus ac monitionibus auscultans à publicis consultationibus ante meridiem domi sese continens, abstinuit: in Hypocausto autem suo exutis caligis nonnũquam

8 de fenestra prospexit, atque tam sedulo 8. orationibus intẽtus fuit, vt ii etiam, qui simul cum eo fuerunt, audierint, ita tamen vt semper læto fuerit animo Aliquando tamen sic dixit. Doctor Iona & Domine Michael, Natus hic sum & baptizatus. Quid si manendum hic mihi fuerit? Eodem autem iam dicto die Mercurii non ĩ suo hypocausto, sed inferne in amplo Tricliniopŕdium fecit, in mensa de multis & elegantibus Scripturæ sententiis sermonem interserens

dixerat

Dixeratquoque familiari collocutione semel aut
bis. Si.9. Dominorum meorum Comitum, sub 9
ribus natus sum causam composuero, ac Deo
volente in concordiam redegero, domum me
recipiam, meque sarcophago ad dormiendum
imponens, corpus vermibus absumendum da-
bo. Eodem item Mercurii die, ante cœnam
conqueri cœpit, pectus suum ingentibus premi
doloribus, eos tamen ad cor nō penetrare mox
petiit calidis confricari linteolis. Post dixit dolo
res paululum mitigatos esse. Cœnam in maiori
inferius hypocausto simul cum aliis habuit di-
uitque. 10. Solitarium esse, non adfert gaudium,
interim mediocriter edens, omnemque excu-
tiens tristitiam iocis ac facetiis. Transacta iā
Cœna, rursus nonnihil conquestus fuit de pe-
ctoris grauedine, calida postulans linteola. Qu-
am primum igitur Domini, cæterique qui ade
rant, medicum accersiri voluerunt. Ipse vero ne
fieret, prohibuit, & forte duas aut semitres ho-
ras in grabatulo acquieuit. Dominus Michael
Cęlius et Doctor Ionas, hospes Archigramma
teus islebiensis, & hospita. 11. duo eius filii parui
noctem, apud eum fere ad vndecimam vsque
horā insomnē duxerunt. Exinde vt sibi lectus in
cubiculo sterneretur, petiit, & calid° redderetur.
Quod vbi sūma cū diligentia esset effectum, ad
lectum deductus est. Magister Cælius in concla
ui proximo cubuit. Sed Ambrosi° famulus, qui
cum eo venerat è Vuittenberga et Doctor Io-
nas, itē filii duo Iuniores, reliquiq; famuli cum

ipso in cubiculo dormitarunt, & forte circa Vndecimã somnus illi obrepsit, ac naturali obdormiuit sopore. Postea circa primam in nocte, famulum Ambrosium et Doctorem Ionam excitauit, mandãs in primis famulo, vt hypocaustum calefaceret, Hic cum festinasset opusque
12 perfecisset, dixit ipse ad Ionam. 12. Obone Deus Doctor Iona, quam male me habeo, quam graiuiter circa pectus premit me dolor. O actum est hic de vita mea. Interea Ambrosius ac reliqui occurerunt, eumque è lecto sustulerũt. Postquam in hypocaustum peruenit, rursus ibidem obambulans paululum, mox calida exegit linteola. Ilico itaque ambo accersiti è somno medici, absque mora adfuerunt. Similiter quoque Comes somno excitatus, è vestigio cum cõiuge approperabat. At vbi aquam vitę, & Doctoris medicamentum accepisset, sic exorsus est orare.

13. Mi pater cælestis, æterne & misericors Deus, tu mihi filium tuum dilectum, Dominum nostrum Iesum Christum reuelasti, hunc docui, hunc professus sum, hunc amo, hunc colo tãquam saluatorem meum & redemptorem: Quem impii persequuntur, calumniantur criminantur que. Suscipe iam ad te animam meam.

14 Post hæc ter dixit. In manus tuas commendo spiritum meum, Redemisti me Deus veritatis. Sic Deus dilexit mundum. Et cum medici reliquique optima & validissima adhiberẽt medicamenta, tacere cœpit, quasi iã deficeret, nec

quicquam

nicquam ad adſtantium vocationes motioneſ
e, reſpondit. Cum vero Comitiſſa aqua vitę li
ret & medici, incepit rurſus (ægre tamen) Do
mino Michaeli Cælio & Doctori Ionæ, Eſt &
Non, reſpondere, et cum acclamaretur illi, in-
terrogareturque. Dilectiſsime pater, Fateris. 15. 15
Chriſtum dei filium, noſtrum Saluatorem & re
demptorem? Reſpondit adhuc ſemel vt audire
tur ſatis alta voce. Itaque hoc facto, frons & to
ta facies frigere cœpit, ac tametſi magno clamo
re vocaretur proprioque nomine appellaretur,
Doctor Martine, nihil prorſus reſpondebat,
placidumque anhelitum & ſuſpirium ducebat
complicatis manibus. Et (quod omnes triſti con
queruntur ac dolent animo) ſic in Chriſto ob-
dormiuit intra ſecundam fere & tertiam horam
in nocte. Comes Albertus cum coniuge ſua, at
que Generoſus Dominus à Schuarzenburg, ſa-
tis oportuno adfuerunt tempore, quidam ſerius
ad finem aduenere. Singulis quoque diebus
Dominicis dictus Doctor Martinus perbreues
fecit. 16. Conciones, quarum adhuc 16
præſto eſt deſcriptum exemplar,
& his tribus hebdomandibus
bis abſolutionem & vene-
rabile ſacramentum
ſuſcepit.

ANNOTATIONES IOH. Cochlæi in preçedentem epistolam.

SI Lutherus omnium nostrum (quod Deus auertat) pater dilectissimus est. Ergo defuncto iam illo orphani sumus. Vtrumque contra Euangelium est. Nam Matth. 23. ait ipse Dominus. Et patrẽ nolite vocare vobis super terram: Vnus est enim pater vester qui in cælis est. Et Ioha. 14. Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.

2. Sancti patres non leguntur singulis diebus prandium & cœnam sumpsisse. Vt est videre tum in Ecclesiastica historia, tum in libris Cassiani, & in Vitis patrum. In Augustino de moribus Ecclesiæ lib. 2. capite 31. In Hieronymo contra Iouinianum. Et Paulinus testatur Sanctum Ambrosium, quotidiano ieiunio macerasse corpus, cui prandendi consuetudo nunquam fuerit, nisi die Sabbato & Dominico vel in natalitiis Martyrũ. Hinc apparet impudẽs Melãcthonis mẽdaciũ de Luthero suo in præfatione secundi Tomi eius. Vidi (inquit cõtinuis Quatuor diebus, cum quidẽ recte valeret, prorsus nihil edentẽ aut bibentẽ. Vdi sæpe alias multis dibus quotidie exiguo pane & halece contentum esse. Hic vero neque à prandio neque a cœna etiam vltimo vitæ suæ die abstinuisse dicitur. Vbi & singulis diebus vtraq; refectione largiter vsus fuisse fertur.

3. Quam

3. Quã lõge dispar est hui⁹ Martini Saxonis vita
vitæ.S.Martini,quã descripsit Sulpitius Seuer⁹.
4. Multas & iustas habet Concilium indignan
di causas,cõtra obstinatum hunc Ecclesie fidei
que Catholicæ desertorem,& hostem,cuius me
moriam perpetuæ tradet maledictioni,haud se
cus atque Arrii & Vuicleui, iuxta illud Psalm.
108.In memoriam redeat iniquitas patrum eius
in conspectu domini.
5. Quam delicate vixit hic nouus Saxonum A-
postolus & Euangelista.Nunquid ita vixit Pe-
trus aut Paulus? Nunquid Ambrosius aut Hie
ronymus? Nunquid Agnes aut Cecilia?Nequa
quam,legerũt enim talia displicuisse Deo inEz
echia Rege,quando ea ostẽdit nunciisRegis Ba
bylonis 4.Regis.20. Et Esa.39.itaque taxãtur ta
lia passim in scripturis, & ita concludit Iob c.
21.Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad in
ferna descendunt.
6. Lucæ 12.Dum quidam diceret Domino.Ma
gister dic fratri meo,vt diuidat mecum hæredi
tatem, respondit ei Iesus.Homo quis me consti
tuit iudicem aut diuisorem super vos? Vbi ait S.
Ambro.Non immerito refutatur hic frater,qui
dispẽsatorem cælestiũ gestiebat corruptibilibus
occupare.Et clara sunt Apostoli verba 2. Tĩ, 2
nemo militãs Deo,ĩplicat se negociis secularib⁹
vt ei placeat cui se probauit.
7. Patrũ decore admiscuisse & ĩgesisse vide-
tur se nouus,hic Euãgelista secularib⁹ negociis
& litibus, quem rogarunt & admouerunt illi

Laici, vt ab huiusmodi consultationibus abstineret. Debuisset enim ipse potius per sese attēdere ad illud Apostoli. 1. Cor. 6. Indigni estis qui de minimis iudicetis. Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum.

10. Qui missam aboleuit & horas Canonicas, quantum in ipso fuit, hic laudatur, quod vno die (qui ei vltimus vitæ fuit, de fenestra prospiciēs orauit tam sedulo, vt a proxime astantibus audiri potuerit, ita tamen, vt semper lætus fuerit, absque lachrymis & gemitu, Longe alienus ab illo Dauidis Psal. 37. Rugiebam a gemitu cordis mei. Et Psal. 101. Poculum meum cum fletu miscebam. Et Psalmo. 105. Et dixit, vt disperderet eos, si nō Moyses electus eius, stetisset in confractione in conspectu eius.

11 Nemo maiorē inter Comites illos de Mansfeld discordiam excitauit, quā fecit ipse Lutherus per nouum Euangelium suum: quando in eadem arce & in eodem templo & sacello tot annis multa fuit diuersitas non solum in sacris, sed etiam in vita & moribus, dum alii Lutherani fierent, alii Catholici permanerent.

12. Si gustasset gaudia Pauli heremitæ, Antonij, Macarii & tot Millium Monachorū & Anachoritarum, atque sacrarum Virginū & Castustanorum, longe aliter sensisset. Illorum enim gaudium erat in spiritu sācto Ro. 14. Nā fructus spiritus est charitas, gaudium &c. Gal. 5. Ar animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei

1. Cor.

1.Cor.2.Totus enim in carnis desideria deflexit Cuius Deus venter & gloria in confessione, qui terrena sapuit, & finis eius interitus, Iusto Dei iudicio fuit. Philip.3.

13. Excelluit ergo Iouinianum Lutherus: Ille enim etsi Monialibus coniugia scelerate permiteret. Nullam tamen ipse duxit. Hic autē non solum duxit, sed & filios duxit. Hic autem non solum duxit, sed & filios ex ea procreauit. Qui nouo peruersitatis iure nunc liberi vocantur, cum sint iure antiquo & legum & Canonum, illegitimi spurii.

14. Vere habuit male, immo pessime, quem longe grauius Cōscientiæ accusatio, quā pectoris dolor pressit, dum timeret de manibus eius requiri tot milliū animarum interitum sempiternum & occisorum agricolarum sanguinem, quos & in furorem rebellionis egit, & furentes occidi iussit. Ideo non potuit cum Paulo vere dicere, Cupio dissolui & esse cū Christo Phi.1.

15. Scriptum est Psalm.108. Et oratio eius fiat in peccatum. Peccat enim & falsa iactātia & inique calumnia. Veram enim de Christo Ecclesię doctrinam oppugnauit, & illum in sacrificio Missæ perfide abnegauit, atque falsam de sola fide securitatem docuit.

16. Sic & alii hæretici dicere solent, sed frustra, Quia Cyprianus ait. Non potest Deū habere patrem, qui non habet Ecclesiam matrem. Et Paulus, si habuero omnem fidem, charitatē aūt non habuero, nihil sum. Iam cōstat, extra Eccle

ſiæ vnitatem in ſectis & diuiſionibus charitatẽ non eſſe, fruſtra igitur commendatur Deo ſpiritus grauiſſimo ſchiſmatis crimine pollutus, qui propria malitia redemptione Chriſti ſeſe indignum fecit. Nec vlla pœnitentiæ ſigna dedit, quod vllum haberet in exitu ſuo de ſchiſmate & hæreſi ſua dolorem.

17. Longe fortius clariuſque fatentur Chriſtum Anabaptiſtę quam fecit hic Lutherus. Illi enim voluntaria propter Chriſtum dicunt ſe ſupplicia mortemque ſuſcipere, Lutherus autem mortem maluiſſet euitare, domumque ad inceſtam vxorem redire. Si ergo Anabaptiſtis non prodeſt ad ſalutem ſua de Chriſto confeſſio, quia in hęreſi ſunt & ſchiſmate, Neque Luthero prodeſſe potuit.

18. Conciones illæ de hæreſi illum conuincent coram iudice, tantum abeſt, vt ei ad ſalutem proſint. Vana item eſt abſolutio, extra Eccleſiã, vbi claues Petro datę non ſunt, nec vlla abſoluendi poteſtas. Et venerabile ſacramentũ quicũque in ſchiſmate accipit nõ in ſalutẽ ſed iudiciũ accipit, quia accipit teſtimonium contra ſe, vt ait Auguſtinus, quia vnitatis eſt ſacramentum, non diuiſionis, quia vnum corpus ſumus omes qui denuo pane digne participamus. 1. Cor. 10.

FINIS.

INDEX LATINE SCRIptorum, Martini Lutheri.

SERMONES.

De pœnitentia.
De Indulgentijs.
De virtute Excommunicationis. Anno. 19
De Præparatione ad Eucharistiam.
De Triplici iustitia.
De duplici iustitia.

LIBELLI.

Expositio Decem præceptorum. 18
Ratio confitendi. 20
De libertate Christiana ad Leonem X.
Tessaradecas consolatoria.
De Captiuitate Babylonica Ecclesiæ.
De abroganda Missa priuata. 21
De votis Monasticis Propositiones.
Iudicium de votis Monasticis.
De instituendis ministris Ecclesiæ ad Bohemos. 23
Formula Missæ & Communionis.

COMMENTARII.

Commentarius in Epistolam ad Galatas, post recognitus. 20
Enarrationes Epistolarum & Euangeliorum, per Dominicas Aduentus. 21
Operationes ī XX. Psalmos.
Enarratio Psalmi XXI.
Annotationes in Deuteronomium Moysi. 25

PRAEFATIVNculæ & Epistolæ aliorum scriptis præfixæ.

Epistola ad Vuolfgangum Capitonem.
Epistolæ in meditationem Sauonorolæ
Epistola ad Ionã, affixa Apologiæ contra Fabrum.
Epistola ad Briesmannum, cõtra Schatzgeyrum.
Epistola præmissa mandatis duorum Episcoporum.
Epistola ad Heruagium, aduersus Bucerum.
Epistola quædam ad Carolum Sabaudiæ Ducem.
Octonarius Dauidis versus.
Præfatio in commentarium super Apocalypsim.

APOLOGETICA.

Resolutiones Propositionũ de Indulgentijs. 18

Responsio ad Sylvestrum Prieratem.
Acta Augustæ in Comitiis.
Disputatio Lypsica exceptà à Notariis. 19
Resolutio propositionum Lypsiæ disputatarum.
Resolutio propositionis Tertiæ Decimæ, de potestate Papæ.
Apologia super quadam Eckiana purgatione.
Aduersus malignum Eckij iudicium.
Ad Aegocerotem Emseri.
Ad schedulam inhibitionis Episcopi Misnensis. 20
In Epitomen Sylvestri.
Responsio ad condemnationem Coloniensium, & Louaniensium.
Appellatio repetita & renouata.
Aduersus execrabilem Bullam Antichristi.
Assertio Articulorum damnatorum.
Responsum Cæsari Vuormaciæ. 21
Aduersus Ambrosium Catharinum responsio, cum versione Danielis.
Confutatio Rationis Latomianæ.
Aduersus Henricum Regem Angliæ. 22
Aduersus falsò nominatum ordinem Episcoporum
Aduersus Cochlæum. 23
De seruo arbitrio ad Erasmum. 36
Propositiones de Digamis Episcoporum. 18

INDEX TEVTHONICÈ scriptorum, Martini Lutheri.

EXPOSITIONES.

ORationis Dominicæ, Pater noster pro Laicis. 18
Septem Psalmorum Pœnitentialium Anno 19. quæ postea correcta est anno. 25
Psalmi Cẽtesimi Noni. Dixit Dominus Domino meo.
Psalmi LXVII. De ascensione Domini. 21
Psalmi XXXVI. ad Vuitenbergenses.
Cantici Mariæ, Magnificat.
Euangelij de Decem leprosis.
Euangeliorum & Epistolarum Aduentus.
Item à Natiuitate Christi, usque

vsque ad Epiphaniam.
Septimi capitis Primæ ad Corinthios. 23
Psalmi Centesimi Vicesimi septimi Ad Liuonienses. 24
Postillæ ad Epiphania, vsque ad Pascha. 25
Ionæ Prophetæ. 26
Habacuc Prophetæ.
Epistolæ Natiuitatis Christi Esaiæ IX.
Quatuor Psalmorum consolatoriorum, ad Reginam Vngariæ. 27
Zachariæ Prophetæ.

SERMONES.

DE Indulgentiis, cum confutatione Tetzellij. 18
De præparatione ad Sacramẽtum.
De statu Coniugali. 19
Sermo in Disputatione Lypsica.
De oratione ac diebus Rogationum.
De Sacramento Pœnitentiæ.
De Sacramento Baptismi.
De Venerabili Sacramento altaris.
De excommunicatione. 20
De meditatione passionis Christi.
De præparatione ad mortem.
De digna sumptione sacramẽ. 21
De sancto Ioãne Baptista. 22
De iniquo Mammone.
De diuite & Lazaro.

LIBRI DOCTRINALES, & admonitorij.

DE bonis operibus. 20
De nouo Testamento.
De libertate Christiana.
Informatio confitentium super libris vetitis. 21
De confessione cum expositione Psalmi CXVIII.
De vtraque specie, aliisque innouationibus. 22
De hominũ doctrinis vitãdis.
De vita Coniugali.
De abusu Missæ.
De sæculari potestate. 23
Orationale, postea emẽdatum.
Liber Baptismalis.
Causa, propter quam Virgines possunt pie Monasteria deserere.
Quod Iesus Christus sit Indæus natus.
De ordinatione cultus diuini in genere.
Christianæ communitati potestatem esse iudicandi doctrinas, & instituẽdi ministros.
Institutio Cistæ communis.
Epistola super hac quæstione, An quispiã sine fide mortuus, saluari queat.
Quod parentes non debent

liberos suos ad Martimonium, vel cogere vel impedire. 24
De Negociationibus & vsuris.
De Missis Teuthonicis, & cultu diuino. 26
An milites queant esse in statu salutis.
An propter pestem fugiendum sit. 27

EXHORTATIONES.

AD Nobilitatem Germanicam, pro Reformatione Christianæ religionis & statuum. 20
Epistola ad Papam Leonẽ X. cum libello de libertate Christiana.
Epist. ad status Imperij Vuormaciæ. 21
Exhortatio ad præcauendas seditiones.
Epistola seu informatio ad Erphordienses de sanctis.
Interpretatio monstrorum, Vituli Monachalis & Asini Papalis. 22
Epistola ad Ianum à Schleynitz, in causa matrimoniali.
Epistola ad Tres Virgines propter Euangelium relegatas.
Ad Christianos in Hollandia & Brabantia.
Ad Christianos in Liuonia. 23
Ad Dominos Teuthonici Ordinis, vt Matrimonium ineant.
Epistola consolatoria ad Augustenses.
Ad Comites de Mansfeldia, quomodo Deus Monialem quandam eripuerit è Monasterio. 7
Epistola consolatoria ad Miltenbergenses, cum expositione Psalmi. CXIX.
Ad ciuitates Germaniæ de scholis Christianis. 24
Epistola ad Duces Saxoniæ, De spiritu seditioso.
Epistola ad Argentinenses, De spiritu Suermerico.
De fratre Henrico in Ditmaria combusto, cum expositione Psalmi Noni. 25
Exhortatio pro pace, ad Agricolas.
Terribile factum atque iudicium, super Thomam Mencerum. 14
Ad Præceptorem Liechtembergensem, vt se in statum coniugalem recipiat.
Exhortatio ad Liuonienses de cultu Dei externo.
Epistola ad Christianos Antuerpiæ.
Epistola consolatoria ad Helenses, super interitu eorum Concionatoris. 27
De obitu Leonardi Keyserisfelix historia

LIBRI INTEVthonicum translati per Martinum Lutherum.

NOuum Testamentum primo editum, anno 21
Quinque libri Moysi.
Historiæ Iosue, iudicum, Regum, Chronica, Esra, Iob, Psalterium, Solomo.

PRÆFATIONES IN libellos quosdam aliorum & Epistolæ.

PRæfatio super Nouum Testamentum.
Prefatio in Epistolam Pauli, ad Romanos, & in alias sub sequentes.
In quinque libros Moysi.
In Psalterium, Iob, & Solomonis libros.
In descriptionem concordiæ cum Agricolis.
In Carolstadij excusationem ac declarationem.
In libellũ Syngramma dictum, Concionatorum in Sueuia.
In visionem fratris Nicolai, apud Heluetios.
In Papatum cum membris suis.
De nequitia mendicorum.
In ordinationem visitatorum
Libelli Canticorum.

EPISTOLÆ.

AD Eslingenses.
Ad Dominum Vuolfgãgum à Salhusen.
Ad communitatem Vuormaciensem.
Ad Reutlingenses.
Ad Dominum Bartholomæũ à Starrenberg.
Ad Ducem Georgium.

LIB. CONTENTIOSI.

LIbertas sermonis de indulgentiis. 18
Declaratio in sermonem de sacramento altaris. 19
In Schedulam officialis Stolpensis. 20
Beneuola exhibitio.
Appellatio renouata.
Aduersus Bullam Antichristi.
De EcKianis Bullis & mendaciis.
Fundamentum & ratio omniũ articulorum, per Romanam Bullam damnatorum. 21
Cur combusti sint libri Papæ.
In Caprum Lypsensem.
In Responsum Capri.
In super excellentem librum Capri Emseri.
Respõsum coram Cæsarea Maiestate Vuormaciæ.
Reuocatio ad Caprum Emserum.
Apologia contra Theologos Parisienses.
De cœna Domini, de cœna voratrice cum Psalmo decimo.

Aduersus falso nominatum statum spiritualem. 22
Respõsio in librũ Regis Angliæ
In Breue Apostolicum Adriani Papæ. 23
Contra peruersores & depraua tores Cæsarei mandati.
Contra cæcam & insanam cõdemnationem Vniuersitatis Ingolstadiensis.
Contra nouum Idolum, Misnæ eleuatum. 24
Duo discordia & contraria mandata.
Manifestatio Antichristi.
Aduersus cœlestes prophetas prima & secunda pars.
Epistola de duro libello contra Rusticos. 25
De abominatione canonis Missæ.
In titulum calumnioss. scripti Regis Angliæ. 27
Quod verba Christi de sacramento, firmeter stent contra Suermeros.
De Anabaptismo. 28
De cœna Christi confessio.

SEQVENTES SERMONES, ET enarrationes Vuittenbergæ Impressæ.

Prima Epistola Petri.
Secunda Epistola Petri, & vna Iudæ.
Pars Aestiualis Postillæ super Euangelia.
Postillæ Euangeliorum, in festis præcipuis.
Expositio Cantici, benedictus.
In primum librum Moysi.
Decem Præcepta Exod. 20. exposita.
Quomodo legendi sint libri Moysi.
Expositio Psalmi CXII. Beatus vir.
Epistola Hieremiæ, de regno Christi.
Sermo de fine regni Iudaici & mundi, Matth. 24.
In Euangelium Matth. XI. Confiteor tibi pater &c.
De virtute Ascensionis Christi in cœlum.
De mãdato maximo, Mat. 22.
De summa principali, ac vero vsu legis 1. Time. 1.
De robore & augmento fidei, Ephes. 3.
Sermo de funere Electoris Principis.
Super XV. & XVI. Capita Actorum.
Sermo de sacramento contra Suermericos spiritus.

FINIS REGISTRI, ÆDITI ANNO M. D. XXVIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAROLI QVINTI ROMANORUM Imperatoris, semper Augusti, Edictum, contra Nouatores Orthodoxæ & Catholicæ Religionis.

CAROLVS Quintus, diuina fauente Clementia electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex: Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Charinthiæ, Carniolæ: Comes Habspurgi, Flandriæ, & Tyrolis &c. Vniuersis & singulis sacri Romani Imperij Electoribus, aliisque Principibus, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus: Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, Clientibus, Præfectis, Præsidibus, Iudicibus, Scultetis, Burgmagistris, Consulibus, Scabinis: Ciuitatum, Oppidorum, Villarum, Terrarum, & quorumuis aliorum locorum Communitatibus: necnon Vniuersitatum Studiorum siue Gymnasiorum Recto-

Considera pie Lector, ex verbis Pauli Ro. 13. quãta per tot annos subsecuta sit animarum perditio, quæ huic Edicto parere neglexerunt.

ribus, & locum tenentibus, seu Officialibus eorundem, ac cæteris quibuscunque nobis, tã iure sacri Imperij quam hæreditario, aut alio quocunque modo subiectis: & fidelibus dilectis, cuiuscunque status, gradus, aut conditionis sint, & ad quos præsentes, vel earundẽ exemplum, nostro, vel alicuius Prælati Ecclesiastici sigillo, siue etiam publici Notarij manus subscriptione, communitum peruenerit, gratiam Cæsaream, & omne bonum. Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non solum fines huius sacri Imperij: quod prædecessores nostri, Germaniæ Principes, ob defensionem sanctæ Romanæ & Vniuersalis Ecclesiæ, suo suorumque sæpius effuso sanguine, per diuinam gratiam, sibi quæsierunt, ad Orthodoxã viam adductis, vel expulsis infidelibus, propagare: Verumetiam, ne qua hæreseos labes aut suspitio, in iam sibi subditis Nationibus sacrosanctam Religionem nostram cõmaculet, summo studio prouidere: At si qua iam otiri cœperit, eam omni ope, omnique cura, iuxta Normã, à Sancta Romana Ecclesia hactenus obseruatam, delere penitus & extinguere. Quod siquis alius è Maioribus nostris, tanto nos magis prestare debemus, quanto Dei Opt. Maximi immẽsa benignitas Nobis plura Regna & Dominia, pluresque & magis bellicosos populos, maioresque vires, quàm iam multis sæculis alicui Principi, qui hisce titulis sit potius, ad suæ sanctæ fidei tutelam & incrementum, elargiri dignata

Officiũ Ro. Imperatoris & Germaniæ Principum.

Maior Caroli V. quam aliorum antea imperatorum ad fidem obligatio.

gnata est. Accedit, quòd quum ex paterno genere, è Christianissimis Imperatoribus & Archiducibus Austriæ, Ducibusque Burgundiæ: Ex materno vero, Catholicis, Hispaniarum, Siciliæ, & Hierusalem Regibus, simus orti: quorum omnium, pro fide Christiana, res præclarè gestas, nulla vnquam delebit obliuio: Non sine graui conscientię nostræ onere, & perpetua nominis nota, quadamque veluti nebula, fœlicibus ineuntis Principatus nostri auspiciis offusa, factum crederetur, si, quæ iam ab hinc triennium pullulare in Germania cœperunt, nouas quasdam hæreses, immo verius iam sæpe olim per Concilia, & summorum Pontificum decreta, approbante Ecclesia, damnatas, & nunc denuo, veluti ab Inferis erutas, altiores iacere radices, vlla nostra negligentia passi esse videamur. Sane, vestrum neminem ignorare existimamus, quibus erroribus & hæresibus, ab Orthodoxa fide longe alienis, quidam frater Martinus Lutherus, Ordinis sancti Augustini, Religionem Christianam, in hac præsertim Inclyta Germanica Natione, omnis infidelitatis & hæresum perpetua oppugnatrice ita inficere conetur, vt nisi maturè occurratur, tota hæc Natio, & deinde serpente contagione vniuersa Christiana Respublica, in abominandum schisma, & bonorum morum pacisque, ac tãdẽ detestãdã sui pernicię, prolapsura videatur. Quapropter, nõ immerito cõmot⁹ sanctissim⁹ in Christo Pater, Domin⁹ Leo X. sacrosãctę

Lutherus à Leone X. Pont. & à Carolo V. imp hæreseos notatus.

Romanæ & Vniuersalis Ecclesiæ Summus Pó tifex: ad quem fidem Catholicam, & Ecclesiæ Sacramenta curare spectat, prædictum Martinum à principio clemẽter & paterne monuit, & hortatus est, vt à nephandis huiusmodi incœptis desisteret, & iam sparsos errores reuocaret. Quod cum ille neglexisset, & peiora semper prioribus adderet: idem Beatissimus Pater, ad opportuna, neque tamen insueta remedia procedere statuit. Itaque conuocatis sæpius Reuerendissimis sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalibus, Episcopis, ac aliis Prælatis, necnon Regularium ordinum Prior bus seu Ministris generalibus, accersitisque pluribus scientia & probitate prestantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diuersarum Christianorum Nationum Doctoribus & Magistris: Prędicto tamen Martino prius vocato ac citato, ac in contumacia persistente, ipsius scripta, tam Alemanico quam Latino sermone ędita & ędenda, vt perniciosa, & fidei vnitatique Ecclesię cõtraria, Authoritate sua Apostolica, prefatorumque ad hoc accedente Cardinalium consilio & assensu, ac Episcoporum & Prelatorum, Doctorúmque & Magistrorum matura deliberatione, damnauit, & vbique locorum comburenda, prorsusque abolenda censuit & decreuit. Martinum verò ipsum, nisi infra certum expressum terminum, à publicatione Decreti sanctitatis suæ, mutata sententia, se errores suos reuocasse, & ad pœnitentiam re-

Processus iuris contra Luthe.

diisse,

iisse, docuisset: vt inobedientię & iniquitatis filium, vt schismaticum & hæreticum ab omnibus euitandum, & pro vt iura postulant, puniendum declarauit, sub pœnis & cēsuris, quę in Apostolicis literis, Bulla plumbea communitis, & super hac re æditis, latius continentur. Quas ad Nos, vtpote Christianę fidei verum & supremum propugnatorem, & Sedis Apostolicæ, sanctæque Romanæ & Vniuersalis Ecclesiæ Primarium filium, & Aduocatum, per suum, & dictæ Sedis spiritualem Nuncium & Oratorem, honorabilem virum nobis dilectū, Hieronymum Aleandrum, eiusdem Sedis Protonotarium, & Apostolicæ Bibliothecæ Præfectum, dedita ad hoc opera, misit: petens atque requirens, vt pro officio ac debito Imperialis dignitatis, in vniuerso primum Romanorum Imperio, deinde (quod Catholicum Regem & Christianum Principem decet) in cęteris etiam Regnis, Dominiis, & Prouinciis nostris, & prę sertim in Germania, præstito in auxilium fidei Catholicæ brachio sęculari, omnia & singula iam dictis literis Apostolicis contenta, inuiolabiliter obseruari, & executioni mandari iuberemus. Post quas quidem prædicto Martino factas à Summo Pontifice, Monitionem, Vocationem, Citationem, & ipsius tandem Condemnationem, necnon pręsentatas Nobis eiusdem Beatissimi Patris literas, Bullamque Apostolicam, per varia & diuersa loca Germaniæ publicatam, & nostro iussu & mandato, non so-

Aduocatus Ecclesiæ Ro. imperator.

Hier. Aleander Nuncius Apostolicus.

Executio contra libros Luthe.

lum Louanij in Inferioribus Dominiis nostris: Verum & Coloniæ, Treueris, Moguntiæ, Leodij, executioni demandatam, tantum abfuit, vt idem Martinus resipisceret, erataque suaeuocaret, & petita absolutionis venia, in gratiam cum Summo Pontifice & sancta Ecclesia redire procuraret, vt etiam detestabiliores peruersi ingenij sui fructus indies æderet, & perinde, ac in manifestam Ecclesiæ pernicié, furens rueret, complures aceruatim libros, non modo nouarum, sed etiam à sacris Conciliis olim cõdemnatarum hæresum plenos: nec solum Latino, verumetiam, vt facilius vulgus peruerteret, Alemanico sermone à se compositos, vel saltem suo nomine æditos, ferè quotidie diuulgaret. In quibus (bone Deus) obseruatum ab Ecclesia iam tot sæculis, septem Sacramentorum numerum, ordinem, vsum, dissipat, confundit, deturbat: inuiolatas Matrimonij leges, miris modis fœdissime inficit: Extremam Vnctionem cum Vuicleuo fictionem dicit: Communicandæ sacratissimæ Eucharistiæ ritum, ad damnata Bohemorum reuocat instituta. At saluberrimam contaminatis peccato mentibus Confessionem primum ita inuoluit, vt confusionem eam è Confessione fecerit, mox etiam magna in parte conuellit: postremo, adhuc peiora se de ea scripturum minatur. Vnde nonnulli iam (vt accepimus, quod vel auditu est intolerabile) sumpta hinc occasione, de Confessionis instituto & modo cœperint subdubitare.

Maior inde contumacia Lutheri.

Luth. contra Confessionem peccatorum.

tare. Alij mutilatam & truncam fecerint: Alij
rero(proh scelus)& confiteri ipsi destiterint, &
nequaquam esse confitendum publice asserere
sint ausi. Porro sacerdotalem ordinem, & per
quod sacrosanctum Christi corpus sanguisque
conficitur, diuinum illud munus clauiumque
cœlestium potestatem, non solum vilissimi pen
dit Lutherus, & Laicis pueris que, atque adeo
fœminis ipsis, communia facit: sed & eosdem
Laicos, ad lauandas sibi in Sacerdotum sangui
ne manus, incitat. Ipsum verò summum no-
stræ Religionis Sacerdotem, diui Petri succes-
sorem, & verum in terris Christi Vicarium, nõ
nisi infamibus & probrosis nominat verbis, &
frequentissimis atque inauditis Inuectiuis con
tumeliis, & blasphemiis insectatur. Liberum
arbitrium prorsus nullum esse, sed omnia cer-
ta lege stare, ex Manichæi quidem & Vuicleui
penu depromit: Sed tanquam irrefragabili ar-
gumento Ethnicorum Poëtarum carminibus
confirmat. Missæ venerabile Sacramentum ne-
que defunctis, neque viuis aliis, quam soli ce-
lebranti suffragari scribit. Ieiuniorum & Ora-
tionum institutionem, & consuetudinem, ab
Ecclesia obseruatam, inuertit & corrumpit.
De Purgatorio, & Animarum, quæ in eo ex-
piantur, statu, deque diuini sacrificij & venia-
tum suffragiis, quę à nobis fideles defuncti ex-
pectant, cum Vualdensibus & Vuicleuistis cõ
tra Ecclesiam sentit: De Ecclesia vero ipsa mi-
litante, cum Pelegianis & Hussitis. At sanctorũ

Contra Ordinem sacerdotalem.

Contra lib. arbitrium.

Alij permulti errores Lut.

Patrum authoritates & scripta, ab Ecclesia recepta, pro nihilo habet. Est vbi etiam sæpe deridet, debitumque illis cultum & deuotionem deterit & diminuit. Obedientiam, & Regimen omne prorsus tollit. Vnde populi ad defectionem & rebellionem à suis, tam spiritualibus quam temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifesto Christianæ Reipublicæ discrimine, prouocentur. Quinimmo, quum vitam quandam solutam, licentiosam, atque ab omni lege explicitam, & vere ferinam inducere conetur, ita ex lex homo, leges ipsas omnes damnat & contemnit, vt Decreta sanctorum Patrũ, & sacros Canones, publico igni comburere non formidauerit: facturus peiora Ciuili iuri, si non magis sæculi gladium, quam Pontificis excommunicationes & censuras metuisset. Iam verò sicrosanctis Conciliis palam cõtradicere, & pro suo arbitratu detrahere, non erubescit. E quibus potissimum Constantiense illud, quod cum perpetua Inclytæ Germanicæ Nationis gloria, pacem & tranquillitatem dissidenti Ecclesiæ dedit: ita vbique mordet, & impuro sceleratoque ore lacerat, vt in magnum vniuersalis Ecclesiæ dedecus & offendiculum, sed Germanicæ præsertim Nationis opprobrium & ignominiam, Concilium ipsum nunc pessime omnium errasse scribat: nunc Synagogam Sathanæ quique in eo conuenerant, & Ioannem Hussitam hæresiarcham comburi iusserant. Sigismundum

Seditiosus Luthe.

Ex lex Lutherus.

Luth. contra Concilium Constantiense.

vtique

vtique fœlicis recordationis Imperatorem, & Sacri Imperij Principes, Antichristum, & suos Apostolos, homicidasque & Pharisæos, vocet. Quid, quod damnata in eodem Concilio omnia Ioannis Hussitæ errata, Euangelica & Christiana esse, & se recipere, probaturumque profitetur: Approbatos vero eiusdem Hussitæ articulos, nequaquam admittit. In tantamque prorupit mentis væsaniam, vt si semel Ioannes Hussita fuerit hæreticus, se plus decies hæreticum Martinus glorietur: homo vsque adeo nouarum rerum ac potius perditionis humanæ cupidus, vt nihil fere scripserit, vel saltem suo nomine diuulgauerit, cui non aliqua pestis, aliquis lethalis insit aculeus: præter illos libros, ne nominandos quidem, ob execrandam eorum materiam, ipsius tamen titulo æditos, & ab eo cum reliquis vt suos agnitos, quorum singula verba, singula venena merito quis dicat. Et ne omnia, quæ innumerabilia sunt Lutheri errata, singulatim percenseantur, tanquam si hic vnus, non homo, sed Diabolus ipse, sub hominis specie, ad perniciem humani generis, assumpta Monachi cuculla, quam plurimorum hæreticorum damnatissimas hæreses, iamdiu sepultas, in vnam sentinam congesserit, & aliquas etiam nouissime de suo excogitauerit, sub simulata prædicatione fidei, quam ad prætexendos suos dolos, tam sæpe, tantoque opere obiicit: Fidem veram prorsus destruit, sub libertatis, quam promittit, specie: Diaboli iu-

Pestiferus Luthe.

Luth. non homo, sed Diabolus, sub specie hominis.

gum & seruitutē inducit, & sub Euāgelicę professionis nomine, omnē Euangelicā pacē & charitatem, omnemq; rerum ordinē, & pulcherrimam deniq; totius Ecclesiæ faciē inuertere, labefactare, & penitus pessundare molitur. Quibus omnibus per Nos, & cōsilia nostra omniū Nationū nobis subditarū, sæpius & diligenter attentis & Consideratis, & præsertim in hac parte ab eodem Beatissimo Patre requiliti: absque insigni macula nostra, atq; Orthodoxæ Religionis iniuria & detrimēto, rem tāti pōderis negligere nequaquā potuimus, vt etiā non debuimus, neq; voluimus: Sed potius prædecessorum nostrorum, Romanorum Imperatorū, vestigiis insistentes, eorumq; pro libertate Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ perpetuo laudabilia facta, ac pias & sanctas, super puniēdis & exterminandis hæreticis, constitutiones obseruantes, conuocatis sæpius ad præsentiā nostram, propter hoc præcipue, Electoribus: necnon vniuersis sacri Romani Imperij Ordinib' & Statibus, in hoc Vuormaciensi Conuētu cōgregatis, de eorum omnium & singulorū vnanimi consilio, matura deliberatione & cōsensu, in hanc tandem deuenimus sententiam & conclusionem, Vt quamuis hominem, ita à Summo Pontifice & Sede Apostolica condemnatum, & in sua obstinata peruersitate obduratum, atque ab vsu Catholicæ Ecclesię alienum, & Notorium hæreticum audire', omni iure exceptum esset: tamen ad tollendam omnem

Edictū Vuormaciense, omnium & singulorū Principum ac Statuum Imp. consensu constitutum.

Sententia & Conclusio Edicti.

cauillandi

cauillandi ansam (Idque, quia nonnulli plæ-
rosque libros Martino ascriptos, ipsius esse
apertissime inficiebantur) complures audien-
dum à Nobis prius hominem, quam in eum ad
executionem Pontificij Decreti vlterius pro-
cederemus, asseuerabant, Martinum sæpedi-
ctum, misso ad ipsum, dedita opera, vno è
Caduceatoribus seu Præconibus & Heraldis
nostris, sub libero huc veniendi & hinc re-
cedendi saluo conducto, accersiri iuberemus:
Quod & factum fuit. Non vt nos de hoc ne-
gocio iudicaremus, aut cognosceremus (quum
id dubio procul ad Romanum Pontificem, &
Sedem Apostolicam pertineat) neque vt res sa-
crosanctæ fidei nostræ, nunc tandem, post tot
sæcula, per nouas altercationes, cum magno
fidelium scandalo & perturbatione, ac infide-
lium derisione, in controuersiam reuocari pa
teremur: Sed vt cum vulgi & plurimorum ita
petentium satisfactione, hominis animũ per-
contantes, eum bonis monitionibus & suasio-
nibus, ad rectam semitam (si fieri posset) redu-
ceremus. Itaque Lutherum in nostra, & sa-
cri Imperij Electorum, Principum, Prælato-
rum, & Statuum, præsentia constitutum, iux-
ta formam Imperialis mandati, super hac re
nuper æditi, interrogari iussimus. Primum,
Nunquid ipse multos libros sibi ob oculos
adductos, & titulatim nominatos, & aliositem,
qui sub suo nomine circumferuntur, com-
posuisset. Deinde, an ea, quę in ipsis libris con-

Euocatio Luthe. sub saluo conductu.

Interrogatus Luth. in publico consessu Cæs. & Prin. Imperij.

tra sacra Concilia, Decreta Patrum, ritus & cõ
suetudines, à nostris maioribus ad hunc vsque
præsentem diem obseruatas, scripserit: reuo-
care vellet, & ad sinum & vnitatem vniuersalis
Ecclesiæ redire, adhibitis ad hoc nostro & Im
perij nomine admonitionibus & adhortatio-
nibus, quæ obstinatissimum hominem (etiam
lapide duriorem) emollire, & conuertere po.
tuissent. Qui sane statim libros ipsos antedi-
ctos vt suos agnouit, & confessus est, & nun-
quam se id negaturum protestatus: Immo &
adhuc alios se composuisse dixit, quorum co-
pia, cum nobis non fuisset facta, idcirco in me
dium non fuerant allati. Quantum vero ad re
uocationem attinet, terminum sibi ad respon-
dendum dari petiit, qui quamuis merito nega-
ri potuisset, tum quia nouitates & errores in fi
de nulla sunt dilatione tractandi, sed statim pe
nitus resecandi: Tum quia ex mandato nostro
sibi legitime insinuato, necnon etiam literis,
quas ad eum dederamus, optime admonitus,
quam ob causam vocaretur, non nisi statim re-
spondere paratus, ad tantum Imperialis Con-
uentus consessum venire debuisset: Tamen ex
nostra Clementia & benignitate, vnius adhuc
diei terminum ad respondẽdum sibi dedimus.
Quo elapso, rursus coram Nobis, & prædictis
Ordinibus Imperij comparẽs, & similibus ad-
hortationibus sæpius, vt ad cor rediret, efflagi
tatus, pollicentibus etiam nobis, si resipisceret,
erroresque suos agnosceret, & quę in suis libris

De reuocando petiit Luthe. terminũ deliberandi.

Proterua responsio Luthери de non reuocando.

damnata

dánata & mala essent, reuocaret: facile nos impetraturos, vt à Beatitudine Pontificis in gratiam benigne reciperetur, & adhibito fideli, æquo, & diligenti examine, ex ipsius libris, quę mala scripserat, secernerentur: quę vero bona, Authoritate Apostolica approbarentur. Sed ne verbum quidem in suis libris mutaturum, imprudentibus simul & impudentibus verbis, oris que & corporis gestu, quoduis potius, quã religiosum aut sanũ hominẽ prę se ferẽte, apertissime negauit. Quinimmo, in nostrã & sacri Imperij facie, Summorũ Decreta Pontificũ, & Concilia ipsa sacrosancta, errasse sępius, & sibi ipsis contradixisse, & tandẽ nullius apud se momenti fore, asseuerauit: seque nihil ex his, quę scripserat, reuocaturum, nisi euidenti sibi ratione, & sacrę scripturę authoritatibus, ad suę conscientię animique satisfactionem & assensum fuerit conuictus: illud subinde repetens & inculcans (quo fraudum suarum virus, iam multis detegi cœptum, occultaret) conscientia sibi illęsa & integra neque velle se, nec posse verbũ Dei immutare: Mala mẽs, malus animus. Quasi vero Nos id ab eo peteremus, vt verbum Dei immutaret, ac non potius, vt iuxta verbum Dei verum, ad gremium sanctę matris Ecclesię, à qua tam impie quam turpiter defecerat, rediret. Cuius Authoritatẽ, quum tantam voluerit esse Dominus, idemq; Deus noster Iesus Christus: Vt qui Ecclesiã nõ audierit, tãquã Ethnicus & Publicanus sit habẽdus. Idcirco nõ immerito

Mala mens malus animus.

Matth. 18.

vel eam ſolam omnibus inuentionibus, & vaframentis hęreticorum longe anteferēdam nemo nunquam, niſi perditiſſimus & vere hæreticus, & Lutherus iudicauit, qui vt tandē egregia ſua hic acta condigno fine clauderet, & quod peſſime incœperat, peins terminat, & quid animi habeat, & quàm fidelium clade exultet, vel in noſtro & ſacri Imperij cōſpectu diſſimulare non potuit. Nam detorta (vt hæret cis moſ eſt) à vero ſenſu ad ſuam impietatem Euangelica illa ſententia: Non veni mittere pacem, ſed gladium. Omnium ſibi, dixit, iucundiſſimā iſtam in rebus faciem videri, ob verbum Dei, ſtudia, & diſſenſiones fieri. Id eſt (quod vtinam ne experientia videremus) ob diſſidentes ab Eccleſię ritu Lutheri opiniones, quas verbi Dei falſo titulo prætexit, vere ſtudia contraria, & diſſenſiones, & diſſidia, & ſchiſmata, & bella, & cædes, & rapinas, inter Chriſtianos concitari. Tali igitur, & tā ſubdola, atq; hęreticis omnib⁹ peculiari, reſpōſione, Nobis, & ſacro Imperio à Luthero data, etſi decreueramus, ipſo ſtatim remiſſo, ad vlteriora progredi (id quod ex ſententia noſtra, manu noſtra ſcripta, & poſtera die publicata, nemini nō cōſtare poteſt) Tamē ad preces omniū Imperij Ordinū inclinati, adhuc ipſi triduū ad reſipiſcēdū cōceſſim⁹. Quo tēpore duo Electores, duo Epiſcopi, duo Principes ſęculares, duoq; Ciuitatū nomine, Vniuerſos Ordines, & Status ſacri Romani Imperij repræſentantes, & ad hoc communi omnium iuſſu & nomine deputati,

Detortum ad diſſidia verbum Chriſti: Non veni pacem mittere, ſed gladium.

Admonitio, per Principes imperij habita cum Luthero

putati, vocato ad se Martino prædicto, nullum non admonendi & adhortandi eum, vt tandem resipisceret, & nisi id faceret, quæ ipsum à Nobis, & sacro Imperio, legumque constitutionibus pœnæ manerent, declarandi officium frustra insumpserunt. Vnus etiam eiusdem sacri Imperij Elector, adhibitis secum duobus Doctoribus, pietate & scientia præclaris, non solum adhortationibus: sed etiam multorum eorum euidentibus redargutionibus, ad ipsius vsque obmutescentiam factis, mox seorsim ipsum prudenter & humane commonefecit, vt ad Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ, Nostrumque & sacri Imperij Statuum, & cæterarum fidelium Nationum, sanam sententiam, iuxta continuatum tot sæculis Ecclesiæ ritum, potius, quam ad suam vnius opinionem, respiceret. A qua si recedens, in ordinem redire vellet, id se primum nonnullorum sanctorum patrum, qui & ipsi aliquando errauerunt, laudabili exemplo, deinde salutis, anima, corpore, & honore, facturum cognosceret. Ad quæ Martinus ante dictus, etsi varia pleraque & diuersa, cumque eis, quę scripserat, pugnātia: nihilo tamen meliora, aut saniora, priuatim respondit, quam publice, corā Nobis, & sacro Imperio, fecerat. Atq; adeo se, nō omnesmodo supra memoratos, sed & Cōciliū ipsū generale (si quod fieret) suspectū habere protestatus est. Et (vt certissimo, & omni exceptione maiori, testimonio nobis cōstat) pollutissimo & sceleratissimo

Proterua respōsum Luthe. contra Concilium.

ore profari non est veritus, res Euangelij & Catholicæ fidei, nunquam fuisse in Conciliis generalibus bene tractatas. Vnde non iniuria plurimum nobis mirari subiret, cur nam à Summi Pontificis sententia, ad generale Concilium nuper prouocarit, quum tam impie de Conciliis ipsis loquatur & scribat, nisi manifeste sciremus, vt nihil est hæreticis æquè formidabile, atque œcumenicum Concilium: ita nihil illis iisdem magis proprium esse, quàm vt dictis factisque & scriptis, secum ipsi dissideat. Quod si vsquam alibi, præcipue in Lutheri libris (diuina prouidentia sic operante, quo ipsius vana ædificia per se ruant) passim legere & videre est.

Remissus Luthe. in saluo conductu.

His omnibus & singulis, sic omnino, vt premittitur, se habentibus, quum prædictus Martinus, tam peruerse & obstinate, in suis adeo manifeste hæreticis opinionibus persisteret, vt ab omnibus iis, qui sapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obsessus spiritu, iudicaretur. Nos, iuxta tenorem salui conductus, ipsum statim à conspectu nostro missum fecimus, datoque sibi in comitatu vno ex Heraldis nostris, & præscripto termino, à die vicesima quinta mensis Aprilis, qua ex Vuormacia discessit, ad viginti deinde proxime futuros dies, quibus peractis, vnà saluus conductus peractus & extinctus censeretur. Nunc tandem ad reliquas opportunas medellas, huic pestilentissimo morbo necessarias, in hunc qui sequitur modum, procedere decreuimus.

Primum

Primum omnium, ad honorem Dei omnipotentis, Romanique Pontificis, & sanctæ Sedis Apostolicæ debitam reuerentiam, pro Imperialis dignitatis officio ac debito, necnon zelo & studio, quo nostrorum maiorum more, & ingenita etiam Nobis vi, ad defensionem Catholicæ fidei, sanctæque Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ honorem, tutelam & protectionē, omnes nostras vires & facultates, Imperiū, Regna, Dominia, amicos, vitam denique & animā ipsam nostram, exponere sumus parati. Ex Imperiali & Regia authoritate, necnon consilio & assensu Electorum, & omniū sacri Ro. Imp. Principum, Ordinum, & Statuum, in hac celeberrima & frequētissima Imperiali Dieta Vuormaciæ congregatorum, ad perpetuam rei memoriam, exequendo sanctissimi domini nostri Papæ, veri in hac parte iudicis, sententiam, decretum & condemnationem, in literis Apostolicis (vt supra dictum est) ad Nos directis contē tam, Martinum Lutherum, vt membrum ab Ecclesia Dei ab alienutam, vt obstinatum schisma ticum & Notorium hæreticum, à Nobis haberi declaramus; & vt talem à vobis omnibus & singulis habendum decernimus & edicimus: Mandantes de eorundem Statuum consilio & consensu, sub criminis læsę Maiestatis, Nostræque & sacri Imperij grauissimæ indignationis, ac etiam amissionis feudorum, Dominiorum, & bonorum omnium, gratiarum quoq; & omnium Priuilegiorum, à Nobis, & sacro Imperio

Sententiæ Cæs. ad exequendum processum iuris contra Luth.

Luth. pro hæretico ab omnibus habendus.

Crimen læsæ Maiestatis in Receptatores Luth.

dependentium, quæ obtinuistis hactenus, aut prædecessores vestri quomodolibet obtinuerunt: necnon proscriptionis ac Banni, & interdicti Imperialis, pœnis: ne quis vestrum præfatũ Martinũ Lutherũ, receptare, defendere, sustentare, fouere, dicto, facto, aut scripto præsumat, Quin immo post elapsum supradictũ viginti dierũ terminũ, contra eum, vbicunq; deprehensus fuerit, & in manu, aut facultate vestra erit iuxta formã imperialis bãni procedatis, vel saltẽ personaliter captum, tam diu custodiatis, donec Nos, à vobis de hac re certiores facti, de legitima in eum prosecutione facienda vobis significemus, & vos tam sancti operis & laboris debita præmia, & mercedem etiam vberem, cum impensis ob hanc causam factis, reportetis. Et nihilominus eiusdem Martini complices, adherentes, receptatores, & quomodolibet fautores & sectatores (nisi se iniquitatis semitam deseruisse, & Authoritate Apostolica absolutionis remedium consecutos esse, fidem condignam fecerint) necnon eorum omnia & singula bona, mobilia & immobilia, iuxta sacras constitutiones, ac interdicti & Banni Imperialis legẽ & ordinem, libere & absque vlla contradictione prosequamini, illosq; & illa capiatis, & in vsus vestros, optimo & pleno iure conuertatis. Mãdamus insuper vobis omnibus & singulis præfatis, sub eisdem prænominatis pœnis, ne quis Martini Lutheri scripta, à Sũmo Pontifice Authoritate sua Apostolica (vt præmittitur) damnata, aut alia quæcunq;, tam Latino quàm Alema-

Damnata Lutheri scripta, vt aboleantur.

nico, seu alio quouis Idiomate, ab eo hactenus cõposita, vel in posterum componenda, vtpote mala, suspecta, & à Notorio & peruicacissimo hæretico prouenientia, emere, vendere, tenere, legere, describere, imprimere, aut describi vel imprimi facere: asserere, sustẽtare, prædicare, defendere, præsumat: non obstante, quod in illis etiã aliqua bona (ad fallendas simpliciũ mẽtes) immixta essent. In quo præter iustam Sedis Apostolicæ sententiam, etiam laudatissimã veterũ Patrum institutionẽ & consuetudinẽ omnino exequendam duximus: Qui Arrianorũ, Priscillianistarum, Nestorianorum, Euthychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tam bona quam mala, promiscue exusserunt, & adnihilarunt. Neq; id immerito. Nam si optimi quiq; cibi, vnius tantũ guttæ veneni (quo humanum corpus læderetur) infusione suspecti, penitus sunt abiiciendi? quãto magis ea scripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena passim inserta sunt non solũ nobis cauenda sunt, sed etiam (ne aliis noceant) prorsus destruenda & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt obliteranda. Accidit ad id, quod quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea à sanctis Patribus, quos Ecclesia recepit & approbauit, sæpe dictũ & sæpius repetitum, absque vllius periculi aut mali suspitione, legi, & haberi potest,

Vetus cõsuetudo contra libros hæreticorum.

Ea propter, sub eisdem pœnis omnibus & singulis supradictis, vos omnes, & quilibet ve-

Mandatum imp. de cõburẽdis lib. Luth.

ſtrum, tam Principes quam alij, ad quos iuſtitiã quomodolibet pertinet miniſtrare: & alij quicunque in vniuerſo Imperio, Regnis, & Dominiis noſtris conſtituti, huiuſcemodi peſtiferos Martini libros, tam Alemanicos quã Latinos, impreſſos & imprimendos, aut etiã manu ſcriptos, vbicunq; reperiantur (vtpote magnæ ſeditionis, ſchiſmatis, hæreſeos, in Eccleſia Dei fomites) diripiendos, & publico igni conſumendos, penituſq; abolendos cum effectũ curetis, Apoſtoliciſq; Nunciis, ſeu eorum Commiſſariis, ſi operam veſtram ad hãc rem requiſierint, fideliter & diligenter aſſiſtatis: Et nihilominus in eorum abſentia, per vos ipſos hæc ſic fieri, noſtro nomine & iuſſu, omnino & reipſa facia tis. In quo omnibus fidelibus, dilectis, ſubditis noſtris, vt vobis ac Nobiſmetipſis aſſiſtant & parcent, tenore præſentium ſub eiſdem pœnis iniungimus & mandamus. Verum, quia maxime cauendum eſt, ne Martini libri, aut ex illis *incerpta mala, ſuppreſſo aut etiam mutato authoris nomine, publicentur. Quia etiam non ſine magna animi noſtri offenſa, multos quotidie videmus & audimus, cum alibi, tum maxime in Germania, componi & imprimi libros, pluribus malis traditionibus & exemplis refertos: & ne non omni aſtu & dolo, humanæ naturæ hoſtis, Chriſtianis laqueos tendat multos, paſſim diuulgari picturas & imagines, non in opprobrium modo priuatarum perſonarum, ſed & ipſius Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ

*excerpta

ſtolicæ contumeliam excogitatas. Ex quibus omnibus libris & picturis, Chriſti fideles in maximos, tam in fide quam in vita & moribus, prolabuntur errores, & non ſolum priuata odia, ſcãdala, & ſimultates (pro vt experientia docet) multis in locis exorta fuerunt: Verumetiam ſeditiones, tumultus, rebelliones, ſchiſmata, in Regnis, Prouinciis, & populis, atque vniuerſa Dei Eccleſia (niſi prouideatur) iamiam excitãda formidantur. Idcirco, ad hanc peruiciosiſſimam peſtem extinguendam, ex ſupradictorum Electorum & Statuum concordi animo & ſententia, omnibus & ſingulis ſupradictis, tam imperiali quàm hæreditario iure nobis ſubditis, ſub iam ſępedictis omnibus pœnis pręcipimus & mandamus, ne quis huiuſmodi famoſos & peſtilentes libros, ſeu quaſcũque alias ſchedas, ſcripturas, imagines, picturas, contra Orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod ſancta Romana Eccleſia hactenus obſeruauit: Atq; etiam inuectiuas criminationes & ignominias, contra Summum Põtificem, Sedem Apoſtolicam, Prælatos, Principes. Vniuerſitates Studiorum, & eorum facultates honeſtaſque perſonas, cõponere, ſcribere, imprimere, depingere, vendere, emere, tenere, habere: aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, quauis arte aut dolo audeat, aut attẽtet. Quinimmo ſub eiſdem pœnis iubemus omnibus & ſingulis ſupradictis, & præſertim iis, qui iuſtitiæ miniſterio pręſunt, vt eiuſmodi libros quoſcunq; antehac impreſ-

Contra ſcãdaloſas ſcripturas & picturas.

ſos, vel poſthac imprimendos, necnon etiam manu ſcriptos, cuiuſcunque ſint authoris, aut vbicunque locorum per ſacrum Imperium, atque etiam noſtra hæreditaria Regna & Dominia, inueniantur: ſimiliter etiam picturas huiuſmodi & imagines, noſtro iuſſu & nomine occupent, diripiant, & publico igni comburant.

Contra impreſſores & Bibliopolas Luth.

Et nihilominus huiuſmodi deteſtabilium librorum, codicum, ſchedarum, ſcripturarum, & picturarum, authores & inuentores, ac etiam poſt præſentis mandati publicationem, Impreſſores, Emptores, & Venditores, qui contra iuſſa noſtra facere præſumpſerint (ſi modo id legitime conſtiterit) necnon eorum iura, & bona omnia & ſingula capiant, appræhendant, & detineant, ac iure bono quicquid ſibi libitum fuerit de illis diſponãt: ita, quod de hoc nulli hominum, tam in iudicio quam extra, reſpõdere ſint obligati. Atque vt omnis eiuſcemodi & aliorum errorum occaſio tollatur, & ne talia ſcribẽtium venena longe lateque diffundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum, & laudabiles vſus exerceatur: ex certa noſtra ſcientia, animoque deliberato, ac Imperiali Regiaque authoritate, de maturo ſupradictorum Electorum, & aliorum ſacri Ro. Imp. Statuum, conſilio, deliberatione, & vnanimi conſenſu, volumus & ſub Banni & interdicti Imperialis, ac aliis antedictis pœnis præcipimus & iubemus, tenore præſentis Edicti, quod vim inuiolabilis legis habere decernim⁹,

Mandatum de examinandis libris antequam excudantur.

Ne quis de cætero Chalcographus, & librorum Impressor, aut alius quiuis vbilibet per sacrum Imperiũ, atq; nostra prædicta Regna & Dominia constitutus, libros vllos, seu aliã quãcunque scripturã, in quibus de sacris literis, aut fide Catholica aliquid vel minimũ tractatur, non habito prius consensu & voluntate Ordinarij loci, aut eius ad hoc substituti & deputati, cum Authoritate etiam facultatis Theologicæ alicuius propinquæ Vniuersitatis, pro prima videlicet impressione: Alios verò cuiuscunque rei, & facultatis libros, schædas, & picturas, de cõsensu saltem ordinarij, aut eius ad hoc substituti, vllo pacto imprimere, vel vendere, aut imprimi, vel vendi facere, directe vel indirecte, quoquo modo præsumat aut attentet. Quod si quis cuiuscunque sit dignitatis, gradus, aut conditionis, hanc nostram mentem, decretum, statutũ, legẽ & ordinationem, in omnibus & singulis supradictis, tam Lutheranam, quam impressoriã materiam concernentibus, inuiolabiliter obseruandam, vllo pacto, aut quouis quæsito colore vel ingenio, contrafacere, aut venire, ausu temerario præsumpserit: Præterquàm quod illud irritũ decernimus & inane, etiam in læsæ Maiestatis crimen, ac nostram, & Sacri Imperij grauissimã indignationem, proscriptionisque & Banni, ac interdicti Imperialis, necnon alias sæpe dictas pœnas, s., ipso facto, incurrisse cognoscat. Harũ testimonio literarum, Sigilli nostri munimine roboratarum. Datum in Ciuitate nostra Impe-

riali Vuormacia, die Octaua Mensis Maij, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vicesimo Primo Regnorum nostrorum: Romani secundo: Cæterorum vero omnium Sexto.

FINIS EDICTI VVORMACIENSIS.

ADMONITIO IOANNIS Cochlæi, in indicem præcedentem librorum Martini Lutheri.

QVamuis multorum Lutheri opusculorum in Actis eius mentio sparsim facta sit: tamen non omnium commode fieri potuit cõmemoratio. Vt igitur habeas generalem per compendium opusculorum eius cognitionem, operæ precium fuerit, exhiberi tibi ipsius Indicem, quem ædidit anno Domini M.D.XXVIII. In quo cõmemorat scripta sua nominatim & distincte, quotquot ædidit ab anno M.D.XVIII. usque ad annum M.D.XXVIII inclusiue. Ex quo sane indice coniicere licebit, quam grauis, durus, ferox, laboriosusque ac vehemens sit iste Catholicæ Ecclesiæ Aduersarius, impugnator & hostis. Qui tot exantlatis scribendo laboribus nõ est defatigatus: Quin potius contentionibus tam multis ac diuturnis, maiores videtur recepisse ad conuitiandũ ac maledicendũ vires. In plerisque enim scriptis, quæ post annum Domini M.D.XXVIII. permulta ædidit, multo amarulentiorem ferociorem que sese exhibuit, quàm fecerat antea: Quemadmodum ex Actis & scriptis eius vnusquisque intelligere potest. Ceterum Numeri, qui post recitatos libros ceruuntur appositi, non librorum, sed annorum sunt. Ex quibus intelligi deleat, quoto anno vnumquodque opusculorũ eius æditum fuerit secundum minoris numeri annorum à Natiuitate Christi seriem.

PRO EVANGELISTARVM AC SECTARVM NOSTRI TEMPORIS, maximè Luterismi peste publica reprimenda, admonitio, siue Antidotus.

Bonifacio Britanno, Germano, authore.

PARISIIS,
Apud Nicolaum Chesneau, via Iacobæa, sub scuto Frobeniano, & Quercu viridi.
1565.
Cum priuilegio Regis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CHRISTIANISSIMO LECTORI SALVTEM IN CHRISTO.

CVm viderem insaniam ruituri schismatis, seductissimæ multitudinis accessum, sine scientia & conscientia, indies efferuescere magis atque magis, effundi has monitiones in amaritudine animæ meæ, vehementer exoptans, vt quæ liberè verèque proloquor, serio, & si serò: tecum Germania perpenderes. Nihil hic loci priuatæ vlli inimicitiæ (testis est Christus œcumenicus futurus iudex) sed quæcunque dicuntur aduersus publicam orbis pestem, necessariò dicuntur. Hominibus quibusuis amicus, rem tam Ecclesiæ, quàm Imperio Rom. exitiosam odi. Patria quæso considera, huc quere di, vnde cecidisti. Furor pœnitendus est, mihi crede, quo corripieris non timor Dei. Vale.

ANTIDOTVS CONTRA LVTERISMVM.

MAGNI CLAMORES vbique tollũtur, Germaniã nunc primùm Christianam fieri cœpisse, hactenus fuisse sine fide, sinéque Christo, vesanam autẽ deorum cultricẽ. Tale volunt neochristi isti persuasissimum esse RO. Cæsari, Regibus, Episcopis, & toti humano generi. Postulant, solis sibi credi, solósque se pro iis recipi debere, qui primi plantent Euangelium, non tantùm in Germania.

1 *Aphorismus primus.*

Audax neochristorũ temeritas in deum & sanctos blasphema & iniuria.

Verum illi doceant prius, an voluntas Dei. Opt. Max. sit, vni & tali monacho (nã de Tragœdiæ totius authore loquar) in nouissimis hisce sæculis plus dare fidei, quã vniuersis Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Anachoretis primorum Ecclesiæ sæculorũ. Atque hunc scriptorem vnũ ex æquo cunctis præferri oportere, ad quem videlicet vniuersi collati, volitantes nubeculę sint.

2 *Lutherum apostatam intelligit.*

Eadem opera demonstrent, an ex mandato nostri saluatoris Christi, vniuersæ Christianæ Monarchiæ nationes, vni religiosulo nullis non affectibus obnoxio, per omnia suffragari ob-

3 *Saluator dicitur qui à vitiis, morte & peccato eripit.*

Seruator, qui cõseruat vtros apostolicos & ecclesiam audiendam, nõ apostatã Luthe rum nec semen eius vipereum.

stringantur, explosis Apostolis, exibilatis Apostolicis, irrisis Martyribus, vituperatis Omologetis ac Archimandritis, damnato totius Christianismi maximo consensu, reprobatis antiquissimis decretis, reiectis obseruationibus Ecclesiasticis, calcatis Ecclesiæ Bibliothecis, ruptis concordiæ vinculis, breuiter repudiata matre, quæ vos ante exortum Monachomoscon, in Christo Iesu regenuit.

4 *Spiritussanctus non reuelauit Luthero sua secreta.*

Præterea an verisimile sit, nõ enim dicam credibile, Spiritum sanctum, vni talique monacho reuelasse ea in scripturis sanctis, quæ celarit vniuersos Ecclesiæ Catholicæ columnas, viros incomparabiles, tam in Oriente quàm Occidente, idque sexquimille annis.

Quæcunque audiuit à patre nota fecit amicis suis. Ioan. 15.

Postremò proferatur vaticinium ex sacris literis, Deum cœli & terræ vsqueadeo derelicturum non quosdam, sed omnes credentes populos in Europa, vt pernegata fide Christiana, & deserto deo suo, toti reddantur infideles, ac diis alienis seruiant, adeóque turpiter Idolomanitæ fiant, deteriores Paganis.

5 *Non reperitur in scripturis deum suos dereliquisse.*

Et quod idem vaticinium præ se ferat, omnes credentes Ecclesiæ catholicæ populos, in manifestissima Idololatria atque tenebris Ægyptiis, per tot sæcula irremissibiliter captos ac occæcatos fore, donec missus à Deo monachus Aquilonaris liberaret, iam nõ Ecclesiam, sed Synagogam Satanæ, Iouisque Panegyrin, in Ecclesiam Christi verteret.

6

7 Ostendatur item, an vllis mundi sæculis com-

pertum fuerit, vt fraterculum ſemet confidentiſsimè contraponentem toti Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, totus orbis audierit & ſequutus fuerit, contemptis ac abiectis, non ſolum omnium ab initio Theologorum ſcriptis, verumetiam Synodis vniuerſalibus omnium pontificum.

Lutherus toti eccleſiaſticæ hierarchiæ aduerſarius ſynodos pontificum cõtẽpſit, & ſacros doctores.

Et iis ne fuerit vnquam auditus ab omnibus, ac pro Apoſtolo vnanimiter acceptus, qui nemi nem omnium audire ſuſtinuit, quíve pro Antichriſtis condemnare, & in ima tartara præcipitare non dubitauit, quotquot à Scitis ſuis non ſine iudicio diſſentiunt.

8

Lutherus nõ recipiendus qui eccleſiam non audiuit.

Matth. 18. Gala. 1.

Qui vnus Magiſter eſſe ambit, & is conſummatiſsimus, qui ſenſa ſua in ſcripturas arcanas intorſit, qui prioribus Eccleſiæ proceribus incognitiſsima dogmata promulgauit, qui infames aliquot retro temeratorum opiniones in lucem reuocauit, qui Biblium ſacroſanctum interpretatione adultera vitiauit, quòd catholicæ doctrinæ vehementer reſtitit, eámque voluit antiquatam, qui præ ſe flocci-fecit omnes tam veteres quàm recẽtiores Eccleſiaſtas, qui ſemetipſum propriis continuè laudibus ebuccinat, qui dogmata ſua Euangelij titulo impudenter vẽditat, hæcque ab aliis iudicari nolit, ipſos etiam Angelicos ſpiritus cognitores arcens, vt qui ſolus ſcilicet inter tot Eccleſiaſticorum ſcriptorum ſapiat, & primus poſt Apoſtolos toti orbi prædicarit hactenus ignoratum Euangelium. Dic quæſo num tale aliquid ab vllo vnquam viro chriſtiano compereris factitatum?

9

Lutherus ſacra biblia vitiauit.

Contra D. apoſtolus Paulus cum Petro, Ioãne & Iacobo contulit. Gala 2.

10 *Non Lutero apostatæ, sed vniuersæ ecclesiæ adhærendum.*

Interrogare pergam, num æquum sit, vt vni Cucullato aduersus vniuersitatem Christianismi adhæreatur? An potius æquum, vt in vniuersitate christianismi stetur aduersus Cucullatum vnum?

11 *Errat apostata Lutetus, non ecclesia.*

Imò num vel leuiter quis suadere debeat tot christianorum populis, vnum videlicet Apostatam non errare, contra verò, errare christianũ orbem? Ac vnum istum hominẽ talem, irrefragabiliter recta ire via, Mystico interim Christi corpore appropinquante ad portas inferorum?

12 *Qui ecclesiã matrem non audit, deum patrem contemnit.*

Nauis apostatæ Luteri arũdinea.

Atque num sapientis sit, à toto ad partem, à matre, ad scortum, à Pastore ad lupum, ab Ouili ad speluncam, à firma Domo, ad stipulaceam casam, à tuta naui Petri ad arundineam nauiculam Ærij, Iouiniani, Vigilantij, Valdonis, Vicleui descisscere? Atque hîc nos non ratione humana nitimur, sed rem omnem ad exactum animi iudicium reuocamus.

13 *Docet ethnicorum exemplo Christianos sequendam esse religionem maiorum.*

Deut. 32.

Probent num honestũ sit, & quod graues deceat viros, nimirũ maiorũ deserere vestigia, atq; sectas perditionis prudenter declinare. Nisi verò peræquum sit, auitam Religionẽ conspuere. Et egregiè pium, progenitores nostros Christifideles, infideles iudicare, ac execrari: Parentes deniq; nostros (à quibus Christo primùm oblati fuimus) vt qui cũ Ethnicis atque Iudæis partem in inferis habeant, damnatos existimare. Illó ne progressa est impietas nostra, vt parẽtes, fratres & propinquos nostros, non vereamur defraudare fide christiana, audito Euangelio, Sacramẽtis

acceptis? Num erimus tã impij, vt impietati tantæ assentiamur? Contrà verò tales esse declarabimus nos, ne vllo tempore auitam religionem prodere voluisse videamur. Ethnic' homo apud M. Ciceronem de natura deorum suorum disputans, audet dicere, se ex ea opinione, quã à maioribus acceperat de religione, nullius vnquã oratione aut docti aut indocti moueri, séq; T. Coruncanum, P. Scipionẽ, P. Sceuolã Põtifices maximos sequi, non Zenonem aut Cleantem, aut Chrysippum. Atque hoc quidem ille, Quo magis nos qui Christum Iesum deum confitemur, Christianam religionem tuebimur, atque ab illa nos distrahi non patiemur, non Ærium, Luterum, Zuinglium, Felem, Sed Sixtum, Cornelium, Cyprianum, Athanasium, Hieronymum, Augustinum, Gregorium, Bernardum, sequentes de hoc infrà. Hæc illi suauissimè subsannantes, statim clamabunt, Scripturæ veritate satis præsidij sibi esse contra hasce rationes, quasi verò scripturæ veritas hæresim aduersus Ecclesiã muniat. Dicemus ea de re quoq; inferius, vbi apparebit appellationem ad scripturæ fidem istis nihil profuturam.

Interroga patrem, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. &c.

Recabbitæ potius mortem oppetere delegerunt, quã statuta patris infringere. Hiere.

Reddatur vocationis ac missionis eius hominis, qui venit Ecclesiam Catholicam oppugnaturus, & pro libitu suo docturus, quæ nolit abrogaturus, quæ volet subrogaturus sua quadam authoritate, & miserè turbaturus omnia, odij in clerũ concepti dictamine. Nam ex odio illum hanc telam orsum fuisse, plerique norant. Quo magis

Luterus ecclesiam oppugnaturus, deuit ab ecclesia discessũ.

obiurgabatur ab Ecclesiasticis de intemperantia scripti, eo magis irritabatur. Crebro, idque adeo vt feroculus à iustè reprehensis abusibus ad conuellenda substantialia ira calefactum animum adiiceret, & confundere omnia statueret, non habita ratione seu zizanij, seu tritici. Eiusmodi Mauortia facta vocabant vulgó.

Nunc diffidens de perpetua sectæ incolumitate comminatur nobis.

Lutherus docuit catholicos sine misericordia perdendos.

Quo Germanismo significare volunt vltimá seditionem aduersus Antiluteros concitatum iri, & Catholicos sine misericordia perdendos. Hæc scilicet fraterna charitas illa est, & Apostolica mansuetudo.

15 Talem Prophetam si misit Deus, profecto contra ea quæ dei sunt, misit, id quod procul absit. Sin ab hominibus missus, ad istum ausum gigantem, age, nominentur qui miserunt. Addatur quo iure, & ad quod opus miserint.

16 *Christiani miracula in aduentu apostatæ non requisiuerunt.*

Miracula peculiaris missionis nõ magnopere requirimus, apostatæ etiam nõ crediturí, si factis miraculis inclaruisset, quia ab iis docẽdo & viuẽdo dissentit in Ecclesia, per quorũ manus miracula olim innumerabilia edita sunt, sed iã ea signa dominici digiti, spiritib⁹ atris accepta ferũt.

17 Nec nos à via Catholici instituti seductura erat hominis si extitisset, Angelica in carne vita, vtpote cuius machinam merita longissimè dissident à sanctissimis Ecclesiæ patribus, quos Charissimos Christo domino fuisse, res ipsa non dubiè comprobauit.

Tantũ abest, vt adhæsuri eramus homini cor- 18
ruptissimo, cuius vitæ licentia eo vsque processit, vt ægrè inuenias inter veteres Schismatarchas aliquem ad quem comparatus hic Pseudoeuangelista non existat longè carnalior. At hunc si cum sanctis Ecclesiæ compares, reperias Mahumetanum potius Alchoranistam, quàm christianum Euangelistam. Homo semper in Ecclesiam ferox, aut aliter sæuiit, ac si in vno illo conspirassent de nouo omnes veteres Schismatici aduersus vnitatem ac consensum orbis in Christo. Nemo vnquam immitior, nemo violentior, nemo æquè præfractus scriptor. Vt Arrium nomine, sic eundem re ipsa refert, videlicet perpetuò pugnans cum vniuersitate Ecclesiæ, quíve eum sibi præfixit scopum, vt quiescere antè nolit, quàm debellãdo, aut rebellando potius, omnia piè recepta in Christianorum Ecclesiis Turchicè substulerit: Author idẽ ac suasor, vt admota manu vastetur Ecclesiæ Catholicæ regnum, vt sæculari gladio tollatur iuge sacrificium, vt funditus extirpetur Monasticæ, vt ecclesiis abdicentur clerici, vt iidem spolientur & exulent, eò quòd à suis dogmatis abhorreant. Pretereà vt in templis omnia diuina sileant, ingerantur sua, vt populus coërceatur à cultu Dei, etiã probabili, vt idem adigatur ad ea quæ ipse commentus est. Dixeris Mahumetem aliquem. Nam ille quoque Arabicus Pseudoprophetes, non per miracula, sed per gladium, sectam suam extruxit.

Lutherus corruptissimis moribus in ecclesiam ferox.

Vult Lutherus ecclesiã manu vastari, iuge sacrificium i. eucharistiam manu tolli.

Negari nõ potest, quanto studio ediderit Lu- 19

terus ſanguinolenta, minacia, ſeditioſa, ac exiiio-ſa ſcripta. Nec aliunde cordi illius cruciatus eſt, quàm quod porrecto à ſe gladio, non omnia ad votum delentur, quæ ſibi inuiſa, atque ſua factione diuerſa ſunt. Virulentia, tyrannis, mordacitas, ſcurrilitas, obſcœnitas, præterea cõuiciandi cupiditas, fingendi ars, mẽtiendi audacia, denigrandi libido, accuſandi malignitas, calumniandi furor, exterminandi, abrogandi, conculcandi impetus, vituperandi, laceſſandi, exacerbandi, iudicandi, damnandi rabies, hoc in homine tanta eſt, vt ad eam improbitatem vix quicquam addi poſſit. Cuius obſecro Theologi fuit olim talis iracundia, talis ferocia? Quis ſcriptor fuiſſe legitur vlciſcendi cupidior? & ad cædẽ auidior? Quis concionator vnquam maledicentior? Quis Eremita impatientior? Quis Aſceta vixit in tãta voluptate, opulẽtia, lætitia? Quis anagnoſta minus tulit Crucis, minus flagri ſenſit? Quis Chriſti miles delicatior, mollior, guloſior? Saturnalitia illa ac lampſatia vulgò detrita ſunt. Sed domeſticam Apoſtoli conuerſationem prætermittere libet, ne ſecreta rimari videar. Affectus huius ad extrema omnia effuſiſſimos & effrenes iſtos atque tumultuantes ſpiritus, quorum immoderatione miſcuit diuina humanáque quis neſcit? Leo immanis ſuo in antro eſt. Eò prodire nunquam ſolet, niſi ad catulos ſuos. Foris enim, ſi auderet: hiſcere, videas pro leone damam. Ex tuto conuiciatur ſummis infimíſque non in acie dimicat. Iaculatur vltrices chartas in capita

Vitia quibus Luterus ornatus erat.

Luterus miles delicatiſ.

Catholicorum libellos apologeticos non recipit, non legit, contemnit, abiicit. Superbus animal, & insatiabilius gloriæ mancipium, nulla viderunt sæcula. Nec alius tot ante sæculis extitit, qui doceri, aut submoueri duntaxat, minus sustinuerit, adeo vni sibi fidit, vni sibi placet. Nam ea res quæ græcis philautia dicitur, si in hoc omniũ maximo Thrasone arcem non collocauit, negare ausim coruum esse nigrum. Is videri vult, qui non nisi mera & vehementer cœlestia crepet oracula, & cuius libri inter Canonicos referri debeant, longum valere iussis Cyprianis, Hieronymis, & Augustinis. Huius infandæ philautiæ ac inusitatæ arrogantiæ exemplum nullum habet, vel Philosophorum, vel hæreticorum historia. Tali flatu propemodũ omnes eius Symmistæ repleti sunt. Da mihi hominem in terris, qui minus modestiæ, plus arrogantiæ pręse vnquam in docendo tulerit, quíve insolentiùs iactarit sese, suáque laudarit impudentius, & aliena malicio sius extenuarit, defœdarit.

Luterus vni sibi placet, & fidit.

Talem scilicet, te suasore, Theologum admirabimur, imò prophetã Dei cœlitus missum recipiemus? Talem Heliam, talem Danielem, te iudicantem, solum audiemus, solum sequemur, cuius fructus eiusmodi sunt, Nisi forte ficus à tribulis & à spinis vuæ colliguntur. Tali Apostolo nunc tandem post sesquimillesimum annum regnante, ædificata est Ecclesia? Tali Euangelista corruscante Euãgelium innotuit primum orbi terrarum, præsertim nationi nostræ? Tali

20 *Ironia in Luterum.*

Episcopo cœpit extrui dominica domus? Tali Papa inferior est Linus, Cletus, Cornelius, Fabianus? Tali pastore primùm congregatæ vndique oues sunt? Is reducet in viam? Is perducet ad vitam, quod tot mundi ætatibus regnante Christo, nemo omnium electorum Dei, post Apostolos, nemo sanctissimorum miraculisque clarissimorum Martyrum, nemo doctissimorum confessorum præstare potuit? Omnes omnium sæculorum scriptores cæci, omnes à Christi vsque ad hunc apostatam, qui solus oculatus, solus Christianus est: Equis & mulis absurditas hæc persuaderi debuit, non hominibus.

21 Huius igitur recēs excogitatum dogma (quod ipse Euangelij loco venditare audet) Huius nouum institutum, quod Euāgelicam vitam appellant, & si ibi nihil Euangelij, quo adhortatore sano orthodoxi amplectamur? Per conculcatum Ignatium, Clementem, Dionysium, Ireneum, Tertulianum, cæterósque viros Apostolicos transibimus ad hominem Apostolis dissimillimum? A lapidato & de ponte deiecto Athanasio, Basilio, Nazianzeno, Emiseno, Chrisostomo, Eusebio, Cyrillo, Epyphanio, atque aliis summis Ecclesiæ Theologis discedemus ad cerebrum non valde sanum? Descendemus denique à Cypriano, Hylario, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Prudentio, Leone, Fulgentio, Gregorio, Prospero, Damasceno, Cassiano &c. ad Doctorem, qui contemptis omnibus ipse se tantum admiratur, séque ipse Prophetam &

Lutherus apostolis dissimilis.

Lutherus aliis neglectis, se solum admiratur prophetam & euangelistam.

Euangeliſtam nominat, cunctis retro Doctoribus longiſsimè præferendum, ac multò irrefragabiliorem, quàm vt de doctrina ſua vel Angeli Dei iudicent.

Illorum doctrinam atque Sanctimoniam, ſi adhibito animi iudicio conferas cum noui Prophetæ huius placitis ac exemplis vitæ: primo ſtatim guſtu fateberis omnia maximè diſsimillima eſſe, imò hæc heſterna eò ſpectare, vt antiqua illa ſenſim intereant. 22

Luteriſmus certè nouus, Chriſtianiſmi veteris excidium eſt, Hoc nimirùm mõſtri alitur ſub Euangelij ſpecioſo prætextu, vnde futurum proſpicitur, vt per Euangelium Germania pedetentim ab Euangelio degeneret, niſi obuiam eatur pergraſſanti malo. Nulla certe fides Satanæ, deſtruxit maceriam diſciplinæ, expulit timorem cultúmque Dei, introduxit libertatẽ licentiámq; ſuam, & impunitatem omnis audaciæ.

Lutherus deſtruxit maceriã diſciplinæ.

Iam verò ingenij acumen, & nonnulla eruditio huius nouatoris adeò nullum nobis calcar addit ad ſuffragãdum, vt aliquo etiam modo deterreat ſuffragaturos, quandoquidem comperiri non ſolet ineruditos machinatos fuiſſe hæreſes. Id genus homines ſemper acutiſsimi, ac inueniẽdo promptiſsimi, ínque dicendo fœliciſsimi fuêre, cuiuſmodi in Arrianis, Manichæis, Donatianis &c. palã adparet. Taceo de Zuinglianis, qui hoc tẽpore, ſi de eruditionis laude certetur, primis ſchiſmatum autoribus, neque linguarum peritia, neque eloquentia cedunt. 23

Apoſtatæ Lutheri ſtudium, Chriſtiano nullũ calcator addidit.

Hæretici in dicendo fœliciſsimi.

24 *Scriptores ecclesiastici gloria antecellunt schismaticos*

Et si (quod quidem ad rerum omnium scientiam attinet) prisci Orientales atque Occidentales Ecclesiæ scriptores sic antecellunt schismaticos, vt iis vix exiguum quiddam gloriatiunculæ de doctrina relinquant, atque ita doctis Luteristis opponimusvel doctiores Zuinglistas, vel anteferimus doctissimos & illustrissimos Ecclesiæ Catholicæ Heroas, non comminiscentes, hoc etiam æuo existere passim inter Catholicos, qui in nullo doctrinæ genere schismaticis inferiores sint. Lætissima Theologorum Catholicorum seges passim in Germania, Gallia, Italia, Hispania, & Polonia enascitur, vnde nobis redintegrandæ ac aduersum schisma asserendæ Ecclesiæ permagna ostenditur. Iactat secta literas, tumet turgétque præclariorum artium gladiis: passim crepat Dialectica, buccinat Rhetorica, nõ aliter ac si isti omnium primi bonarum disciplinarum vindices essent: & non potius aliorum discipuli. Attamen præ Catholicis sacerdotibus meriò Dialecticæ Rhetoricæque student, cùm habeant causam nõ bonam, cui defendendæ sufficit simplex veritatis oratio. Sed eam vt tueantur, opus est Dialecticis ac Rethoricis argutiis ac effugiis. Sunt isti præterea nostris longè vigilantiores ac acriores, & qui nulli parcãt sumptui, qui instent sedulò, qui audeant, qui insudent, qui perrumpant: nec id mirum, quandoquidem bellum istud Ecclesiasticum tales requirat excubias. Ischariotes Petro dormiente noctem insomnem ducit.

Hæretici acriores & vigilantiores ortodoxis.

25 Multò omnium longissimè ab assensu sectæ

huius, Christianos populos submonet, quoties audire coguntur in tantā sectarios rabiē prolapsos esse, vt iactitare minimè dubitent, ante se in Germania non fuisse Euangeliū Christi, & incognitam fidem &c. Atque hic exquisitis Loedoriis lapidant S. Bonifacium vnà cum coopera-riis suis S. Chiliano, S. Burghardo. S. Villibaldo, Lullo cæterisque viris Dei, per quos saluator mundi ante septingentos annos salutem germaniæ dedit. His procul amotis, Apostatam isti suum in medio collocant, seriò affirmantes, hūc hominem omnium primum Germaniæ Apostolum & Euangelistam &c. Quo quid audiri possit irreligiosius, ne dicam vesanius?

Ostendit hæreticorum rabiem ante hæreticos fidem & euāgelium Germanis fuisse incognitam.

Igitur antequam nasceretur filius homicidæ Morensis, non fuit Euangelium Christi in Germania, nulla verbi Dei cognitio. Hoc si verum est (vt verisimum esse isti pertinaciter affirmāt) facilè colligitur, ne Ecclesiam quidem Christi in Germania fuisse, vt quæ ex Euāgelio Christi congregatur, Consequitur hinc citra vllam controuersiam, nec Sacramenta Christi in vsu fuisse inter Germaniæ populos. Ergo baptisati nōdum sumus, quotquot ante monachi huius inchoatā fabulam nati sumus. Neque enim Baptismus esse potest in rerum natura, vbi non est euangelium, non spiritus, non Ecclesia, non cognitio, nō fides. Et eo pacto Anabaptistæ iusti reddunturquos Luteristæ tamen condemnatos vltimo supplicio afficiunt. Illi certè retinctores, sua ista lauacra, decepti Luteri impiissima voce, insti-

27 *Non catholicos fuisse germanos si Lutherus homicidæ filius, primus è cælo attulit Euāgelium.*

tuerunt, Nimirum hactenus non extitisse Euangelium. Igitur neminem fuisse Christianum. Baptizandum ergo nunc exorto Euangelio, vt in Germania Christiani sint.

27 *Præcessores nostros extra baptismũ & Christum fuisse, nec discrimẽ esse inter Christianos & sarracenos si apostata Lutherus prius attulit euangelium.*

Perpende negotij magnitudinem, & vltrò cõfitebere, atauos, auos, pręcessores nostros vniuersos, extra Baptismũ, extra Christum, extra Christi fidem periisse, tanquam de consesso gentiles athæos, si Apostata primus Apostolus Germaniæ est, nósque qui adhuc in Ecclesiæ corpore continemur, carêre Baptismate, carêre Eucharistia, destitui Euangelij fide, nec esse discrimen inter catholicos & Sarracenos, id quod etiã vel leuissimè suspicari, nephas sit.

28 *Persuasio multipliciter impia Hæretici, phrenapatæ.*

Huius persuasionis tã multipliciter impiè phrenapatas istos adeo non pudet, vt quotidie in Catholicos homines atrocissimè fulminent, tanquam in eos, qui nihil minus sint quàm Christiani. Iam traducunt hos pro Iudæis, iam pro Ethnicis incusant, iam vt Antichristianos dilacerant. Asseuerare audent eundem esse Turchismum cum Catholicismo (vocant Papatum). Interpretati sunt sacra Biblia contra Catholicos tanquam Iudaicos idolorum cultores, & quicquid ferè est in Eusebiana historia contra gentiles, id magna ex parte aduersum Ecclesiasticos, hoc est, à sectis abhorrentes, audacissimè detorquent.

29 Vniuersæ horum conciones tonant duntaxat in Catholicos, In illos enim omnes scripturæ mysticæ paginas quadrare aiunt. Aliquoties in consectas

consectas fulgurant, Has vocant Suuarmerias, rectius filias dicerent, vtpote Lutrę vtero prægnatas: Sed tamen in calce cõmunionis epotare oportet Catholicos fecem propinati poculi. Si interdum in Iudæos incandescunt, statim admiscentur Catholici, hi exoluunt Symbolum. Quoties sacram dominicæ passionis historiam prædicant, in tuto ferè sunt Pharisæi, Scribæ, & Seniores Iudaici populi. Tota bilis euomitur in Pontifices, Episcopos, Presbyteros Ecclesiæ. Nã istos demũ esse perpetuos ac deterrimos proditores, flagellatores, crucifixores Iesu. Omnino lãguescunt horũ conciones, nisi crebris subinde blandimentis cõdiantur, atq; aculeis excitentur, videlicet de reparata libertate, de monade fidei, de Papa, de Papistis, de infaustis Catholicorum euẽtis, de triũphis suis, & his similibus illecebris.

Faciunt Pontificem Antichristum merum, Cæsarem Antichristi iuratum ministrum, Reges nostros creaturas Antichristi, Ecclesiam appellitant Synagogam diaboli, Catholicorum Deum diabolum, Sacramẽta excrementa, Eucharistiam idolatriam & Iudaicam Stauroſin, Chrisma oletum, leges Ecclesiasticas quantumuis tolerabiles, deuteroses pharisaicas, Monachismum Mahumetismum, ceremonias nugas, processiones, deambulationes, ornatus gestúsque sacros in templis histrionicos lusus in theatris, ciborium caueam diaboli, corpus Christi ad ęgrotantes allatũ sacrũ diaboli, & omnia diaboli. Reliquiæ Sanctorum sunt istis ossa brutorum, Ecclesiastæ

32 *Hæretici faciant pontificem Antichristum, Imperatorẽ eiusdem ministrum, Reges Catholicos, Antichristi creaturas: Catholicorum Deum, diabolum.*

Sacerdotes Baalitæ, Episcopi Annæ & Caiphæ, cultura diuina hypocrisis, bona opera rudera, que peccata, cantiones Ecclesiasticę mugitus dęmonum. Litaniæ nominantur Choreę, Corollę, rosaceæ cathenæ dæmonum, signationes sanctæ crucis ictus gladiatorij. Purgatorium figmentum sacerdotum, Sunt infinita conuicia, & eadem sæpenumero sacrilega ac blasphema, quibus isti Christianismum conspurcare nõ desistunt, nihilominus videri affectãt soli Christiani, soli electi filij Dei, sat habentes quòd confitentur nobiscum triada, & duodecim articulos fidei.

31 *Hæretici à salute excludunt martyres Christi.*

Insuper audent publicè testificari, ac iureiurando asseuerare, neminem saluari posse, nisi qui recipiat Lutheri doctrinam. Quo dicto à salute excludũt Martyres Christi. Quid quod ne Apostoli quidem ipsi salutem consecuti sunt, nam & hos latuit Luteri doctrina, Exors salutis est omnis Ecclesia Hierolymitana primis veri Euangelij temporibus fulgentissima, item Antiochena, Alexandrina, Constatinopolitana, non Romana tantùm Ecclesia, quibus ignoratus atque incognitus fuit Luterus. Non saluata, sed condemnata est tota Syriæ anachoresis. Perenni salute priuati, in Stygiis vndis natant Constantini, Theodosij, Valentiniani, Marciani, Mauricij, Henrici, Othones, Friderici, Conradi, Lodouici, Sigismũdi, quos cum omnibus aliis Euangelij aduersum infideles defensorib. posthac pro Christianis paganos reges, & qui in eadẽ condemnatione sint

Imperatores & Reges cæteróſq; Christianæ religionis appellãt paganos.

cum Neronibus & Caligulis, iudicare & pronuntiare debemus.

Quandoquidem autem sic se per omnia res habent, quid nobis prosunt sacra Catholicæ Ecclesiæ? Cui vsui Biblia vtriusque instrumenti? Quin exurimus Bibliothecas Ecclesiasticas, quippe aut horum, qui spiritu sancto vacui, Euangelium neque intellexerunt, neque docuerunt. Et qui hodie præsunt Ecclesiis nostris, stipites ac cādices sunt. Qui erudiunt, rudes Asini, qui audiūt bestiæ. Nec præterit dies, in quo de concione sua Ecclesia nostra non sit Ecclesia Satanę, Christus noster Antichristus, Synodus Oecumenica conciliabulum asinorum & porcorum, cuius præses sit spiritus in specie corui. Qua in persuasione quia obfirmati isti quesij, Euangelistæ sunt, & quia Catholicas vbique nationęs stare in euangelio pristino animaduertunt, conspiratur de bellis inferendis occasiunculam captant, qua veluti iure aliquo, per gladiū, sicut Mahumed, papistas suos, Antichristos suos, Idolomanitas suos, sceleratam gentem vel excindant, vel adigant ad recipienda sua, quo ipsi securius suo more Christianizant. 32

Hæretici volunt omnes episcopos & Christianæ religionis veros præcones fuisse spiritu sctō vacuos.

Hic libera veritate tactus subsilis, murmuras ac frendes. Neque tamen audes inficias ire quæ commemoro, neque fateri sinit pudor. Sed heus tu Princeps Apostolorum, Areti mane paulisper responsurus: Antea Ecclesiā cum Euangelio extitisse in Germania, priusquā tu de vulua educeretis. Et per consequens extitisse Sacramenta, 33

Ecclesia & euangelium & ecclesiastica sacramenta ante Luterum.

cultum dei publicum, populos Christianos, aut istud totum negat. Si concesseris extitisse, euangelium, tuum recens coortum euacuasti. Nam diuersa Euangelia non sunt. Ecclesiæ autem Euangelium & tuum, diuersa sunt. Quod illud ante tuũ extitit, necesse est tuum nõ esse, quod venditas, Euangelium. Iam si negaueris extitisse Euangelium priusquam tu in mundum fundereris, negasti Ecclesiam, negasti Sacramenta, negasti Germaniam annis plus septingentis Christianam fuisse. Atque ita quod superius attigi, neque maiores nostri, neque nos in Christum baptizatisumus, alieni adeò semoti ab vtroque testamento. Nec profuit huic nationi Bonifaciana prædicatio, quam tamen Euangelicam fuisse, cùm veterum monumenta testantur, tum res ipsa declarat. Quid multis? Si tale orbi persuaseris, euicisti Catholicos diabolicos esse, & idololatris Caliculis acriores. Te autem meritò constituisti super omnia, veris Apostolis æquiparasti. Sanctissimos Græcię & Italiæ ac Aphricæ Pontifices superasti, Martyrum & Confessorum choros exuflasti, Leges omnes, consuetudines vniuersas, cõsilia, decreta, Iura laudabiliter abrogasti, atque calcasti, ita vt quod tibi sectatores tui tribuunt, vocari & haberi debeas, Propheta, Euangelista, Episcopus, alter Helias, alter Daniel, ac Angelus domini exercituum, nedum Ecclesiastes, cui similis inueniri sub cœlo nequeat.

34 *Luterus Germaniã priuat euangelio, denique omnẽ orbem terrarum.*

Non iocor, sed vrgeo seria. Priuas Areti nationem nostram Euangelio, qua opera ipsam quo-

que Ecclesiam sustulisti, Nõ hac impietate plus quam Cyclopica contentus, pernegas etiam Italiam, Galliam, Hispaniam, Portugalliam, Hungariam, aliásque terras Christiani orbis, habere Euangelium, igitur nec Ecclesiam, haud quaquam nescius, Euangelium tuum nullibi locum inuenturum, nisi prius persuasi populi sint, se hactenus Euangelio caruisse, vsque adeò cõfessum esse vis, Ecclesiæ Euangelium cum tuo pugnare. Eiusmodi si nunc fateri dubites, dic obsecro, vndé nam hoc vestrum polythrylleton sit, Diocesis Coloniana recepit Euangelium. Palatinatus Rheni recepit Euangelium. &c. Vt istud exempli gratia dicam. Si recepit, consectaneum est, antehac non habuisse quod recepit. Ergo tot sæculis illi ter miserandi Rhenani permãserunt gentes impiæ, atque adoratores cacodæmonum, Sacrificatores Mercurij seu Teutonis, cultores Martis ac Vulcani, cantores Tibileni, amatores matris deûm.

Quur igitur cessat cũ introducto Euãgelio Baptisatio? Quæ reliqua salus catechumenis, nisi doctrinæ fidei è vestigio succedat sacra illa tinctio? 35 *Luterani credunt Ecclesiam non fuisse ante Lutherum: quod refellit autor.*

De Ecclesia quoque nonnihil aspergam, Nisi crederetis ante vos Ecclesiam Christi in Germania non fuisse, & nũc, quam Catholicam Orthodoxi profitemur, Ecclesiam Christi non esse, sed aduersariam potius Ecclesiæ Christi atque meretricem Babylonicam, è qua fugere ad vos oporteat, &c. Profecto dignaremini eam suo tam nomine, quàm honore. Sed vt vobis tantum vendi catis Euãgelium, sic Ecclesiæ titulum Sectæ tan-

tum vestrę adscribitis. Nec vobis vnquam in ore Ecclesia est, nisi quoties de schismate vestro loquimini, qui mos antiquorum Hęreticorũ multus erat. Principio Schismatis iactabatur Euãgelium tantùm. Num per blandiloquẽtiam coacta hominum multitudine, Ecclesiæ etiam vocabulum vsurpatis, vt nimirum fidem faciatis seducto populo, in vobis duntaxat reperiri tam Euangelium quàm Ecclesiam, iuxta illud, Ecce hic Christus. Apud Catholicos verò, è quibus vos Shismatici egressi, nihil relictum, præter plorare, & diabolica omnia.

36 *Theologia catholicorũ & Luteranorum diuersa, & diuersi ritus: Ideóque non est vtrique vna.*

Vno verbo eloquar, adeò inter vos pugnamus Catholici & schismatici, adeò diuersa est nostra ab illorum Theologia, adeò diuersi ritus, vtrique Ecclesia Catholica, vnáque esse non possumus. Iam cum manifestissimum sit, istorum conuenticula scisma esse ex nobis, & partem à toto abscisam, nudiusquartus incœptam fabulam, ab Aquilone suborta m, exteris populis incognitam, sanctæ antiquitati contrariam, scripturis canonicè intellectis infestam, sine vllis signis & virtutibus per armata mandata, per minas ac vim miseris mortalibus impositam, fieri non potest, vt tale schisma, Catholica Ecclesia sit. Quod si non Catholica est, nulla sit oportet Ecclesia. Neque enim potest esse Ecclesia Catholica & non Catholica. Mericam Ecclesiolam illis concedimus, Catholicam Ecclesiam retinemus nobis, maioribúsque nostris. Quin illud addimusad ferias admonitiones, nempe Chri-

ſtianos omnes obligari virtute Apoſtolici Symbolici vt particularem aggregatiunculã, Eccleſię Symiam, veritatis vmbrã equis velíſque fugiant, ſiquidem articulus Symboli nonus Eccesiam Catholicam credendam atque confitendam proponit, non ſchiſmaticam, non Apoſtolicam.

Doceat Eccleſiæ nouæ faber, ſi antehac nec Ecclesia, nec Euãgelium, nec fides, nec ſcientia Dei fuit in Saxonia & Thuringia, & ipſe quemadmodũ omnes alij, parẽtibus Ethnicis editus eſt, vndé nam primùm hauſerit Euãgeliũ doctrinã? An non cum lacte matris, vt dici ſolet, fidem imbibit? An non habitauit ô Thimothee fides in auia tua Loide, & matre tua Eunica? Niſi fortè oriundus Morę, ortus Iſlebij Propheta noſter, authomathes, ſine prędicato verbo verbum didicit, & nõ eo modo, quem ex epiſtola Pauli ad Romanos, cap. 10. ſeruari oportere ipſe oſtendit. Neſcimus per vinginti nouem muſas, ſi forſam Euangelium didicerit extaticus in tertio aliquo cœlo, an citius in ſeptimo illo cœlo, in quẽ ſe raptum Mahumed is maledicus fuiſſe gloriatur. Moſes in mõte Sinai legem accepit, Numa in conclaui apud Egeriam ſuam, & hic, opinor, Euangelium in monte Appollinari, propè Vitẽbergã. Ad eum Enthuſiaſmon Bibliothecæ Monaſticæ nihil contulerunt. Alioquin poſſet credi, Apoſtolum hunc Euangelium percepiſſe ex Libris, aut didiciſſe ab hominibus, quũ in illo tempore Euangelium neque in libris extiterit, neq; in hominibus.

37

Euangeliũ Luteranorũ prope Vitẽbergã apud Egeriã accepium.

38 Euasio Luteranorum. Si quidem hic medius tenetur Prophetes, nec vtrũ flectat, satis nouit, sic, puto elabetur: fuisse quidem Ecclesiam & Euangelium, sed in paucissimis. O euasionem propheticam! Hic si roges, quí nam hi paucissimi, producent tibi Bernardos, Vicleuos, Valles, Hussos, Sauonorolas, Tauleros, Veselos. &c. à talibus videlicet pependit, si quis extitit, Christianismus. Lepidum caput. Atqui horum nullus solidè Luteranus erat. Saltem opiniunculis tribus, quatuór ve videbantur stare à parte prophetæ Germanici. Quæ verò conuentio Bernadi ad Luterum? Sunt istæ sarturæ tam friuolæ, vt his immorare pigeat.

39 Verùm cùm istos iuuet in via schismaticorum stare, ínque cathedra derisorum sedere, tamen non verentur dogmati suo plausibilem Euangelij titulum indere, & in immensum iactitare dogma suum esse verbum Dei, quum sit verbum hominis. Arbitror impudentius & idem nocentius mendacium non esse, quàm dicere apostatæ huius adinuentiones Euangelium Christi certissimum esse. Proximum huic mendacium est, scriptores Ecclesiæ vnanimes sentire, cùm noui prophetæ noui dogmatis, quum nihil vspiam æquè dissentiat ita rapiuntur isti flatu suo: Iam aiunt patres Euangelium nescire, iam scire. Modo sunt homines illi, iam sanctissimi doctores. Pudeat vos vanissimi scurræ leuitatis huius plusquam momentanicæ, si cuius rei vnquam vos puduit. Sed nolim acrius inuehi. Effacinarunt suauiloquiis Chisticrepis Principes ac Satrapas,

vt crederent mendacio duplici, videlicet quicquid ipsi ogganiant, Euangelium Christi esse, & istud suum Euangelium à patribus confirmari. Quod posterius si verum est, cur patribus tota die maledicitur à schismatica turba? Cur cohors vestra damnat traditiones apostolicas in Patribus? Cur irridet obseruationes Ecclesiasticas, quas patres diligenter exercuisse legimus? Nullis verbis opust. in aperto est. Patrum nostrorum doctrinam perinde congruere cum Apostatæ dogmate, vt Euangelium nostrum cum Alchorano, & vitam sanctorum cum conuersatione nouorum Euaugelistarum conuenire, sicut Pithagoreorum cum Epicureorum vita. Abi nunc bellissime Areti, & prætexæ factioni patres, qui semper factiosis in faciem fortissimè restiterunt.

Sed omissis psychicis, patribus Euangelium 40
vrges. Ad hoc vocas, alacres adsumus. Ostende igitur in Euangelio secundum quatuor euangelistas Euangelium tuum. En tibi codicem Euangelij totius in vtraque lingua. Hîc sanè locum habet illud Bernardi: Ad Euangelium appellasti, ad Euangelium ibis. Si ostenderis citra violentiam sacri contextus, dogmata tua in Euangelio, confixos coruicum oculos esse fatebimur, Argum te canemus per compita tonstrinásque talpas eximiè vituperabimus. Incipe Mopse prior: & quæ tum nouissimis hisce mundi annis, post innumerabiles Ecclesiæ præsides, paradoxa in Euãgelio reperisti, citra fraudem, sectæque quæsitum commodum, candidus imperti nobis ex

Euangelio. Scita tua, verba tua fac videre, ob quæ tu assertiones tuas non Euangelicos modò, sed ipsum esse Euangelium hyperbole fortissima buccinasti, Marcium Euangelium suum habuit, Tertuliano teste, quod Euangelio Ecclesiæ opposuit de sua quidem prudentia confisus, sed cõfusus periit. Arrius conatus est suas etiam cogitationes in Euangelij codice demonstrare, Manicheus item suas, sed is ante truncauit verũ Euangeliũ, quàm falsum suum tueri pararet. Tu quidem non truncasti tantùm sacra Biblia, sed etiam accommodasti subindè ad mentem tuam, tantò nocentior falsarius, quantò maiorem tibi fidem habent assectatores. Nulla vnquam Heresis fuisse legitur, quæ non scripturis sanctis temerè cõfisa, probationem opinionis suæ ex verbo Domini se allaturum promiserit. Sed hæc odiosa transiliam. Explica tu modò vires ingenij omnes, & quæ primus solúsque omnium tu prodidisti tam euidenter, nobis in Euangelio legenda prębe, vt tergiuersari nemo vir grauis possit.

41 Euangelium iactas, Euangelium requirimus, non glossulas & Scholia, nõ Dialectica subsidia, non Rhetorica refugia, nõ acumen Chrysippeũ, non Cenophonias, non verborum alienorũ ampullas, non futiles ambages. En tibi Areti præterea Euangelia & praxes, Epistolas Apostolicas, vnà cum toto sacrorum Bibliorum corpore. Reuolue omnia, excute singula, & oculis nostris subiice, vt ibi tuum legamus Euangelium, vbi

nos nostrum, hoc est, Apostolicum, Catholicum atque Ecclesiasticum Euangelium fideliter contineri scimus. Hæc ego ne recipiēda tibi putaui, ne nescires haudquaquam perterrefieri Orthodoxos, quoties ad Biblia prouocas.

Verùm quid moramur, quasi verò aliquis 42
aquam è pumice exprimere possit? Pridem vidimus, quo fundamine nitaris. Consectæ (quibus tu ad quidlibet audendum ianuam aperuisti) nō minus gloriantur de Euangelio, nec minus in Bibliis exercitatæ sunt, atque tua pars. Neque tu tamen illis Euangelium concedere dignaris, sed condemnasti Euangelistas tales cum Euangelio suo, nisi quoties tecum in Ecclesiam Rom. incursiones faciunt. In tantùm tua te violentia & maledicentia sublimauit, vt præ te nemo profiteri ausit Euangelum, nisi quis sua tuis proportionabiliter conformet. Omnibus in aliis Euāgelium vel Papistria, vel Suuarmeria est, in te tuísque tātum admiratoribus Euāgelium verifs. ac purifs. non esse non potest author Euangelij Christus velit nolit.

An non tam plenus atque exuberans Euauge
lisinus est omni miraculo miraculosior? Quic- 43
quid commentamini, quicquid concionamini, Euangelium est. Quicquid prælegitis ac disputatis, Euāgelium est. Quicquid somniatis, etiam & spiratis, euangelium est. Nullus tam pestilens libellus à vobis Euangelistæ deuolat, quod nō sit ipsissimum verbum dei. Consultatis aduersus ecclesiam, verbum dei est. Coniuratis aduersus po-

testatem superiorem, verbũ dei est. Arte attrahitis inescatos principes, verbum dei est. Mandatis, visitatis, ecclesiastica destruitis, Monastica diripitis, verbum dei est. Consulta vestra ingeritis, adinuentiones vestras super ceruices oppressorũ Catholicorum imponitis, verbum dei est. Presbyteros Ecclesiarum contumeliosè tractatis, Monachos Monachásve pudefacitis, spoliatis, pellitis, verbum dei est. Pædotribas & ædituos & scribas, & calcographos & relictores item sartores, sutores, veteramentarios, linteonos, laniones, aurigas, coriarios, institores, scriniarios atque cerdones quosuis (desperatione quærendi panis huc impulsos) prophanos prophanè admittitis, modò sint medullitus Luteristæ, & talibus infœlices animas populorum committitis, quibus paulò prudentior Magistratus non gregem porcorum concrederet. Sed hoc quoque verbum dei est. Pòst quicquid isti cerdones vel deblaterãt ad plebeculam, vel in altari factitant, verbum dei est. Hi si deponũtur, verbum dei est. Si alij his nequiores sufficiuntur, verbum dei est. Sunt innumeræ apodixes Spiritus.

Hæretici his animas populorum committũt, quibus magistratus gregem porcorum non crederet.

44 Quæro ab Antesignanis Sectæ, nunquid S. Chrisost. prædicauit Euangelium Christi, cum concionaretur ad populum Antiochiæ Euangelium secundum Mattheũ, & Ioannem? Nunquid S. Augustinus Euangelium Christi prædicauit, Hipponę, quum tractatus scriberet in Euangeliũ secundum Ioannem? Nunquid. S. Ambrosio tribui debet laus Euangelij, quum enarraret Ma-

diolani Euangelium ſecundum Lucam? & itidẽ de cæteris Eccleſiæ paſtoribus. Hîc ſi reſponderis, Pingues illos & Animales doctores Euangelium non habuiſſe, nec prædicaſſe, ipſe tibi conſtas & ſatisfacis perſuaſioni, Nimirùm tam veteres quàm recentiores Euãgelio Chriſti caruiſſe. Sin dixeris, illos & habuiſſe & prædicaſſe Euangelium, rogo iterum atque iterum, quî fiat, vt illorum prædicantium Euangelium tam longè latéque à tuo Euangelio diſcrepet? Quo pacto vtrumque verum eſt Euangeliũ, quod vſqueadeò interſe pugnant.

Sed non ex animo toto fateris, veteres euangelium prædicauiſſe, Alioqui protinus interrogarem, cur ergo tu illorum Euangelio non maluiſti contentus eſſe, quàm aliud inuenire? Et cur negas Euangelium prædicare, qui hodie inter Catholicos ex ore Chryſoſtomi, Auguſtini, Ambroſij, aliorúmque Orthodoxorum, Epiſcoporum Euangelium prædicant? Ais, non nego. Vnde ergo dicuntur, Euangelium recepiſſe principes ac Comites quidam, apud quos certè fuerunt, qui Euangelium prædicarunt quemadmodum olim idem prędicauerunt Patres orthodoxi: Quare illos Euangelij prædicatores Cathedra deiicitis, dignitate orbatis, Eccleſia expellitis, veſtros autem nouos intruditis? An quia nouum Euangelium à nouis iſtis prædicari oportet? An dogmata tantùm veſtra vocitatis Euangelium? Hęc illa Helena, Hîc cedunt deportani, confitentes ingenuè, ſi Euangelij nomine cenſeri debet quicquid

45

quilibet hæretista parturit atque abortit, se Euangelium non habere. Atque ita ipsa res arguit sectam Luteri toti Christianismo ademptum Euãgelium, sibi vni violenter vẽdicare. Quæ est tam impia ac intolerabilis arrogantia, vt horrescam referens.

46 Audín' Lutra? Te iudice non docet Euangeliũ Christi in Ecclesia Christi, qui præter ipsum Euangelij textum huiusque irrefutabilem elucidationẽ publicitus nihil sonat? Num tu alio modo Euangelizas? An verò igitur iudicas nos non docere Euangelium Christi, quòd ab Ecclesia Catholica non diuisi, ad te non delapsi, in tuis cõuenticulis nõ edocti, tecum Luterizamus? Te cognitore illi solùm prędicãt Euangelium, qui prędicant ac instillant tuum dogmation de solitudine fidei, de fictitia libertate, de nullitate Hierarchię, cõtra existimationem bonorum operũ, contra Ecclesię vetustissimas paradoses, contra pontifices, Episcopos, Cęsarem, Reges, cæterósque Catholicos, omnia virulenta & seditiosa? Istúc ne est tibi Euangelium prędicare? Producatur aliquis pręco, qui de Christi Saluatoris in nos ęterno beneficio euangelico prędicet, quive peccantes arguat bono zelo. Sed is admisce nonnihil de pietate vitę, de pœnitentia, de vtilitate bonorum morum & operũ, de seruitio debito, de Abstinentia, de vigiliis, déque id genus aliis officiis Christiani, Et idem non arripit canino dente sacerdotes, Monachos, Nonnas, Papas, Episc. Abba. Nec damnat Ecclesię ritus & consuetudi-

nes, nec detrahit Catholicis atque obedientibus. Hic certè nõ prędicat Euangelium Luteri, quantumlibet prędicet Euangelium Christi. Verùm apagesis iam stomachum hũc. Satanæ artificiosissimi ludibrium est. Malignus ille per istiusmodi instinctus hoc satagit, vt Ecclesiastici viri talibus, Thrasonismis, manibus, glorijs, fumísq; & fucis adducti, hastam in acie media abiiciant, ac transfugæ facti, per vim dominanti hæresiarchæ se mancipent.

Illud cum primis admonere volui, serpentem vectem summa vsum caliditate, quod Rom. curiam per sectas oppugnare videri cupiat, dum Christianitatem vniuersalem oppugnat. Ad eum modum Xerxes olim in Athenienses se moliri bellum finxit, totam Gręciam subacturus, Quod illi Persæ vt pessimè cessit, sic Antecclesiis bellatoribus sua sedet audacia Polyphemica. Hi omnia contra Papam & Papatum maledicta euomunt, vituperia expuunt, in Papam & Papatum eunt mictum & cacatum, vt ille ait. Fecerunt hũc hactenus Antichristũ, filium peccati ac perditionis, Nunc totus est & totaliter diabolus, & si quid execrabilius diabolo. Ex diabolo natus, à diabolo educatus, per diabolum regeneratus, coronatus, sacratus, vocatus, missus, totus in diabolo habitat, & diabolus in eo. Idem Pontifex Rom. supra omnem modum onolyratus, bõbificatus, permerdatus, suspẽsus, elinguatus, excoriatus, frustratim concisus, ínque Tyberim abiectus. (Nam hæc nouorum Euangelistarum

47 *Serpens antiquus Roma. curiam caliditate oppugnare solitus est, & vniuersum Christianismũ.*

phrasis est, hæc suæ theologiæ flores ac emblemata. Et quod atrocius est, Pontificatus seu Romana sedes, autore diabolo, primùm fieri cœpit, idque quòd inferos in rictu trifaucis Cerberi ministerio Eumenidum seu furiarũ. Eadem Rom. sedes instinctu, cura, atque opera diaboli aucta, prouectáque & cõstabilita. Quare illi nil fit, nec illuc exit, quod non sit diabolicè diabolicũ. Istiusmodi multa tam incredibiliter impia, scelerata, turpia, seditiosa, scurrilia, dedecoramẽta, hostilis quidem secta vsque ad immane prodigium inculcat ac exaggerat, sed aliò tendit. Oppugnatione Romani Pontificatus, Ecclesiam ipsam aggreditur, quam vnà cum Rom. Pontificatu astutissimus coluber subuertere decreuit.

48 Pro Eccesia Papatum in ore habet, quippe odibilem, & si repetere liceat, detestabilem. Ecclesiam oppugnatam nominare formidat Satanas, haud nescius ea nomenclatura summoperè se incommodaturum Schismati. Quis.n. omnũ ferat, toties & tam acerbè, ne dicam Iudaicè ac Mahometicè blasphemiis lacerare Ecclesiam, quoties Rom. Papatus laceratur atque discerpitur? Ecclesiæ vocabulum habetur in Apostolorũ Symbolo, Papatus non item. Ob id maluerunt prætextu Papatus, Ecclesiæ bellũ indicere, quàm velamento Ecclesiæ. Papatum excindere. Nihil vnquam à quoquã callidius factum legeris. Sin diffidis hęc ita se habere, cogita mihi, quid id demum sit, quoties pro Ecclesiasticis Romanistas, pro Catholicis Papistas, pro Apostolicis traditionibus

nibus Papistica delyramenta, pro Ecclesiastica latria Papistriam amarulentissimis ironiis fiunt.

Quid obsecro in Ecclesiis nostris vllo anni tempore peragitur, quod huic sectæ non Papisticũ sit? vt sint Episcopi nostri priscis similimi, & nulla non re ornatissimi, attamen Papistæ & Antichristi per contumeliam satísque impiè appellantur. Ecclesia Catholica, non Ecclesia, sed papatus est. Catholica doctrina, doctrina Papæ est. Clamant apud populum: sic docet Papa, sic tradit Papa, quum illud ipsum ab Apostolicis ad nos vsque dimanarit, Sine fronte vociferantur: Ecce in Papatu ea seruatur consuetudo, in Papatu solet hoc atque illud celebrari, quum tale in Ecclesia Catholica per omnes Christianorum terras piè obseruari soleat, vt sensibiliter palpare queas, Ecclesiam Catholicam ab hæreticis intelligi, quando Pontificatum Ro. tentant conuellere. Imò lenitatis ac ciuilitatis cuiusdam est, cùm Papatum dignantur dicere, & non Antichristianismon seu diabolismon. Atque ita in publicum summúmque odium & maximè omnium dedecus Ecclesiã Christi Catholicam vocarũt: vtpote quæ Papatus sit, hoc est, res talis quę neq; à Deo, neq; ab hominibus, sed ab ipso Beelzebubo habeat & ortum & incrementum. Hæc aliáque retegam pluribus, vbi audiero cõtradicẽtem, qui, mirabor, si esse possit in tanta támque confessa rerum claritate.

49. *Episcopi nostri, priscis similimi.*

Nota.

Quid amplius adferunt, vnde mos ab vnitate solidissima, ad scissuras suas infirmas queant alli-

50.

cere? Ostentant in primis Calicem. At is vnitatẽ illam nostram significat, quam isti lamentabiliter dissecuerunt. Calicem video, sed in Schisma te, sed inter Cerdonum digitos, sed à consecratione legitima prorsus alienum, præterea in vsu alieniore, & ad confortandum ac augendũ Schisma propositum. Canonicè porrectus in Liturgia calix à me profecto nunquam improbatus fuit, imò potius adlaboratum mihi, vt sarciendæ concordiæ gratia laxaretur huius, si qua est, constitutio, quemadmodum ius etiam positiuum Connubij. Nos hæc in cõscientias Superiorum nostrorum refundimus ac deriuamus, tanquam eorum qui de his olim rationem exactissimam reddituri sunt, verùm ob hæc duo secta mininè iustificata est, quãtumuis hoc perizomate ignominiam cognominis contegere sueuit. Assolet illa per hæc duo fauorabilia penetrare in præparatos auditorum animos, sed eodẽ hamo aureo captos, mox in sententiam suam omnem vertunt atque transformant. Norunt neque sacri poculi, neque castithori gratià, hęreseos quenquã notari posse, ideo versuti insidiatores, tuta hæc primo loco proponũt, vt indoctis & simplicibus facilius imponãt. Alioquin poterat homo Catholicus etiam perstare in cõmunione sanctorum, nec idem tamen abhorrere ab iis rebus. Cuiusmodi illustrissimi Ecclesiæ patres nunquã improbarunt, quod quidem ad substantiam ipsam attinet, de his aliãs.

51. Iam amplificant, quantis è tenebris miseros mortales eduxerint. Equidẽ (vt fatear verissima)

necesse erat, vt Ecclesia dei nõnullis opinionibus ac corruptelis obscurata, renitesceret, ádque id negocij conficiendi suscitarat misericordiss. Pater cœlestis homines aliquot iam inde à ducentesimo anno & amplius, per quos rubiginem lebetis huius defricare cœpit. Tandem hac nostra tempestate venêre quidã spiritu recto innouati viri, quorum eruditione Europa tota erudita est. Hi iudicarunt inter triticum & Lolium, inter vasa honesta & inhonesta magnæ domus, inter veritatem & simulationem, breuiter inter diuina & humana. Hoc suum iudicium publicatis scriptis orbi terrarum strenuè patefecerunt. Atque huic cognosci cœperũt plurimi Ecclesiæ morbi, sed medicabiles. Eadẽ opera illi vtilissima quæque Christianis ędificandis docuerunt, reuocantes cùm Academias, tùm Cathedras, ac saluberrimum exercitium sacræ scripturæ, ádque primarum linguarum necessaria studia. Talibus auspiciis ilico caput demisit, ficulnum lumen nescio quod, & feliciter refloruerũt cum Antiqua Theologia antiquæ literæ, maximo Christianorũ gaudio. Quo tempore potuerãt absque seditiosis tumultibus multa quæ irrepserant incõmoda amoueri, necnon restitui, quæ fuerant tot temporum diurnitate collapsa.

Ecclesiam dei corruptelis obscurata renitescit.

Sed istud verè diuinum beneficium nobis inuidẽs draco paradisiacus, occasione exhibiti cœlestis doni quosdam Aquilonares impulit, ad vlterius audendum. Nam illi statim terminos Patrum trãsilierunt, dono dei recẽs oblato superbè

52 *Hæretici abutuntur dono dei, scolasticam disciplinam accipientes.*

abutentes. Primùm docti isti ab aliis, sterilē Matæologiam pariter ac Barbariem Scholasticam mordicus arripuerunt, insuper arguerunt permissa libertate flagitia quædam Ecclesiasticorum. Quæ quidem æmulatio non mala erat, adeóque istud agentes laudem sibi vndequaque conflabant. Verum cùm cœpissent irritati septa trāscendere, & mouere immobilia, luxaréque radices, incurrerunt reprehensionem indebitam veris Ecclesiæ filiis. Constiterant in mediocrib. ibinos quoque tenuerunt. Max. feruntur Enthusiastico quodam impetu ad extrema tentāda, ibi posteàquam intellexi subesse pestem, maturè gradum reuocaui. Illi fortiter perrexerunt ædificium dominicum indignis modis concutere, & ingens sanctúmque hoc Nauigium implacabiliter afflictare, vsque in hodiernum diem.

Hæretici putantes pellere tenebras tenebras subtiles inuexerunt.

Esto sanè, tenebras quasdā dispulerūt, & quidē crassas hasce, sed iudicio dominæ veritatis subtiles inuexerunt, tenebras tenebris cōmutantes. Abusus expurgarūt plurimos, sed plures accumulabūt, si longiore tēpore secta stabit. Verùm quod ad abusus attinet, licuerat mederi Ecclesię sauciæ, & tamē manere in Ecclesia potius, quàm abusuum vitandorū gratià vinculum pacis discindere, atq; exire ad excitandā sectam. Quotquot antehac rectiora monuerūt, intra Ecclesiæ fines perstiterunt, impium ac crudele rati, Matrē deserere propter vlcera Papæ. Audio reclamantes, se in Ecclesia mansisse, Romanistas exisse. O plusquā heteroclita capita! Quando, & quo exierunt

Catholici? Quam ſibi Sectã inſtituerũt? Si verò extra Eccleſiã Eccleſiaſtici hodie ſunt, extra Eccleſiam quoque fuerũt ſancti pręceſſores noſtri, de quibus ſuprà abundè diximus. Nam in his adhuc ſumus, quæ quaſi per manus Abelis accepimus, Nævos egregij eſtis Rhetoriſtæ, qui nunc patribus etiam Eccleſiã adimitis, quẽadmodum paulo ante Euangelium. Mox iiſdem redditis adempta, ſubitò rurſum adimitis reddita.

Ais Catholicos exiſſe Eccleſia. A quibus rogo exierunt? A vobis ne illi? an verò vos ab illis? vtri fecerunt Schiſma? vtri diuiſerunt tunicam Chriſti? vtri excitatis vbique tumultibus ab Eccleſiaſtico conſortio defecerunt? Hîc iterum inſto immineóque tibi ſectæ defenſor, vt vel neges Eccleſiam Chriſti ante Luciferum tuum Lutherum fuiſſe, vel fuiſſe affirmes? Si nõ fuit, cœpit primùm cum Lutero Chriſtianiſmus, id quod cogitare etiam impiiſs. ſcelus ſit. Si fuit, cogeris fateri eam ipſam fuiſſe, qua vos exiſtis, & in qua Catholici adhuc obdurant. Hæc repetere viſum fuit, vt lectori plenius liqueat, quanta ſit ſectę lubricitas, quãmque arundinea baſis.

54 *Hæretici diuidunt tunicam chriſti.*

Multæ ſuperſunt rationes, quibus auocari mundus debuit à ſectis, quæ verò ad hanc reuocent, nullæ pręter eos quas breuiſsimè diluimus. In doctrina ſchiſmatis, quæ Chriſti & Eccleſiæ propria ſunt, libenter agnoſcimus, atque exoſculamur: Subuẽtilia iſta logia nos haudquaquam tenent. Et talibus tamen hanc calamitoſam Eccleſiæ tempeſtatem accepta ferre cogimur: vn-

déque fructus illi communis vitæ non optimi succreuerunt. Christi Ecclesiæque doctrina inter Christianos seditiones commouere non solita est: facit hoc hæresis ouilla pelle doctrinæ sanioris vestita. Etenim si examinandi fructus sunt, facilè adparebit, sementem non esse generosissimam, vnde isthęc seges. Catholicis à schismate mala vitia iure exprobrari non potest, si quidem Euãgelium, hoc est, bonum semen non habent. Sic enim de nobis schisma iudicat. Si ergo bonum semen non habent Catholici, quomodo bonos ferẽt fructus? Prętera sunt Athei, Catholici, & antichristiani, & idolomanitæ, & haud scio an vllum hominum genus in terris peius. Tales autem mirum non est si viuant Ethnicè, siquidem Ethnici sunt. nisi schisma mẽtitur. At tu pulchella virgo, Christo sola adducta sponsa, in Euangelio sola nata, per Euangelium sola renata, Euangelio sola imbuta, fide sola donata, summatim Euangelium ipsum, quomodo tu inquam poteris excusare conuersationem tuam, tam non Euangelicam, quàm tu verè es, non Euangelica. Catholici quondam nostra in Ecclesia sanctissimis vitæ moribus effulserunt, Atque hodie miserè diuexati atque humiliati Catholici, schismaticis probiores grauioresq; sunt. Verũ tu meretrix quo tempore fuisti sanctis moribus? Olim? Atqui nuper esse in rerum natura cœpisti, nihilominus, tamen vis videri & appellari Ecclesia Catholica? Hodie? da demonstrandi vita nostra bona quia interna est, demonstrari nequit.

O speciosiss.rimam? Atqui dictum est à domino: videant homines opera vestra bona, &c. & ab Apostolo, vt inculpabiles sitis &c. Habemus verbum inquis. Hoc sufficit nobis. Quale verbum? & cuius? & quando traditum? & vbi acceptum? & quo arbitro? qua virtute cooperante? Quibus sequentibus signis? sed de hoc superius dictum. Deinde vbi locorum legis, sufficere verbum dei auditũ? Postremò soles secta vociferari ex Esaico testimonio, verbum non esse posse sine fructu. Quare fructum tui tam gloriosè iactitati verbi demonstra. Fac tandem appareant bonæ arboris bona Poma. Fœcũdæ vitis amœni botri, Carpere liceat aliquid ex ficu foliosa.

56 *Vbi vera fides est, ibi opera esse oportet.*

Adeóque proba nobis fidem tuam solam dogmati tui illud pene caput est, atq; gemma gemmarum, scilicet, vbi fides est, ibi Opera sint oportet, Et rursum: necessariò comitantur opera fidem, sicut calor ignem. fides verò & ea quidem sola, hoc est, vnico vera in te tuísque sine dubio viuit & regnat. Igitur tota operasa factio tua sit necesse est. At quando assumptum falsum esse conuicitur, hoc est, pręcipuum sectæ dogma, Et opera etiam vestra Schismatici non assem vnum valent, facillimè colligitur, quale Ecclesia Oecumenica de vobis iudium factura sit.

In hæreticis sola fides.

57 Hęccine factio nobis opera bona producat? aduersatrix operum bene operetur? & quæ insuper non erubescat docere, Hominem etiam Christianum destitui bene operandi libertate, sed omnes nos captiuos trahi fato quodam seu

ineuitabili necessitate, siue ad bonum, siue ad malum. Et etiamsi diuinitus concessa esset nobis rectè operandi libertas ac facultas, non obligari nos ad opera, quandoquidem Christus à nobis nihil præter fidem solam requirat, opera saluandis ne tantillum quidem prodesse. Addunt dogma his enumeratis *Euangelicoteron*, Nempe à Deo leges & iura non data esse, vt ea nos facere oporteat, sed & tãtùm per ea ipsi nos cognoscamus. Quid? Non posse nos facere, etiam si velle adsit, Et vt maximè faciamus, esse tamen præceptorum obseruationẽ, peccatum coram deo. &c. Horreo totus, si quando absurdissima ista atque exitiosiss. sectæ decreta altius mihi repetenda sunt. Atqui illiusmodi tamen ipsi Euangeliũ purũ putũmq; appellitauit, ac miserrimos Catholicos Euangelio carere oportet, quod ad tantam doctrinæ dementiam noluit descendere.

A talibus stultissimus sis, quid expectes bonæ rei, nec tamen dissimulari deber, interdum rectè facere sectæ deditos. Sed hoc vnde? Num ex proposito schismatis? Num ex Euangelio suo? Nihil minus. Nam ipsa sectæ mẽs abominatur verbum faciendi, Et reuocat Euãgelium ad solam fidem. Cętera sunt Pharisaismus & hypocrisis. vis nosse fontem recti? pudore humano coguntur multi istorum officium facere, & procurare honesta, ne habeant alij, ob quod Euangelicas taxent. Plurimi metu magistratus sibi à malo temperãt. Non pauci Christianè agunt, quia consueuerunt antiquitus, à Christianis parentibus edocti.

Sequenda patrum sanctorum doctrina.

Nec ferè est quicquam aut bonarum rerum aut consuetudinũ inter sectas, quod ab Ecclesia maiorũ nostrorũ non acceperint. Etenim vsque adeò bona est Ecclesia nostra, vt bonitas eius in aduersarios etiam exuberet, hæcque ipsa resistẽtes sequatur, impartiens sua quædam illis, nunc à se alienis, vt vel aliqua Christianismi specie niteant. Articulis computa, écquæ Scisma faciat publicitus nostris in templis quæ vi occuparunt, & statim deprehenderis. Ecclesiasticum esse quicquid vspiam est ibi religiosum, graue, decẽs atque vtile, Accessoria illa ἐ,ύπηρέτια siue subuentanea noua suaque sunt.

59. *Ecclesiæ bonitas in aduersarios exuberat.*

Quod religiosu est apud hæreticos, ab ecclesia acceperunt.

Nostris inquam illi contra nos vtuntur templis fusis æremẽtis, cathedris, aliisque vtensilibus. Imò etiam sacris Bibliis, quorum ius ac possessio Ecclesiæ est, Præterea Sanctorum patrum liberis, sicubi Illium pro stabilimento dogmatis quæat decerpere. Verùm patres illi, Ecclesię sunt, non Sectę. Cur ergo commitantur cum Ecclesia sua pugnaturi? Secta potius suis vtatur patribus, suaque nitatur autoritate, & sua à se cõuersa tantum Biblia reuoluat, sua duntaxat doceat inuenta, prætermissis his, quę ab Ecclesia subdolè mutuatur, Nec quid in publicis cœtib⁹ vel faciat vel faciendum curet, nisi quod liberaliter in noui testamenti libris expressum est. Postremò sibi propria phana extonat, sibi de suo condat census, vnde luxurientur Euangelistæ sibi exædificent domos, in quibus patres-familiâs iure sint, non occupent alienas, nempe expulsi cleri, de

60

suo denique sua gazophylacia repleant, & comperies, quàm infirma, quàm egena, quàm leuicula ridicula, ac mox interitura omnia ipsorum sint.

61 *Romanæ ecclesiæ accepti christianismi beneficium primum debent hæretici.*

Schismatis omnino hic scopus, vt Romanam Ecclesiam (cui tamen primùm accepti Christianismi benefecium debent) ad nihilum redacta, ipsi Hierarchiam in vniuersum obtineant. Id quod cùm commoliuntur, nihil vndiquaque relinqui intentatum oportuit. An verò ex hac radice bona arbor, bonúsque fructus renasci queat, ipsi Sectæ vexilliferi viderint. Id arant vnum, id metunt, id exercent (sic enim Demosthenes contra Aristogitonem) vt rebus Ecclesiasticis dominentur pro sui animi libidine, quanuis haud inscij, tale aut nunquam futurum, aut si ita, deo irato, accidat, non diu duraturum.

62 *Testimonium euangelii secundum Luterum quale sit.*

Initium Euangelij secundum Luterum per largissimam sanguinis effusionem in mundo apparuit. Centum milia cadauerum in natione nostra sesquimense factorum, testimonium olim de veritate præbebunt. Ingressu tali omnium funestissimo pariter ac turbulentissimo potuerat Germania sapere, ni mens læua fuisset. Accessit crudelissima direptio, atque immanis trucidatio, quam à studiosis renati Euangelij & exercitu conscientiis per prædicatam libertatem exuto, patiebare Romule. Quæ sæuitia perquam Gothica, sic exhilarabat Euangelistas, vt postea cuperent conduplicari ludum istum tibi, maximè Archimagerrus quidam, qui classicum cecinit, vt

Sæuitia hæreticorum perquam gothica.

ex Hungaria reuersus à cæde Miles, rectà Latium inuaderet, Pontificem Cannabacea stola decoraturus. Quod bonum opus quia factum nondum est, operatur amodo spiritus, ne aliquando non fiat. Atque huc proficiunt complures Euangelici libelli, & Hypereuangelicæ picturæ, quibus Apostolis hoc anno totum cleri ordinem sanctificauit. Is Colophon nisi fuisset superaditus, poterat structura Abbi montanæ Ecclesiæ non videri omnium absolutissima, dixeris Euangelicos, ac purè Christianos.

Qui fructus arboris Apostolicæ mirum ni 63
suauissimus est. Ex eiusdem radice egressa est virga ferrea in principes Ecclesiasticos. Equidem malum istuc bene sopitum est, subuereor tamen ne recrudescat immane vulnus. Recordatio tanti ausus nunquam ab animis exuretur, & ad posteritatis memoriam in dubium pertinget. Sed recensere fructus nouelli seminis, in animo non est. Etenim insigniter desipiam, si tot multo præclarissima, ac infinitis partibus Heroica, planéque cum actibus Apostolorum comparanda gesta recenseri à quouis eloquente posse arbitrer, nedum à me infantiss. seruulo.

Vt taceam iudiciorũ dissentionem esse maxi- 64
mam, dum alij pro bono fructu, alij pro pessimo ducunt, ꝙ Euãgelici passim, multáq; cum libertate & gloria designant. Aliis videtur Christianè fieri, quoties Catholici Pręsules cæterique magnates Ecclesiastici ordinis exturbãtur ac pellun-

tur ſedib. horũ bonis corrasis ac cõuectatis, aliò enim alij autem iudicant talia nentiquam ſpiritum Chriſtigeri, ſed inſtructu ac impulſu mali dæmonis, hac via tentantis Catholicam Eccleſiam labefactare.

65 Alij cõtrà aſſeuerãt, vtrique reipublicę rectiſſimè conſuli, & eſſe geminũ Euangeliũ, quoties fugãtur preſbiteri, quoties terris eiiciunt vtriuſq; ſexus monaſtici homines, quoties ora claduntur orthodoxis doctoribus, deóque gloriam canentibus. Clericis quoties deſperati cerdones ſubſtituuntur, quoties terrore ſileſcere plebem oportet, quoties à Dioniſiis expurgantur templa & repoſitoria, quoties deſtruuntur altaria, deſtruntur imagines crucifixi, effodiuntur ſepulchris effractis ſanctorum corpora, quoties templares ornatus, veſtéſque ſacris vſibus comparatas conſcindunt, diuidunt, mundo muliebri donant, Solem & Lunam ſcrinniis occolunt, poſsident, habẽt, non aliter ac ſi ſuum eſſet peculium, quoties indignè prophanant maiorũ noſtrorum cœmiteria, & irridẽt memorias, curáſque defunctorũ penitus ſuſtolunt, quoties Eucharistiã ereptã Sacra theca reiiciunt, quoties è Liturgicis calicibus in cõtumeliã Eccleſiæ inter ebria Sympoſia vinũ hauriũt, Babylonij Baltaſaris exẽplo, quoties ſchemate illo piè apparato ad figurandam cõditionem orbis, patriarcharum peregrinationem, promulgationem legis Moſaicæ, & Meſsię ſaluatoris noſtri aduentũ atque paſsionẽ, iſti in ſaturnalibus cum ſummo contẽptu abutũ-

tur, vt quæ res anteà pietati seruiuit, nunc sæculo apta, scurrilitati nefariæ accommodetur, & eius generis multò plura. At alij negant isthęc iusto titulo factitari, iudicantes hæc & similia nõ ex Deo, Euangelio, lege scripta, lege naturali procedere, sed potius contra deum, Euãgelium, ius ciuile, ius Ecclesiasticum, ius naturæ, deniq; contra fas, æquum & bonum pattari.

Nec se iudice Schisma iniquè facit, quoties leges Canonicas à se combustas, aspernetur, & ius Cæsareum recuset, quippe cuius sola lex Euangelium, & iura illa contineant sanè multa, quæ displicent Euangelicis, pro sua libertate licentiáve facientibus & omittentibus omnia. Attamen si quid ibi sibi pulchrè commodat, nec fausto sectæ pedi salebras iniicit, istud, mihi crede, prudentes homines non recusant. 66

Existimo suo item iuditio Apostolicè fieri, si quando in extremum Ecclesiasticæ sanctionis contemptum, nuptias, commessationes, ludos theatricos, & lasciuas choreas, non sine Musicis, Lenociniis, in Sacra Quadragesima faciunt, inque aliis diebus publico ieiunio dicatis. Et quando nihil nisi nuptiantur, persępe à puella quatuordecim annorum vsque ad annum septuagenariam multiplicant nuptiationes, de dote, déque opib. prima, & sæpenumero sola quęstio. verùm si ingrediar latrinam leuissimarum copulationum, perturbatorum graduum omnis generis, factorum diuortiorum, nouorum contractuum, &c. nõ sine contemptu publicæ honesta- 67

tis, preter institutum longissimus ero. O abusum sancti matrimonij!

68 Preterea non parum propheticè fieri cõfidũt, quoties ira calidi, & cæci odio famosos libellos, obscœnas chartas, venenatissimos rhytmicos, eósque agminatim edunt, quibus nil nisi noua seditionis semina spargunt, ac animos tędio languescentes iam, redaccendunt ad persequendum Ecclesiasticos, dictu mirùm, quàm nuptientes isti moræ omnis, & quàm sitiẽtes sanguinis Catholicorum, horúmque plenariæ possessionis, ad cædes atque rapinas irruere & irrumpere anhelent.

69 Profecto ita illi sese compararunt, vt nullo planè rubore suffusi, audire æquaminiter ab aliis possunt, quę publicè domesticéque gesserũt talia cũ Hieronymianis aut Martianis factis minimè permutaturi. Suspicari equidem ego non possum eos relationẽ virtutũ, in quibus maximopere excellũt, ægrè ferre Neque enim has putassent exercẽdas sibi, si cõmemorari grauiter ferre voluerũt in luce esse & laudatione hominũ, quæ fecerunt egregia, tantùm abest, vt illi succenseãt, qui ab obliuione Euangelicas res vindicandas existiment. Quod si has de se prædicari nolunt, quur interriti tanta fiducia perfecerunt? An pudeat Euangelio satisfecisse? An pœniteat Helias & Danieles propheticorum actorum? Si pudet ac pœnitet, consentaneum est, suo etiam tandem iudicio peccasse se, non deliquisse tantùm in Ecclesiam matrem, quàm subuertere conantes, se-

met eunt perditum. Quis det, vt istos talium facinorum, verè Apostaticorum, ad summum pudeat ac pœniteat? Sed laudare debeo. Quî possim? Agant bene, & audient bene. C. Plinus in epistolis quadam scitè, posteaquam, inquit desimus facere laudanda, laudari etiam ineptum putamus.

Nisi vererer autem, illos grauissimè offensum 70
veritate, adderem nonnihil de fructu aliquo, qui vberrimè inter schismaticos prouenit. Et est nimirum insatiabilis ista vorago, atque auiditas rapiendarum animarum. Iam rapinam multis modis Sacrilegam, quando sermone ac arte promouere non licet, admouent manus, víque rem gerunt. Hinc iste Mahumeticus furor in dissidentes à se, Hinc crebræ minæ in vicinis, & edicta, Hinc simpliciter imperatus Luterismus sub Euangelij imagine, & procurata visitatiuncula, & prætextu iustæ reformationis, Ecclesiæ in sectam subitanea mutatio. Posthæc noua facta sunt omnia.

Ei lupinæ auiditati, quę animarum turba vn- 71
diquaque rapitur, debemus persecutionē, quam hoc tempore patiūtur Catholici, in medio schismaticorū regno. Quotusquisque Prę̃sul aut Abbas non ni cōtinuò periculo versatur? Metu quotidiano anguntur clerici non ignari, deserendas esse Ecclesias, & migrandū sibi, simulátque sæua lutereis ingruerit. Sunt enim catholici populi, hac tempestate nostra omni humano auxilio destituti. Nec tantulum est, quod in brachio carnis habeant confidere. Econtrà isti confœderatione

tuti, ac numero defensi, quid non audent?

72 Non desunt, qui confirment nobis, se male in media Turchia catholicam religionē profiteri, & quæ huius sunt peragere, quàm in Lutereide: id quod maioribus nostris quondam visum fuisset incredibile ac monstrosum, adeóque nunquā in Christianismo futurum. Crucem catholicis Euangelici malunt imponere, quàm ipsi ferre, tametsi clamosi iactatores Euāgelicæ crucis. Quis illi capillum vnum vellit? At quæ isti non mouēt in catholicos? Adparet hodie facies antiquorum temporum, quibus itidem Catholici ab hereticis oppressi iniuriam mussitarunt. Hi illos adeò oderunt nostro tempore, vt non satis existiment sibi quod illos in hac vita omni probrorum ac contumeliarum genere affligant, nisi eosdem etiam vita defunctos insectētur, extremè diabolificantes, & gehennæ adiudicātes tam principes quàm plebeios viros renuerunt auelli ab Ecclesia genitrice. Puto hos quoque suos fructus agnosci ab Euangelicis.

73 Illa forsan pro leuibus plumis ducent, ac nescio quibus minutiis, veluti cùm suum Euangeliū, vt arbitror, in Rom. Ecclesiæ dedecus, Aquārit è consecratam è baptisterio refundūt, quippe Papisticè insufflatam & perunctam, cùm hostias suas etiam testamentales, si desit cui obtrudant in Altari pro reiectaneis linquunt, cùm sicut est residuum in calice suo, temerè profundunt quouis, nisi interueniens ædituus tanquam prophanum sorberet, cum studiosè auerso vultu in tem

plis

plis nostris, & tecto capite obambulant, siquando religiosissimè subleuatur Eucharistia, ad gratiarum actionem populi de dominica passione excitandam, vidi qui sacramenti Ecclesiastici odio sub sanctam eleuationem caput anteà apertum operirent, & honoris gratiâ rursum aperirent, cùm exituri templo præterirent honestam matronam, dignior hîc quidem fœmina honore, quàm sacra Eucharistia. Næ isti veri Euangelici?

Hæretici sacrosanctæ Eucharistiæ irreuerentes.

74 Cales certè dogma Euangelistarum suorum probè tenent quo dicitur, satius esse decem perpetrare homicidia, & totidem virginum compressione notari, quàm vni interesse Missæ: Et misericordiæ Dei esse, quod ima terra non dehiscat omnibus festo paschatos, propter Synaxin à multitudine fidelium accipi solitam. Rursum docetur, credi debere, sacerdotem in Altari rem diuinam Papisticè (id est Catholicè) facientem, non hominem, sed corporalem diabolum esse. Ego credo, si quis presbiter apud illos veteri more sacrificare pararet, ipsum protinus sacrificiũ inter sacrificandum fore. Cætera quia vulgò notissima sunt, malim persequi.

75 Id genus sunt, quod oleto solent conspurcare aquam ac salem, Altaria etiam & sellas, Quod quid aliud est, quàm in morem pupæ nidum, in quo regeneratus sis, turpissimè defœdare? Insuper qui templorum parietes fidelia dealbantes, omnes semel picturas sanctarum rerum obliterant delént ve, nec vestigium prioris seculi su-

Cur hæretici sanctorum picturas obliterant.

Haretici sacro chrisma te calceos ynxerunt.

persit. Inuenias, qui sacro chrismate calceos perunxerint, quíve negarint Christianorum vigilias, affirmantes noctem à Deo dormitioni creatam, Nostras congregationes adeò vitant, vt eas cum Iudæis videantur abominari. Sed heus, an ego minora tantùm attingo? Ne sis sollicitus, maiora reseruo suo tempore commemoranda. vnum adiiciam, vix Mahumętistæ tá irreligiosè sæuierint in Ecclesiasta pleraque, vt isti nostrates fecerunt: atque hoc non vno aut altero anno, sed plus viginti: nec vna ciuitate aut duabus tribúsve, sed innumeris: nõ vna regione, sed pluribus. Nõ Chiliadas animarũ, sed multas Myriadas tam diu latéque mactarunt, quam calamitatem ferreus sit qui non defleat.

76

Sed præcones, inquis, Euangelici in pretio habentur, nec mirum, quum quæ mundo carníque placent, tradant ac tueantur, doctrinæ gloriatio immensa quidem est. Sed antilogiis euidentissimis hæc falsa cõuincitur, si aliæ deessent cribrationes, Præcones, oro te, confer mihi in præsentia cum Catholicis prædicatoribus. Hi nostri homines sunt, illi certè nõ Angeli. Hi pueritiam atque adolescentiam in ludis literariis detriuerunt, Illi quoq; ais, Sed quid de Cerdonibus? Hi quia sacris se destinarant, nihil artis manuariæ didicerunt, vnde victitare queant, Illi quoque ais, Sed quid de Cerdonianis? Quid simile presbyter ordinatus, & prophanissimus Oenopola? Hi à prima ætate ingenium excoluerunt, literis assueti,

atque mentis acie, vt multum, conſpicui, Ad hos quid tui ſutores? qui ſi tantum Teutonicè queant veſtra legere, ac egregiè futire in Rom. Eccleſiā, digni ſunt. Nam pater tales quærit Prædicatores. Cæteri veſtri propterea docti iudicantur, quia partiarij ſunt. Fama ferre non poteſt, quia dicatur, in Eccleſia doctos eſſe, & in ſecta indoctos. Sed proſequamur Antitheta.

Hi ritè ordinati ſunt ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis obſequiis vacarunt indeſinenter, illi quoque ais. Cerdones ineptiſſimos omitto. Hi cenſulis contentis ſuis, intra fines officij ſeſe continuerunt, illi poſthac non ſacerdotes, ſed Euangeliſtæ, adaucti cenſibus opimis, quod volunt faciūt, vtpote liberi, talēſque quorum poteſtas Euangelica penetret, etiam in conſilia magiſtratus. De copioſo prouētu quid attinet dicere? vnus illorū tantis annuatim locupletatur redditibus, quantis antea quatuor, perſæpe ſex presbyteri, Et redditus hoſce Catholicis miniſtris violēter ereptos, iure ſuo poſſident Euangeliſtæ. 77

Hi ſuggillantur Hypocriſeos, illi quoque, niſi quòd horum pinguior erat, illorum eſt ſubtiliſsima hypocriſis. Hæc relucebat interdum in ceremoniis, illa in moribus deprehenditur. Nil in ore præter Euangelium & verbū, interim perditiſsimi Plani, ac luxuriantiſsimi Iones ſunt, itē quæruli tot ditati cenſibus, & ſimulatores crucis eximii, nunc etiam captantes domus viduarum, &c. Hi concubinas vxorū loco alūt, hoc quidem 78

extra officiũ ac decorũ. At hircis illi libidinosiores sunt, q̃ multorũ adulteria, & stuprationes ancillarũ declarãt, necnõ toties iterata nuptiatio, &
79 nescio quæ mollis effœminataque conuersatio.

Hi adnunciant Euangelium, illi quoque, sed in glossematis discrepant. Hi enim patrizant, illi verò Luterizãt, ac vnius Apostaę præiudicia frę ti omnia ecclesiastica vilipendũt. Hi rem diuinã faciunt Catholicè, illi schismaticè, & alius alio modo. Nam vt nulla est inter ipsos sententiarum, ita nec missarum testamẽtalium harmonia. Hi canonicas horas obseruant, illi ludũt aleam, aut potant: Hi noctu surgunt ad confitendum domino, illi ea noctis vigilia dulcius stertunt: hi ieiunant statis temporibus, illi carnes saturi ructant: Hi vestiuntur, vt plurimum, clericos, illi laicos. Hi baiulant crucem, illi imponunt. Sed desinam comparare incomparabilia. Vtri verò nunc, te arbitro, meliores viri, ac antiquis Ecclesię ministris similiores sunt? Mirũ in Catholicos dixeris. Nisi quòd turpiss. concubinatus deformat omnia. Et calix illis applausum conciliat. Transeo facundiã dedamatorum, qua auditores quouis trahunt, verùm faciẽtes id, quod Isocrates de oratoribus ait: Isti enim res suas paruas facere maximas possũt, & à christiani orbis maxima omnia, ita solẽt extenuare, vt nõ paruissima solùm, sed nulla etiam videri possint.

Turpissimi cõcubinatus deformant omnia.

80 Porrò eos quos successus sectæ mouet, meminisse velim, olim etiam schismata in æquè ma

gna felicitate, longéque pluribus ſtetiſſe annis, nihilo ſecius tamen, reuoluto curſu ſuo, in profundum cecidiſſe. Imò Mahumetani fœlicius agunt, atque id multis iam ſeculis, licet toti Antichriſti. Pro certo illud habe, quòd is, qui fermè tercentas ex Eccleſia ſciſſuras perdidit, Eccleſiam ſeruauit, hodie etiam potens eſt Lutereida è medio tollere. Qualis nunc memoria veterũ ſchiſmaton apud nos, tandem apud poſteros de hodierna diuiſione futuram ne dubites.

Quin te potius mouent tot prognoſtica piiſſimorum hominum, de hac ipſa futura hæreſi? Quòd ſi parum fidas, ſatisfacere vel ſoli poterint tibi A. Torquatus & I. Liechtembergius. An non illi veluti vno digito cõmonſtrant Lutereida? Et mihi penè noſtra memoria aduerſus Eccleſiam auſi fuerunt ſchiſmatici, quòd vates iſti qualeſcunque, vnà cum Chriſtianis Sybillis non palàm prędixerint: venturam quidem eam Eccleſiæ afflictionem ob peccatorum noſtrorum multitudinem vaticitinabantur, fore tamen, ſi præceſſerit reformatio, mali finem. 81

Iam tu mihi vide, non prudẽtis ac integri viri ſit, peruerſis Doctoribus quos ex ira dei, contra Eccleſiam purgandam & examinãdam, immitti noris, ſeſe dedere? præſertim cùm vaticinia pleraque de Eccleſia reſtituenda, Hæreſi verò exterminanda mirabiliter conſentiant? Secta virga furoris dei eſt, Ea ſi maieſtas ſecundum diſpenſationem abundè vſa fuerit, infœliciſſimam in te- 82

Secta eſt furoris dei virga.

nebras exteriores abiiciet. Talem virgam, pro ipsa Ecclesia fatuus accipies. Temporarium quiddam tu ac inconsistens, pro perpetuo, réque omnium solidissima, videlicet ædificata supra petram, approbandum existimabis. Non solet Ecclesia Ecclesiam persequi. Per hæreses autem & Longobardorum gladios afflictari, ac probari consueuerunt Christiani Catholici.

Ecclesia non persequitur Ecclesiam.

83 Fac illud etiam tecum animo perpendas, quod schisma æui nostri, hæreses antiquas magnitudine mali superat. Quæris, quid ita? dicam ingenuè. Illi olim articulos suos quosdam simplici plebi inculcantes, pristinum Ecclesiæ statum æquè labefactandum sibi non putarunt. Marcion, Valẽtinus, Arrius, Sabellius, Macedonius, horúmque similes vrgebant sua quædam dogmata, è scripturis perperam intellectis eruta, aut potius in scripturas instinctu serpentis in pacta: veruntamen cohibebant se, ne manus mitterent in Hierarchiam, ínque Ecclesiæ authoritatem, ordinem & constitutionem. Aut mauis, vt Nouatum, Donatum, Pelagium &c. protraham? Quid illi rerum in Ecclesia Catholica temerè mutarunt? Nisi quod vnum alterúmque dogma, alius aliud euulgantes, semet absecuerunt ab vniuersali corpore.

Hæretici scripturas perperam intelligunt.

84

Husus equidem Pragensis vehementer institit de Calice promiscuè diuidendo. Carpsit Romanam Curiam, Pontificum vitia, Clerum re-

prehendit, At quæ nam peculiaria dogmata peperit Husus ille? quas traditiones veterum, quas Ecclesiæ consuetudines, contra consensum christiani orbis sustulit? Husus certè melior Patrista, quàm Lurista fuit, Nam sanctissimi Ecclesiæ catholici Patres apud illum maioris erant prætij, quàm vt eis tanta temeritate ac insolentia mediũ ostendisset digitum.

Nunc confert præterita cum præsentibus & 85
statim, quod admoneo, cognosces. Luterus antocletus Apostolus præterquam quod nouos atque inusitatos, & eos sanè permultos articulos piæ cuiusdam doctrinę in mundum inuexit, constitutam etiam Ecclesiam impiè perturbauit & contaminauit, frangens ac diminuens nihil non in omni Christianismo. Quid quæso reliquit integrum in septenario Sacramentorum? Quid in reliquo cultu Dei redemptoris? Quam Ecclesiæ καθόλου receptam doctrinam non exibilauit? Quod ius huius, quam legem, quem morem, quod institutum, non explosit, irrisit, antiquauit? Quid immotum non luxauit? Quis vnquam ex Christianis infensior hostis Ecclesiastici status, atque tam iuratus Ecclesiæ aduersarius? Quis authoritatem matris fastuosius contempsit? Quis derisor tantus vnquam ceremoniarum extitit? Quis totius monastices subuersor tam violentus? Aut igitur Angelus sit necesse est, aut Angelus noctis. Si ille, quomodo dissentit ab vniuersali Christianismo? Si hic, quare te-

Luterus nihil reliquit integrum.

Luterus ecclesiæ iuratus aduersarius.

nebras mentitur lucem esse, & Euangelium facit ex Hæresi?

86 Nolens volens fateare oportet (neque enim negari potest, quod prohdolor plusquam verum esse, hæc dies arguit) per istam Hæresim Catholicam Ecclesiam destrui, non corrigi per Germaniam cœpisse. Non partem illa, sed totum arripit, totum proterit. Verùm diuino accidit iudicio, vt quæ totum impugnarit, audacissimè, à toto exclusa, pars facta sit.

Destruitur, non corrigitur ecclesia per hæresim Luteri.

87 Veteres sanctæ Ecclesiæ Præsules contra Hæresiarchas, suo quisque tempore, scripserunt, ob errores certos atque nominatim confutandos. Arrio, Sabellio & Macedonio reclamabatur ob Trinitatem, Nouato pœnitentiæ gratiâ, Donato propter retinctionem, Pelagio quòd humanis viribus nimiùm tribueret, gratiæ minimùm, Nestorio quòd Theogenesian negaret, Monophysin doceret, hoc est, vnam naturam in Christo, vbi Orthodoxi profitemur Diophysin. At scripturas contra Luterum, quid oro potissimùm tibi deliges in illo iugulandum? Nam hîc singularitas, vt ita dicam, sed pluralitas est dogmatũ? Arrius appellabatur Trinitarius, Nouatus pœnitentionarius, Donatus retinctor, &c. Sed ecquo vno dogmate cognomen huic nostro inuenies? Imò quid inuenies sanum aut probum in Ecclesiastica re, quod ille suo vnius præiudicio fisus, non conuulserit?

88 Si quis in Ecclesiæ vnitate perseuerans, san-

ctimoniæ conuersationis studet secundum gratiam sibi collatam, is tanquam Hypocrita condemnatur, & atheos, Qui si suadente carne & mundo, Ecclesia deserta ad sectas transit, & ibi fit dissolutissimus, statim dicitur purè Christianus effectus. Tales Euãgelij Scamnati vindices euoluunt quidem sacras literas, sed in his quę sua sunt, hoc est luteralia atque ventralia. Quæritur & inuenitur, si quid permittitur quod facere libeat, & si quid licet, Non indagatur si quid præcipitur, si quid decet. Multi sperant authorem sectæ concilio generali sanandum: sed is ait, adeò se contemnere concilium, vt si hoc statuat de sumẽdo calice, ipse calice nolit, velle verò in contrariũ concilij, non vtraque, sed vna specie vesci. Adeò deploratus homo est, vt audeat optare, vt se mortuo aliquis exoriatur qui longè deterius agat, idque millies, quàm ipse egit contra Ecclesiam, quam Papatum vocat. Quale hoc sit hominis propositum, vel Acarnanius asinus intelligit. Sed fieri non potest, vt huius successor cacopraxes eiusmodi in tantum adaugeant, vt dici queat, Lutèro millies deterior. O septies perniciosum nundinatorem Tecellium! cuius os impudens tali exterminatori apro primam facem admouit.

Mirificè item conducet ad tuendam Catholicæ religionis integritatem, aduersus Vãdalicam istam deuastationem, si memineris, quanta sit Sectæ leuitas, ac inconstantia, quanta etiam in- 89

ter sese diuersitas & quantum iræ, rixæ, inuidiæ, quódve secta Sectas, & hos tam pugnantes pepererit. Initio stabat res tota in turbis imperitissimorum hominum. Nunc ab armata manu pendet. Educto mucrone tuta secta, inermes consectas de sublimi despicit. Nec illa princeps secta durabit diutius, quàm volet cataphractus Eques.

90 Vides qua mutabilitate iam doceant, iam dedoceant sua, vt certus esse nemo possit, quid progressu temporis traditurí sint excellentiores Euangelistæ. Quid facias, si interueniente affectu aliquo, multa recantent, plurima suis è libris tollunt, Biblia secùs intepretentur, Ecclesiæ reiectas traditiones restaurent, ablata restituant? Quale tum erit, quod tu credidisti, tanquam Euangelium, & fecisti tanquam Euãgelium? Adhuc nonne intelligis ab demẽs, in iplorum manu esse, quid te credere, quid agere oporteat? Desciuisti ab vnitate, ouile reliquisti, Hierarchiam negasti. Desereris igitur inter lupos rapaces, præda futurus nulli non bestiæ. Aut quo te vertes? vbi quiesces? vbi saluabere? Profecto nisi communi etiam sensu sis orbatus, Ecclesiæ repudiatæ recordaberis, dicésque, age, reuertar ad matrem. Quid pereo inter meretrices sectas, in quibus neque salus, vita? Proinde mane vbi es, ne aliquando cogaris summo cum periculo animæ & publica ignominia eò redire, vbi es. Si qua displicent, vtere iudicio tuo, & cogita, vnumquemque cũ ad tribunal è sepulchris excitabimur. Su-

Derelictus inter lupos omni bestiæ patet.

ſpira reformationem rei Eccleſiæ, Politicæ & œconomicæ. Interim dũ obſiſtit optimo negocio Satanas, ne conſenti vllis aliorum vel erroribus, vel flagitiis. Ter defectus ſeneſcentis Eccleſiæ, ne culpa Eccleſiam, Et quod omnium tibi ſaluberrimum eſt, à te tuáque domo incipe reformationem, opinionem ac correctionem morum, vt vocatio, qua vocatus es ad hæreditatem vitę promiſſam, firma tibi ſit. Quotque canoni huic morẽ gerunt, pax Dei ſuper eos. Amen.

Reformatio à ſeipſo ac domo propria incipienda.

Finis Aphoriſmorum.

EXTRAICT DV PRIuilege du Roy.

PAr grace & priuilege du Roy est defendu à tous Libraires & Imprimeurs, & autres qu'il appartiendra, d'imprimer ny vendre aucuns du present Liure, intitulé Antidotus pro reprimenda peste publica Luterismi &c. Authore Bonifacio Britanno, &c. *sinon de ceux qu'aura imprimé Nicolas Chesneau Libraire en l'vniuersité de Paris, & ce iusques à cing ans finis & accõplis, comme plus amplement est declaré és lettres sur ce données à Paris le 10. Septembre, 1563.*

Signé DE COVRLAY.

IMPRESSVM PARISIIS
ANNO AB INCARNA-
tione Domini M. D. LXV.
Calend. Februa.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th
1164

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN